Ioannes Alexander Brassicanus (Köl, 1500–1539) was initially on friendly terms with Erasmus, who honored him in 1522 by making him an interlocutor in his colloquy ‘Apotheosis Capnionis’.⁴⁴ A publication by the younger German, how-

⁴⁴ *ASD* I, 3, pp. 267 ff. For Brassicanus see *Contemporaries* I, s.v.

ever, became the source of a conflict. In 1529 Brassicanus published a small collection of 128 adages and 18 Pythagorean precepts (*Proverbiorum symmicta. Quibus adiecta sunt Pythagorae symbola XVIII*), which he modestly presented as a mere supplement to the *Adagia*. He also sent a copy to Erasmus himself. The latter, however, was rather annoyed at the little book, in which he discerned a few materials already present in his own volume.⁴⁵ He then used and even pillaged Brassicanus' work for the 1533 edition. Twenty-eight of the newly added adages are in fact taken from or inspired by it, without any mention of the author's name.⁴⁶ When the enlarged edition was in circulation, Erasmus went so far as to accuse Brassicanus of plagiarism, alleging that he had stolen about thirty proverbs from the *Adagia*. This chicanery must have embittered Brassicanus and prompted him to break off relations.⁴⁷

Erasmus was more generous towards Andrea Alciato. Paying tribute to the Milanese jurist in the *Adagia* (3836), he selected 12 expressions from *De verborum significatione* (Lyon, 1530), which he elaborated for the 1533 supplement.⁴⁸ His Basel friend Bonifatius Amerbach, a legal scholar himself, who acted as an intermediary between Erasmus and Alciato from 1519 onwards, had referred him to Alciato's treatise in a brief letter, written in October 1532.

Amerbach did more. Along with his letter he sent a lengthy list of proverbs and expressions, taken from the *Corpus iuris* and other ancient sources.⁴⁹ Erasmus selected ten items from this list for the 1533 supplement.⁵⁰ He did thank Amerbach for his suggestions in a private note, but he never mentions his name in the *Adagia*.⁵¹

3. The end of the *Adagia*

Whereas the 1533 edition stands out in the development of the *Adagia* through its massive supplement (nrs. 3659–4146), the last and final edition (1536) gives only

⁴⁵ See Erasmus' reply to Brassicanus, Ep. 2305 (April 1530).

⁴⁶ Erasmus also added materials from Brassicanus to adages already published; see Heinimann's note, *ASD* II, 4, p. 305, n.l. 547. In the present volume, the following adages are at least partly taken from or inspired by Brassicanus: 3574, 3665, 3669, 3688, 3689, 3692, 3701, 3710, 3714, 3718, 3727, 3731, 3741, 3819, 3829, 3858, 3867, 3887, 3903, 3906, 3928, 3935, 3970, 4110, 4112, 4120, 4123, 4124.

⁴⁷ Ep. 2810 (14 May 1533), ll. 49–54 "Brassicanus aut concepit certas iras, aut pudore obrutus est. Iactarat non deesse quod colligeretur post Erasmum, quum triginta fere prouerbia sumpserit ex meis. Desiit ad me scribere, quod facile fero. Nihil enim illius epistolis stomachantius." – For Er.' attitude towards plagiarism see also *Adag.* 4116 (Herciscere), n. ll. 228–229.

⁴⁸ See *Adag.* 3675–3677, 3721, 3725, 3836–3838, 3853, 3860, 3932, 3957. – For Erasmus and Alciato see *Adag.* 259, *ASD* II, 1, p. 369, nn.ll. 603 and 611; *Contemporaries* I, s.v. Alciati.

⁴⁹ The rough draft of the letter and the list are kept in the Öffentliche Bibliothek der Universität Basel, Ms. C. VIa. 73, ff. 25–27. Amerbach's barely legible notes cover two large sheets. The letter is printed in *Die Amerbachkorrespondenz*, ed. A. Hartmann-B.R. Jenny, IV, Basel, 1953, no. 1683 (cf. Allen, Ep. 2730). For Amerbach see *Contemporaries* I, s.v.

⁵⁰ See *Adag.* 3662, 3801, 3805–7, 3809–11, 3813–14.

⁵¹ Erasmus' note appears in *Die Amerbachkorrespondenz* (above, n. 49), IV, no. 1684; Allen, Ep. 2710.

five additional items. Erasmus must have paid relatively little attention to his collection in his last years. This assumption is corroborated by the fact that the additions and alterations made in *I* in the texts of adages already printed previously are very few and in fact far fewer than those made in, for example, *H*.⁵² One might surmise that Erasmus was fully taken up by his laborious work on the *Ecclesiastes*, but he had finished this manual in August 1535. Perhaps we may infer that the ageing humanist had grown tired at last of working on proverbs.

Two observations may be added concerning the structure of the collection as a whole. Erasmus marked the beginning of each chiliad (and those of several centuriae) by longer, essay-like adages.⁵³ The fourth chiliad, for instance, opens with the famous essay "Dulce bellum inexpertis" (3001). However, he did not apply this structural device to the later sections (3501 ff.). Nor did he mark the close of the volume in its definitive form by any special device. Whereas the end in the early editions is marked by his eulogy of Holland, this practice was abandoned in the 1528 and subsequent issues.⁵⁴ It is striking that the last edition trails off at the end, having as its final item just a casual quotation without further elaboration. The *Adagia*, the work of half a lifetime, is an unfinished, or rather, an open-ended book. The author himself, for that matter, was aware of the provisional character of his work.⁵⁵

4. *Apparatus criticus*

Since the final edition (*I*) has been chosen as the basic text, the apparatus criticus gives the variant readings of the earlier editions authorized by Erasmus and those of the autographs π , χ , and *MS*.

Spelling variants in the earlier editions have been ignored, so as not to encumber the apparatus. In fact, they reflect the orthographical practice of the Froben firm rather than that of Erasmus himself. The apparatus does give, however, spelling variants of proper names and of Greek words (with the exception of breathings, accents, and iota subscripts).

Spelling variants in the autographs have as a rule been recorded. The following survey⁵⁶ gives a number of recurrent features not mentioned in the apparatus.

e for *ae*: Erasmus mostly writes *e* (without cedilla) for *ae*, e.g. *ceterum*, *grecus* (very rarely with cedilla), *pre*, *preteara*, *sepenumero*, *hec*, *que*, *quedam*, *queso*, *questus*, *querere*, *herere*, *estimare*, *cedere*, *premium*, *celum*, *edes*, *filie*, *male*, *Cesar*, *hebreus*, *Atheneus*, *Alceus*.

One may further note *editio* (*aeditio* *H I*).

⁵² See the other *Adagia* volumes in *ASD* II. As regards *Adag.* 3501 ff. the additions concerned are only five in number (see 3548, 3634, 3650, 4073, 4142). There is just one revised version (3694).

⁵³ See above, p. 2; *ASD* II, I, p. 17 and p. 303 n.

⁵⁴ For details see the head-note on *Adag.* 3535.

⁵⁵ "in hoc argumenti genere corrigendi locupletandique nullus est finis", he remarks in his preface to the 1526 edition, Ep. 1659, *ASD* II, I, p. 33, ll. 268 f.

⁵⁶ See also *ASD* II, 5, pp. 17–18.

e for *oe*: *cepit, fedus* (adj.), *fetus, citharedus, penus* (Carthaginian), *penulus* next to *poenulus* (title of Plautus' comedy).

Note *femina, cenare* (*foemina, coenare H I*) and *coelat* (*caelat H I*).

ci for *ti*: e.g. *amicicia, iusticia, vicium*; *ti* for *ci*: *speties*.

Note *delicie, negotium, negotiatio, negotiari* (*delitiae, negocium, negociatio, negociari H I*).

litterae, litterati, oportunos, oportunitas (*litterae, literati, opportunus, oportunitas H I*); *haut* (*haud H I*); *simulacrum, pulcrum* (*simulachrum, pulchrum H I*).

Note *solemnis* (*solemnis H I*).

Erasmus usually distinguishes between *quum* (conj.) and *cum* (prep.).

4.1. Abbreviations used in the apparatus criticus

add. (= *addidit*) indicates an addition by Erasmus in one of the autographs. The additions in question are interlinear and/or marginal, or, in a few cases, written on a separate slip.

del. (= *delevit*) indicates a deletion by Erasmus in one of the autographs.

corr. (= *correxit*) indicates a correction by Erasmus in one of the autographs.

om. (= *omisit* or *omiserunt*) indicates in most cases readings (often entire passages) which do not occur in autographs or editions before *H*.

* * *

Acknowledgements

For support in preparing this volume I am indebted to the Constantijn & Christiaan Huygens Program of the Netherlands Organization for Scientific Research (NWO). Dr. Miëkske van Poll-van de Lisdonk and Prof. Jozef IJsewijn worked through large stretches of my typescript and pointed out an embarrassing number of omissions and mistakes. Their suggestions proved invaluable. Dr. Niek van der Ben verified my transcriptions of Greek passages in Erasmus' text. Prof. Clarence Miller and Prof. Fred Nichols kindly corrected my English. The Secretary to the Conseil, dr. Hans Trapman, supplied photocopies and good advice besides. In the proof stage I received expert advice from Gerard Huijng. I also thank Ineke Blijleven for her assistance. The Editor of the *Erasmus Yearbook* kindly granted permission to reproduce the appendix of my article 'Are the Dutch Uncivilized? Erasmus on the Batavians and His National Identity', *Erasmus of Rotterdam Society Yearbook* 13 (1993), pp. 68-102.

I dedicate this work to my daughter Franca.

CONSPECTVS SIGLORVM

- A*: ed. pr. Venet., Aldus, mense Septembri 1508 (*BB* E. 89).
s: ed. Basil., Io. Frobenius, mense Augusto 1513 (*BB* E. 90).
B: ed. Basil., Io. Frobenius, 1515 (*BB* E. 93).
C: ed. Basil., Io. Frobenius, mense Nouembri 1517 / anno 1518 (*BB* E. 94).
D: ed. Basil., Io. Frobenius, mense Octobri 1520 (*BB* E. 96).
E: ed. Basil., Io. Frobenius, mense Ianuario 1523 (*BB* E. 97).
F: ed. Basil., Io. Frobenius, mense Februario 1526 (*BB* E. 98).
G: ed. Basil., Io. Heruagius et Hier. Frobenius, mense Septembri 1528 (*BB* E. 100).
H: ed. Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopus, mense Martio 1533 (*BB* E. 101).
I: ed. Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopus, mense Martio 1536 (*BB* E. 102).
LB: ed. Lugd. Bat., P. vander Aa, *Opera omnia*, t. II, 1703.
MS: codex Gl. kgl. Saml. 95, 2°, propria manu Erasmi exaratus (Hafniae, Bibliotheca Regia).
 π : ed. Froben. anno 1523 prodita (*E*) propria manu Erasmi correctionibus et additamentis instructa (bibliotheca priuata).
 χ : codex Chigianus R. VIII. 62 = ed. Froben. anno 1526 prodita (*F*) propria manu Erasmi correctionibus et additamentis instructa (Romae, Bibliotheca Vaticana).

[F]

PLENIS VELIS

3501

Passis velis plenisque velis agere dicuntur qui toto impetu summoque conatu moliantur aliquid. Ita M. Tullius Pro domo sua ad pontifices: *Quid tandem? Si tu in illis reipublicae tenebris caecisque nubibus et procellis senatum a gubernaculis deiecisses, populum e naui exturbasses, ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo plenis velis nauigasses – si quae tum promulgasti constituisti promisisti vendidisti perferre potuisses, qui locus terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset?* Hactenus Cicero. [H] Philostratus in Polemone: Ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν Εὐφράτου τοῦ Τυρίου, πλήρεσιν ἰστίοις ἐς τὴν ἐκείνου φιλοσοφίαν ἀφ᾽ἤκεν, id est *Posteaquam audiuit Euphratem Tyrium, plenis velis ad illius philosophiam se contulit.* [F] De similibus figuris alias nobis non semel dictum est.

[F]

PECVNIA ABSQVE PECVLIO

3502

Apparet olim fuisse prouerbiū inter agricolas iactatum *Pecuniam sine peculio fragilem esse.* Refertur Pandectarum libro trigesimosecundo, titulo De legatis et

1 CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA SEXTA G-I: CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA SEXTA, sed imperfecta F.

2 plenis G-I: plenissimis F.
5 tu F-H: vt I.

3501 Otto 1856.

3 *Passis velis* E.g. Cic. *Tusc.* I, 49, 119.
plenis velis Cic. *Dom.* 10, 24.

4 Cic. loc. cit. (4-5 Si quae tum; 5 cum senatum; 7 plenissimis velis nauigares; 8 ecqui [Halm: (sed) qui codd.] locus orbi terrarum).

9 Philostr. *Vit. soph.* 25, 536, p. 46 Kayser.

12 *alias Adag.* 317 (Velis equisque), 318

(Remis velisque), 333 (Vela ventis permittere), 1224 (Summis vti velis); see also *Proleg.* xiii., *ASD* II, 1, p. 68, ll. 489 ff.

3502

14-15 *Dig.* XXXII, 79.

15 *Dig.* loc. cit. (16 quae ibi; 18 repositos habet; 18 quidam; 19 et audisse se rusticos; 20 peculium; seponeretur).

fideicommissis, capite Si chorus: *His verbis: 'quae mobilia mea erunt, do, lego' nummos ibi repositos, ut mutui darentur, non esse legatos Proculus ait, at eos quos praesidii causa sepositos habet, ut quibusdam bellis ciuilibus factitassent, eos legato contineri; et saepe audisse rusticos senes ita dicentes: pecuniam sine peculio fragilem esse, pecuniam appellantes quod praesidii causa reponeretur.* Retulimus alibi prouer-
 20 bium quod admonet ne totam substantiam vni credamus naui, ne nihil supersit vnde damnum sarciatur, si nauis interierit. Ita solent senes summam aliquam seponere, ne nihil superesset, si res incendio, bello aut furto periret. Si libebit adagium alio deflectere, poterit accommodari ad eum qui non omnia consilia sua
 25 communicat amicis aut qui felicitatis summam non ponit in rebus extrariis, sed in animi bonis, vt illis casu perditis habeat quo confugiat nec despondeat animum. Quod enim proprie nostrum est 'peculium' dicitur. Ea vero demum proprie nostra sunt quae fortuna non potest eripere.

[F]

RANA CVM LOCUSTA

3503

30 Impar certamen expressit hac figura Theocritus in Thalysiis:

Βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὡς τις ἐρίσδω, id est
Sic certo veluti si certet rana locustis. |

LB 1077

Addit scholiastes Graecis ranam dici βάτραχον quasi βοάτραχον ob vocis asperitatem.

35

[F]

MV SARVM AVES

3504

Μουσῶν ὄρνιθες in eadem ecloga dicti sunt poetae, quod assidue modulentur sua carmina:

Καὶ Μοισᾶν ὄρνιθες ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδόν
 Ἄντ' ἄ κοκκίζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι, id est
 40 *Quotquot aues Musarum audent certare poetae*
Chio coccysando, opera conantur inani.

[F]

AD PEDES, AD CAPVT

3505

Non sine prouerbii specie dictum videtur illud Theocriti in Pastoribus de rebus copiosis et affluentibus:

45 ὦν μοι πρὸς κεφαλῇ καὶ παρ ποσὶ κώεα κείνται, id est
Ad caput adque pedes, quarum me vellera cingunt.

Sermo est pastoris iactantis opes suas, [H] quibus vndique affluebat.

[F]

PSYDRACIA

3506

Theocritus in Aita:

50 Ψεύδεα ῥινός ὑπερθεν ἀραιᾶς οὐκ ἀναφύσω, id est
Non mihi nascentur nares mendacia supra.

Scholias addit apud Siculos qui supra nares haberent pustulas albas, quas illi vocant ψυδράκια siue ῥινόθους [F] aut ὄνθλους, [F] pro mendacibus haberi solitos vulgo. Quin et hodie vulgo dicunt: *Nasus tuus arguit mihi te mentiri*. Idem iocus est vulgi de maculis vnguium. Quin et ipsas narium pustulas Graeci ψεύσματα vocant, [F] vt indicat idem scholiastes. Amans hoc aenigmate significat se nihil mentiturum de amica. Iones ψύδρακας appellant varias pustulas. Hinc diminutivum ψυδράκια, ἐξανθήματα, quod in summa cute efflorescant.

60 Res ipsa plane superstitiosa est et casum esse puto, quod noui quendam cui non nasus tantum, sed tota pene facies psydraciis erat operata. Nec vllum vnquam animal vidi vanius aut impudentius mendax.

39 κοκκίζοντες *scripsi*: κοκκίζοντες F, κοκκίζοντες G-I.

41 coccysando G-I: coccysando F.

48 Psydracia H I: Pseudacria F G.

53 ψυδράκια H I: ψευδράκια F G.

55 maculis F: miraculis G-I.

20 *alibi* Adag. 3306 (Ne vni naui facultates).

22 *solent* For this use of the present instead of the past tense see Adag. 3653, p. 99, n.l. 565.

3503

30 Theocr. 7, 41.

33 Schol. on Theocr. ad loc., p. 90 Wendel. Er. frequently uses the scholia in Kallierges' edition of Theocritus (1516) for the enlarged edition of 1526 (F); see ASD II, 1, p. 157, n.l. 271-273.

3504

36 Theocr. 7, 47.

40-41 *poetae Chio* Homer is meant.

3505

43 Theocr. 9, 18 (45 κεφαλᾶ; πρὸς: παρ ed. 1516; κείται: κείνται codd. et ed. 1516).

3506

49 Theocr. 12, 24 (50 ἀραιῆς; ἀραιᾶς ed. 1516).

52 Schol. on Theocr. ad loc., p. 254 f. Wendel (53 ῥινόθιοι ἢ ὄνθιοι ed. 1516).

albas The scholia have λεπταί (λευκαί ed. 1516).

53 *hodie vulgo* The reference is to the Dutch expression "Ik zie het aan uw neus" (I can tell from your nose); Harrebomée, II, p. 125 (no source given); Suringar 179, p. 331.

53-54 *iocus vulgi de maculis vnguium* Alexander of Aphrodisias attests to the belief that white spots on a person's fingernails reveal that he

is a liar; *Probl. anecd.* 2, 58, Cats Bussemaker (Aristot. *Opera*, IV, Paris, 1857), p. 291 τὰ ἐπὶ τοῖς ὄνυξι τῶν χειρῶν λευκὰ σημεῖα... ψεύδεα. However, Er. seems to refer to a popular belief of his own time. For evidence of later date in northwestern Europe see A. de Cock, *Spreekwoorden, zegswijzen en uitdrukkingen op volksgeloof berustend*, Volkskunde. Tijdschrift voor Nederlandsche folklore 23 (1912), p. 197. There the following saying is quoted: "Plekken op de nagels, leugens in den mond" (Spots on the nails, lies in the mouth). See also A.R. Hol, *De Betuwe*, Leiden, 1957, p. 99. I owe these references to H.W. Roodenburg.

56 Schol. on Theocr. loc. cit.

56-57 *Amans... amica* After the scholiast, who paraphrases Theocritus in the following way: οὐδὲν ψεύσομαι περὶ σοῦ.

57-58 *Iones... efflorescant* *Etym. mag.* ψύδραξ, 819, 10-12 οἱ Ἴωνες ψύδρακας λέγουσι τὰς ποικίλας ὄθεν καὶ ἡμεῖς ψύδρακας καλοῦμεν τὰ ἐπὶ τοῦ σώματος ἐξανθήματα.

59-61 *quendam* etc. It is hard to tell whom Er. has in mind. M. Mann Phillips assumes that Ulrich von Hutten is meant, who died of syphilis in 1523 (*The 'Adages' of Er. A Study with Translations*, Cambridge, 1964, p. 153).

[F]

CVM SACCO ADIRE

3507

Prouerbiali schemate dictum est quod adfertur ex Paulo libro Pandectarum quadragesimo sexto, titulo De solutionibus et liberationibus, capite Quod dicimus: 65 *Quod dicimus, inquit, in eo haerede qui fideiussori testatoris id quod ante aditam haereditatem ab eo solutum est debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est: nec enim cum sacco adire debet.* Haec ibi. Non dubium est quin hic sermo fuerit vulgo iactatus de quouis qui postulat vt statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad omnia recipienda sacco est opus, velut ad 70 oleum aut vinum.

[G] Graecis θαλακκίζειν dicitur qui cum pera sequens postulat aliquid, qui mos est mendicorum, vnde prouerbium *Mendicorum peras semper esse inanes.* Θύλακος autem vas est farinarium. Hesychius indicat eam vocem fuisse peculiarem Tarentinis.

75

[F]

OFFICERE LVMINIBVS

3508

Officere luminibus dicitur qui gloriam alterius obscurat. Hic sermonis color sumptus est ex literis iureconsultorum, in quibus cauetur ex seruitutibus praediorum, ne vicinus altius sublato aedificio officiat luminibus vicini. Ita Paulus Pandectarum libro viii., titulo De seruitutibus vrbano- 80 *rum praediorum, capite tertio, Luminum inquit seruitute constituta id acquisitum videtur, vt vicinus lumina nostra excipiat; quum autem seruitus imponitur, ne luminibus officiat, hoc maxime adepti videmur, ne ius sit vicino inuitis nobis altius aedificare atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum.* Id eleganter alio detorsit M. Tullius in Bruto: *Nam vt Philisci et Thucydidis concisis sententiis, interdum etiam non satis 85 apertis, officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae (quod idem Lysiae Demosthenes), sic Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio.* [H] Idem Pro C. Rabirio Posthumo de C. Caesare loquens: *Nec amicum prudentem corruiere patitur; nec illius animi aciem perstringit splendore sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunae et gloriae.*

90

[F]

MANV LONGA ET MANV BREVI TRADERE

3509

Libro Pandectarum quadragesimo sexto, titulo De solutionibus, scribitur hunc in modum: *Pecuniam mihi debes aut aliam rem, si in conspectu meo ponere te iubeam, 1078 efficitur vt et tu statim libereris et mea esse incipiat: | nam tunc, quod a nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, acquisita mihi et quodammodo manu longa tradita existimanda est.* Simili figura dictum est *brevi manu dare* libro Pandectarum 95 vigesimo tertio, titulo De iure dotium, capite Licet soleat: *Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendae causa, si quidem nuptiae insequutae non fuerint, liberatio non sequetur; nisi forte sic accepto tulit vt velit mulieri in totum donatum: tunc enim credendum est breui manu acceptum a muliere et marito 100 datum.*

Quae si deflecras, plus habebunt veneris, veluti: qui promissis agit ac spem tantum ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere. Contra, qui praesens ac statim exhibet quod promittit, brevi manu dat. Pueri assem ostendunt elephanto nec audent porrigere.

105 De *longis regum manibus* alibi dictum est.

[F]

IYNGE TRAHOR

3510

Qui vehementi et impotenti desiderio trahuntur ad aliquid *Iynge trahi* dicuntur. Ita Pindarus in Nemeis, hymno quarto: Ἰυγγί ἔλκομαι ἤτορ, id est *Iynge trahor animo*. Interpres addit huiusmodi fabulam: Iyngem aiunt fuisse filiam Echus, alii Pithus, quae, quum amatoriis venenis incitasset Iouem in amorem Ius, a Iunone irata versa est in auem, qua mulieres vti consueuerunt in amatoriis veneficiis, quemadmodum indicat Theocritus in Pharmaceutria:

Ἰυγξ, ἔλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα, [G] id est
Per te, *Iynx, meus ille domum vir, quaeso, trahatur.*

115 [F] *Quidam iyngem vertunt motacillam, quod caudam assidue moueat.*

71-74 Graecis... Tarentinis G-I: add. χ [73 Hesysichius].

114 Per te... trahatur G-I: add. χ.

3507

63 *Dig.* XXXXVI, 3, 105.

71 *Graecis* Hesych. θυλακίζειν 848 Latte.

72 *proverbium Adag.* 1911 (Mendicorum loculi semper inanes), 1424 (Mendici pera non impletur).

73 Hesych. loc. cit.

3508

76 *Dig.* VIII, 2, 4.

79 *Dig.* loc. cit. (80 in servitute).

83 *Cic. Brut.* 17, 66 (84 ut horum concisis; 85 apertis cum breuitate tum nimio acumine, officit).

87 *Cic. Rab. Post.* 16, 43 (88 pendentem; praestringit: *perstringit* v.l.; splendor).

3509

91 *Dig.* XXXXVI, 3, 79 (92 Pecuniam quam; 93 nam tum).

95 *Dig.* XXIII, 3, 43, 1.

104 *Pueri... porrigere* After Quint. *Inst.* VI, 3, 59 "(Augustus) militi libellum timide porrigenti 'Noli' inquit 'tamquam assem elephanto des.'"

105 *alibi Adag.* 103 (Longae regum manus).

3510

108 Pind. *Nem.* 4, 35 (56) (δ' ἔλκομαι; sic et ed. Rom. 1515). The Pindar edition used by Er. is that published by Zacharias Kallierges (Rome, 1515); see *ASD* II, 4, p. 173, n.ll. 491-492; p. 249, n.l. 711.

109 Schol. on Pind. ad loc. (4, 56).

112 Theocr. 2, 17.

115 *Quidam* The reference is to Marsilio Ficino.

Er.' source is Giambattista Pio, *Annotaciones (Annotamenta)*, Bologna, 1505, f. B iii^r. Pio makes the following statement concerning a scholium on Theocr. 2, 17: "Quod iynx motacilla sit cum Theocriti interprete non sentio." In this connection he quotes a passage from Ficino's translation of Synes. *De somniis*, namely "Consideratione dignum est utrum huc tendant illices vel motacillae magorum." He then criticizes Ficino's translation "motacillae" ("Erravit enim Ficinus, qui iynge credidit esse motacillam"), proposing instead "iynges vel verticillae". Cf. Ficino, *Opera*, Basileae, 1576, II, p. 1969; Synes. *De insomniis* 2, 132 C Terzaghi: αἱ μάγων ἰυγγες. Pio's opening statement concerns a scholium in which he read the following about the ἰυγξ (wryneck): ἡ παρὰ Ῥωμαίοις σεισοπογίς καλουμένη διὰ τὸ πανταχοῦ στρέφειν καὶ λυγίζειν τὸν αὐχένα ἢ τὴν πυγῆν (quoted from the 1516 ed. of Theocr.). For the wryneck and its use as a charm to entice see D.W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, Oxford, 1895, pp. 71-73. For Er.' use of Pio's collection see *ASD* II, 4, p. 43 n. and p. 217, n.ll. 23-33; II, 1, p. 95, n.ll. 871-872.

motacillam... moueat Varro, *Ling. lat.* V, 76, 2.

[F]

DII OMNIA POSSVNT

3511

Hemistychium Homericum: Θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται, id est *At coelestes omnia possunt*. Quadrabit in monarchas, quibus promptum est facere quicquid animo collibitum fuerit, siue iure siue iniuria. Pindarus in Pythiis, hymno tertio: Θεὸς ἅπαν ἐπ' ἐλπίδεσι τέχμαρ ἀνύεται, id est *Deus autem pro sua libidine omnem exitum perficit*.

[F]

TIMIDI MATER NON FLET

3512

Probus Aemylius in vita Thrasybuli testatur hoc velut aenigma vulgo iactatum, *Timidi matrem non flere*, quod in bello qui contemnunt hostem nihilque metuedum ducunt, quoniam sibi parum cauent, fere pereunt et matribus luctum adferunt cum orbitate. Contra qui nihil non metuit neque quicquam omnino contemnit, is tutioribus vtens consiliis raro venit in periculum. Thrasybulus enim, quum indixisset bellum triginta tyrannis, qui Athenas oppresserant, et castellum Atticae Philen occupasset, non plures secum habuit quam triginta comilitones. *Hoc, inquit, initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimae ciuitatis. Neque vero hic non contemptus est primo a tyrannis neque eius sollicitudo. Quae quidem res et illis contemnentibus perniciosi et huic despecto saluti fuit, hoc enim illos ad persequendum segnes, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis praeceptum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni nec sine causa dici timidi matrem flere non solere.*

Quanquam satis constat hunc locum deprauate legi, vnde coniiicio sic scriptum fuisse: 'Neque vero hic modo contemptus est primo a tyrannis, sed eius etiam solitudo' itaque 'modo' deprauatum est in 'non' et 'solitudo' in 'solitudinem' et deprauatio deinde trahit deprauationem vt ansa ansam. Sentit enim Probus ipsum Thrasybulum vt hominem mediocriter nobilem ac diuitem despectui fuisse tyrannis, deinde hoc magis fuisse contemptui, quod tam paucos haberet suae factionis homines.

Retulimus alibi de fortitudine quae erumpit in neruum.

[F]

TEUTHIDVM MORE

3513

Themistocles, vt in ipsius vita refert Plutarchus, Eretrieo cuidam exprobrans ignauiam dixit: Ἡ γὰρ ἔφη 'καὶ ὑμῖν περὶ πολέμου τίς ἐστὶ λόγος, οἱ καθάπερ αἱ τευθίδες μάχαιραν μὲν ἔχετε, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχετε', id est *'Sane', inquit, | 'et vobis aliquid de bello dicendum est, qui teuthidum in morem gladium quidem habetis, cor autem non habetis.'* Quidam teuthidas putant esse quas nos vocamus sepias. Sepia autem de genere mollium est et arbitror huic generi cor non inesse.

[F]

SAMII LITERATI

3514

Plutarchus in vita Periclis citat hunc versiculum ex Aristophane comico:

Σαμίων ὁ δῆμὸς ἐστὶν ὡς πολυγράμματος, id est
Populus Samiorum valde literatus est.

155 Arbitror hoc inde dictum, quod, quum Samii captiuis Atheniensium inuississent noctuam, Athenienses vicissim Samiorum captiuis inurebant Samaenam, [G] quam in collectaneis opinor dictam Σάμην. [F] Id erat nauis genus, lato ventre, a prora veluti suilli rostri speciem praefrens, vnde et hic versus iactatus est:

160 Νᾶϊς δὲ τις ὠκυπόρος Σαμία ὑδὸς εἶδος ἔχουσα, id est
Nauis erat velox Samia specieque suilla.

Dicta est Samaena, quod a Samiis reperta sit. Conueniet igitur in cicatricosos et stigmatum plenos. Hesychius et Suidas addunt apud poetam dictum in Babylo-

122-143 Timidi... neruum *F-I*: Mater timidi non flet. Aemilius Probus in vita Thrasybuli prouerbio quondam iactatum fuisse testatur matrem timidi non flere, quod longius absint a periculo timidi et circumspecti quam fortes aut temerarii securique, eoque illi fere redeunt domum incolumes neque luctum adferunt matribus. Verba Probi, si quis forte

requiret, sic habent: Quo magis praeceptum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni nec sine causa dici timidi matrem non flere *D* [3424] *E* [3425], *del. π.*

147 οὐκ ἔχετε *F G I*: οὐκ ἔχεται *H*.

157 quam... Σάμην *G-I*: *add. χ.*

3511

117 Hom. *Od.* X, 306.

119 Pind. *Pyth.* 2 (1), 49 (89) (120 ἐπὶ ἐλπιδέσσι: ἐπὶ ἐλπίδεσι ed. Rom. 1515).

3512 Otto 1065.

123 *Probus Aemilius* Nep. *Thras.* 2, 3.

127-135 *Thrasybulus... solere* Nep. *Thras.* 1, 5-2, 3 (130 Actaeorum: *Atticorum* v.l.; 131 atque eius solitudo: *neque eius sollicitudo* v.l.; 133 haec; segnes ad persequendum: *ad persequendum segnes* v.l.; 135 neque: *nec* v.l.; matrem timidi: *timidi matrem* v.l.).

139 *vt ansa ansam* For the use of *ansa* in a metaphorical sense see *Adag.* 304 (*Ansam* quaerere).

141-142 *tam... homines* Nep. *Thras.* 2, 1.

143 *alibi Adag.* 1536 (Ne in neruum erumpat).

3513

145 Plut. *Them.* II, 6. Er. *Apophth.* V, Themistocles 14, *LB* IV, 243 D-E "In Eretrienses ita cauillari solebat vt diceret eos similes piscium qui gladioli vocantur, quippe qui gladium quidem haberent, cor autem non haberent, notans illorum ignauiam, quod armatis non esset animus."

149 *Quidam* Hesych. τευθίδες 684 Schmidt and Suid. τευθίδες 424: σῆπια. For the squid or

calamary see D.W. Thompson, *A Glossary of Greek Fishes*, London, 1947, p. 260.

149-150 *Sepia* etc. Aristot. *Hist. an.* IV, 1, 524 b Σπιδάγγλον δ' οὐδὲν ἔχει τῶν μαλακίων.

3514

152 Plut. *Per.* 26, 4. Aristoph., fr. 71 *PCG* III, 2.

155-158 *quum Samii... praefrens* Plut. loc. cit.

157 *in collectaneis* Zenob. Ald. col. 156 Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις. (I owe this reference to M.L. van Poll.) See also the entry Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις 142 in Suidas, from which Er. quotes in *Adag.* 3089 (Samiorum mala metuis): "(Suidas) indicat 'Samen' dici genus calamitatis Samiae, quod Athenienses notas infames inusserint Samiis captis."

157-158 *nauis... praefrens* Plut. loc. cit., Hesych. Σαμιακὸς πρόπος 147 Schmidt.

158 *hic versus* Hesych. loc. cit. The line is from Cratinus, fr. 14 *PCG* IV.

161 *Dicta... sit* Plut. loc. cit.

162-166 *Hesychius... Sic Aristoteles* Hesych. Σαμίων ὁ δῆμὸς 150 Schmidt, Suid. Σαμίων ὁ δῆμὸς 77.

162-163 *Hesychius... notatos* 'Hesychius and Suidas also note that the line of Aristophanes [quoted above, l. 153] referred to Babylonians' etc. The reference is to a play by Aristophanes, *Babylonians* (now lost).

nios e pistrino prodeuntes, stigmatibus notatos. Verum Aristoteles aliam huius dicti monstrat originem: quum Samiorum gens esset afflicta a tyrannis, ob inopiam administrantium rempublicam coacti sunt aliquot e seruis admittere in consortium administrandi magistratus. Sic Aristoteles. Seruile est autem [H] ac noxiorum [F] stigmatibus notari. [H] Apud Plautum in Cassina: *Si hic literatus me sinat*, ‘literatum’ appellans notis inustus insignem. Plinius libro xviii., capite iii. *inscriptos* appellat: *At nunc eadem illa vincti pedes, damnatae manus, inscripti vultus exercent*. De attagena diximus alias. [F] Nec desunt qui causam diuersam adferant, quod apud Samios inuentae sint vigintiquatuor literae a Callistrato. Sic Andron in Tripode. Idem Ionum literas tradidit Atheniensibus. Probabile est igitur a repertis traditisque literis iocum fuisse versum ad stigmata; nam Samii simul et accipiebant et tradebant infames notas. [H] Nicanor Alexandrinus, grammaticus, populari ioco dictus est *Stigmaticus*, quod de scripturae distinctiunculis, quas Graeci *στιγμάς* appellant, curiose scripserit.

[F]

SAMII MORES

3515

Σαμιακὸς τρόπος, id est *Samii mores*. Quidam referunt ad calumniandi vitium, quod, vt dictum est, Samii notas et inurerent aliis et paterentur ab aliis. Alii malunt referre ad nouam nauigii speciem, quam apud illos repperit Polycrates tyrannus. Itaque quadrabit in eos qui suos quosdam habent mores, a caeterorum moribus dissidentes.

[F]

ΑΑΚΚΟΠΛΟΥΤΟΙ

3516

Calliae barbarus quispiam clam indicauit magnam auri vim in puteum quendam coniectam. Is et occidit indicem, ne proderet, et aurum sustulit. Vbi res innotuit, in comoediarum iocum versa est, vt qui malis artibus subito ditescerent *λακκόπλουτοι* dicerentur. [H] Refert Plutarchus in vita Aristidis. [G] Attigit et Hesychius.

[F]

ABYDVS, ABYDENVS

3517

Abydenorum mores in prouerbum abierunt. Nam Abydeni dicti sunt sycophantae seu molles et effoeminati. Meminit adagii Pausanias et Suidas, quorum hic ostendit etiam res nihili nugasque meras Abydum dici (quemadmodum de tricis et apinis alibi retulimus), [G] opinor, quod id temporis frigeret Abydus ob vetustatem. Vnde Sinopen meretricem Abydum vulgo dictam indicat Athenaeus libro xiii., quod iam anus a nemine adiretur. Hesychius indicat quempiam apud poetam quendam *Ἀβυδοκόμαν* dictum, quod de sycophantia sese venditabat. Suidas, ni fallor, alicubi citat ex Aristophane. Zenodotus sic effert prouerbum: *Ἀβυδος πόλις*, id est *Abydus ciuitas*. Stephanus indicat prouerbum dictum ab Abydenis

Milesiis. Nam hinc profecta est Abydus Hellespontica. Verum haec propius attinent ad prouerbiū quod ante reulimus, *Ne temere Abydum.*]

LB 1080

[F]

AΘEPIZEIN

3518

Graecis ἀθερίζεται quod reiicitur ac nihili fit. Translatum a summis ordeī spicis, quae ceu cuspides habent, quae nulli sunt vsui, sed inter metendum pereunt. Eas Graeci vocant *atheras*. Sic ex Galeno annotauit vir ille diuinus Hermolaus Barba-

163 Aristoteles *H I. om. F G.*

171-172 *Post verba* Sic Andron in Tripode *add. in margine* Attigit et Hesychius χ.

163 Aristot. fr. 575 Rose; see n.ll. 162-166.

167 *stigmatis* This form (abl. pl.) is strange. Er. has used the correct form in l. 163.

Plaut. *Cas.* 401.

168 Plin. *Nat.* XVIII, 21 (169 inscriptique).

170 *alias Adag.* 3273 (Attagenae nouilunium).

170-172 *qui causam... Atheniensibus* Suid. Σαμίων ὁ δῆμος 77.

172 Cf. Andron Ephesius, fr. 7 *FHG* II, p. 348.

174-176 *Nicanor* etc. Suid. Νικάνωρ 375.

3515

178 Hesych. Σαμιακὸς τρόπος 147 Schmidt.

178-180 *Quidam... speciem* Following Hesychius, Er. gives a twofold explanation of the phrase 'the Samian manner'. His first explanation (ll. 178-179), however, differs from that given by Hesychius, which has it that the phrase referred contemptuously to the effeminacy of the Samians (ἐπὶ διαβολῇ τῶν Σαμίων θρῦλλουμένων ὡς κατεαγύτων). Er.' interpretation is his own invention; it was inspired by the preceding adage (3514) and its sources (more precisely Zenob. Ald. col. 156, Suid. Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις 142, and Suid. Σαμίων ὁ δῆμος 77).

180-181 *quam... tyrannus* Suid. Σαμίων ὁ δῆμος 77.

3516

187 Plut. *Aristid.* 5, 7-8.

188 Hesych. λακκόπλουτος 210 Latte.

3517

190 Athen. XIII, 524 f-525 a; Steph. Byz. Ἄβυδοι; Eust. p. 357, 1 ff. on *Il.* II, 836.

190-191 *Abydeni... effoeminati* Athen., Steph. Byz., Eust., loc. cit.

191 Paus. Attic. Ἄβυδος, p. 152 Erbse (for the lexicographer Pausanias see the notes on

193-200 quod id... Abydum *G-I. add. χ* [194 Siopen; 196 quendam *om.*; 197 *Abydός*].

Adag. 4, *ASD* II, I, p. 115). Suid. Ἄβυδος 101: Ἄβυδον φλυαρίαν.

193 *alibi Adag.* 143 (Tricae, apinae). Both expressions, meaning 'trifles, nonsense', were supposedly derived from the names of towns. *frigeret Abydus ob vetustatem* Athen. XIII, 586 a; see also 524 f.

194 Athen. XIII, 586 a.

195 Hesych. ἀβυδοκόμας 225 Latte.

195-196 *poetam quendam* Aristoph., fr. 755 *PCG* III, 2.

196 *Suidas* A memory lapse. The source that Er. wished to refer to is probably the anonymous proverb collection in the Aldine edition of Aesop (Zenob. Ald. col. 1 Ἄβυδος πόλις; Ἀριστοφάνης τὸν συκοφάντην ἀβυδοκώμην εἶπεν).

197 *Zenodotus* Zenob. Ald. loc. cit.

198 Steph. Byz. Ἄβυδοι.

199 *hinc... Hellespontica* Steph. Byz. loc. cit.

200 *ante Adag.* 693 (Ne temere Abydum). 3518

202-204 *Graecis... atheras* *Etym. mag.* ἀθερίζον 24, 29-32 Ἀπεδοκίμαζον... ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθέρων, οἰνοὶ τῶν ἀσταχύων, ἢ τῶν μὴ δυναμένων θερίζεσθαι καρπῶν; *Etym. Gud.* ἀθερίζον. ἀπεδοκίμαζον... ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθέρων, ἤγουν τῶν ἀσταχύων τῶν ἐκ τῆς ἄλλω ἀπορριπτομένων.

203-205 *Eas... Barbarus* Ermolao Barbaro, *Corollarii libri quinque*, [Venice], 1516, Triticum CCCIX, f. 43^r "Sunt autem aristae partes in spica primae, quae a Graecis antherices dicuntur et atheres. Est autem ather proprie in ordeo, ut Galenus interpretatur, cuspis ipsa spicae." (I owe this reference to M.L. van Poll.)

205 rus. Sunt qui putent spicas inutiles ac reiculas dici *athericas*, quod a messoribus ac triturantibus negligantur.

[H]

MANVARI

3519

Sicut fures multis artibus instructi sunt, ita studium illorum variis nominibus appellabatur, velut *inuolare* et *manticulari*. Pro eodem Laberius citante Nonio
210 Marcello dixit *manuari*, nec dubium quin ea vox ioco populari fuerit iactata, quemadmodum et hodie, quoniam furandi verbum nimis odiosum est, mitiore verbo dicunt: *digitauit*, si quid furto sublatum volunt intelligi, simul vt effugiant actionem iniuriarum: ‘Quid ais? Appellas me furem?’ ‘Nequaquam, sed manua-
torem.’

215 Huiusmodi voces obsoletae non carent gratia, si in loco adhibeantur nec sine *προεπιπλήξει*, ‘vt prisci loquebantur’ aut ‘vt vetere verbo vtar’.

[F]

AD CORONIDEM VSQVE

3520

Μέχρι τῆς κορωνίδος, id est *vsque ad coronidem*. Quum extremum finem rei cuiuspiam significamus. A nauibus translatum putant literatores, quibus aliquid
220 rostri speciem gerens solet addi. Nam ‘corone’ Graecis cornicem sonat, ‘coronis’ corniculam. Apud Homerum vsurpatur *κορώνη* pro anulo aut si quid aliud apponitur ostio. Idem velut ornamenti gratia perfectis omnibus additur. Vnde Eustathius indicat laetum rerum finem *χρυσῆν κορώνην* prouerbio dici solere. Plutarchus in libro De fortuna Alexandri refert Philoxenum a Dionysio coniectum in
225 latomias [H] (id erat nomen teterrimo carceri), [F] quod tragoediam quam illi castigandam tradiderit, *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς κορωνίδος περιέγραψεν*, videlicet circumducta linea significans totam esse dispungendam. Idem Aduersus Stoicos: *Ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος*, id est *ab ingressu et initio vsque ad coronidem*.

230 Iucundius erit, quoties transfertur ad animum, veluti si quis ‘studiorum coronidem’ dicat aut moneat vt egregiis coeptis auream addat coronidem aut vitae laudabiliter actae iubeat auream imponi coronidem, hoc est mortem piam.

[G] Quanquam ‘coronis’ dicitur interdum quod accedit absoluto operi, vt Martialis: *Multaque coronide longus*.

235 Qualia sunt in conuiuuis quae Graeci vocant *ἐπιδορπίσματα* siue *μεταδόρπια*, quod coenis addantur, Latini, ni fallor, *bellaria* vocant. Cuius vocis eadem fuerit gratia, si ad res animi transferatur, velut ad accessionem quaestioni propositae additam aut aliud simile.

[H] Postremo: grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit
240 quo coeperat, *coronidem* vocant eamque notant veluti rostri figuram experimentibus lineis.

[F] Attigeramus hoc prouerbum in eo quod est *A capite vsque ad calcem*, sed tribus duntaxat verbis.

[F]

SINE VT INCOLVMIS REDEAT

352I

245 Habet prouerbii speciem quod est apud Theocritum in Hodoeporis:

Εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις, καὶ τὸν ξένον εἰς πόλιν ἀῖθις
 Ζῶντ' ἄφες, id est
*Dic age, si quid dicis, et hospes ut vnde profectus
 Viuus eo redeat permittito.*

250 Sic et hodie dicimus iis qui verbis [H] minacibus [F] et conuiciis ferociunt: *Eia, sine hominem viuere!* [H] Verba sunt Laconis ad Comatam, qui de se arroganter in alterum contumeliose fuerat loquutus. Tametsi locum varie interpretatur scho-liastes.

233–238 *Quanquam...* simile *G–I: add. γ.*

205–206 *Sunt qui putent* etc. The reference is to Hesychius' lexicon, since the form ἀθήριξ occurs nowhere else in ancient literature. Contrary to Er.' assertion, Hesychius merely defines the word as 'ear of corn'. His next entry (1560) is ἀθηρίσαι· ἀφροντιστῆσαι. See also *Adag.* 377 (*Anthericum metere*), *ASD* II, 1, n.l. 260.

3519

209 *manticulari* See *Adag.* 2681.

Laberius, fr. 39 Ribbeck *CRF*, p. 346, quoted by Non. p. 205 Lindsay.

212 *digitauit* The reference is to the Dutch verb 'vingheren' ('pinch'); Suringar 259, p. 479; E. Verwijs-J. Verdam, *Middelnederlandsch woordenboek*, IX, 1, 's-Gravenhage, 1929, 516 f.; *Woordenboek der Nederlandsche taal*, XXI, 839.

213–214 *manuatorem* Er. has probably derived this word from the verb 'manuari', which he found in Nonius, loc. cit. 'Manuator' is not attested in any modern Latin dictionary, except in A. Blaise, *Dictionnaire Latin-Français des auteurs chrétiens* (one instance given, namely "S.S. Ruth 2, 15 cod. Complut.").

216 προεπιλήξει etc. Er. gives a number of formulas which may be used to soften a darning metaphor at the end of his introduction to the *Adagia*, *ASD* II, 1, p. 82.

3520

218 Plut. *Mor.* 334 c.

219 *literatores* That is, Eust. p. 73, 21 ff. on *Il.* I, 170.

220–221 'corone'... *corniculam Etym. mag.* κορωνίσι 530, 34–35 Ἔστι δὲ ὑποκοριστικὸν ἐκ τοῦ κορώνη κορωνίς. For the κορώνη see

D.W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, Oxford, 1895, pp. 168 f.

221 *Apud Homerum* Eust. loc. cit. See e.g. *Od.* I, 441.

222–223 Eust. loc. cit.

223–224 Plut. *Mor.* 334 c (226 ἄλην μέχρη).

227 Plut. *Mor.* 1066 a.

231 *egregiis...* *coronidem* Eust. loc. cit.

234 Martial. X, 1, 1 (seraque). Er. himself uses 'coronis' in a metaphorical sense ('addition', 'supplement') in e.g. Ep. 1659, *ASD* II, 1, p. 33, l. 271; see n. ad loc. See also R. Hoven, *Lexique de la prose latine de la Renaissance*, Leiden, 1994, s.v.

235 ἐπιδορπίσματα *sive* μεταδόρπια Athen. XIV, 640 c–e.

236 *Latini* See esp. Gell. XIII, 11, 6–7 and Macrobi. *Sat.* II, 8, 3.

239–241 *grammatici...* *lineis* Er. may have taken this information from scholia on Aristophanes, e.g. those on *Nub.* 1130 and *Ach.* 971. The use of the coronis as a mark in colometry is discussed by J.W. White, *The Verse of Greek Comedy*, London, 1912, p. 393.

242 See *Adag.* 137 (*A capite vsque ad calcem*), which concludes with Plut. *Mor.* 1066 a.

3521

245 Theocr. 5, 78 f. (246 ἐς).

250 *et hodie* Schol. on Theocr. ad loc., p. 170

Wendel: Ἔτι καὶ νῦν τοῖς δι' ὄχλου τινὶ γινόμενοις εἰώθαμεν τοῦτο λέγειν· ἄνες ποτὲ τὸν ἀνθρώπον. Prompted by this scholium, Er. quotes a similar expression current in his own day, namely "Laet de man toch leuen" (quoted by Sartorius, *Adag.* 3014; see Suringar 211).

252–253 See schol. on Theocr. loc. cit.

[F] E VESTIGIO 3522

255 Non ignotum est Latinis *e vestigio* fieri quod citra moram ac protinus fit, quod prisci dicebant *extemplo*. Eadem figura reperitur et apud Graecos ἐκ ποδός pro 'ilico', velut in Theocriti Verno itinere: Ὅς ἐκ ποδός ἄνυε κράναν, id est *Qui tum protinus extruxit fontem*.

260 De ἐκ ποδός quod significat *ab imis*, velut *a pedibus* [H] *vsque ad caput*, [F] dictum est alibi. |

LB 1081 [F] QVISQVIS TARDE VENIT AD COENAM 3523

Theocriti scholiastes indicat hos senarios prouerbio fuisse iactatos:

Ἄσστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται
 Ἡ χωλός ἐστὶν ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς, id est
 265 *Quisquis vocatus tardus ad coenam venit*
Aut claudus est aut non dat ille symbolas.

Theocritus sic habet:

Ἡ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεται; id est
An quoquam ad coenam properas conuiuia vocatus?

270 Et addit eos qui vocati sunt celerius ire, qui non vocati tardius. Etenim qui vocatus se venturum promisit inciuile putat, si conuiuatori sit in mora; qui non vocatus venit vel pudore tardior est vel quod exclusus spe alterius conuiuuii. Ita qui symbolum dedit properat, ne mulctetur damno, si post tempus venerit; qui non dedit, huius rei securus, vt lubet ambulat.

275 [F] GARGARA BONORVM 3524

Innumerabilem hominum rerumue vim prisci *gargara* dicebant, ficta, ni fallor, voce a strepitu quem facit hominum congregatorum multitudo aut rerum effusarum copia. Aristomenes ἐν Βοηθοῖς apud Suidam et Aristophanis interpretem: Ἐνδον γὰρ ἡμῖν γάργαρα, id est *Nobis enim intus gargara*. Citatur et tragicus quispiam, Sophron, opinor, qui scripserit: Χρημάτων τε γάργαρα, id est *Pecuniarum gargara*. Vnde et γαργάρω verbum, quod significat *perstrepo* praec multitudine. Vt Cratinus:

Ἄνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργάρει πόλις, id est
Vrbs vniuersa haec optimis strepit viris.

285 Rursus ex fabula cui titulus Δίμνα: citatur hic versiculus:

Ἄνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαρι' ἐστία, id est
Viris adactis tota perstrepit domus.

Caeterum, quod est apud Homerum Κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσι, id est *Pedibus quoque terra strepebat*: mutata literula κάρκαιρε dictum pro γάργαιρε. Denique, canctros existimant dictos γαργαρούς ob pedum multitudinem. [G] Macrobius libro Saturnalium quinto docet Gargara montem esse et eiusdem nominis oppidum monti subiectum in Mysia, vt apparet, quae frugum est feracissima, vt hinc factum sit vt qui immensam rerum copiam significare vellet *Gargara* nominaret. Exempla citat ex Alcaeo, Aristomene, quae scribarum inscitia desiderantur. [F] Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι risus causa duas voces coniunxit immensam multitudinem significantes:

290–294 Macrobius... desiderantur G–I: *add.*
χ [292 in om.].

3522

257 Theocr. 7, 6. The poem is commonly entitled Θάλυσια, but the 1516 edition has, like some Mss., Ἐαρινή ὀδοπορία as an additional title.

257–258 *tum protinus* Er.' translation of ἐκ ποδός as *tum protinus* is prompted by his association with the phrase "e vestigio", which means: from where one stands, i.e. at once. His translation is in agreement with one of the interpretations given by the scholiast, namely ταχέως. Modern interpreters (e.g. Gow) prefer the literal sense, namely "beneath his foot".

260 *alibi* The reference is to *Adag.* 137 (A capite vsque ad calcem), where Er. quotes Aristoph. *Plut.* 650 Ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν, which he translates as "A pedibus vsque ad caput".

3523

262 Schol. on Theocr. 7, 24, p. 86 Wendel. Fr. adesp. 155 Kock III, p. 439.

267 Theocr. 7, 24 (268 δαῖτ' ἀκλήτος; δαῖτα κλητὸς codd.).

270 *additi* Namely, the scholiast.

270–274 *Etenim* etc. Added by Er.

273 *symbolum* Certainly a mistake for 'symbolam' (see l. 266).

3524

276 Suid. ψαμμοκκοσιογάργαρα 22, IV, p. 840, ll. 2 ff. Schol. on Aristoph. *Ach.* 3. Er. calls hostile theologians "gryllorum gargara" in Ep. 2892, l. 34.

276–289 *ficta*... γάργαιρε Γάργαρα (lots, plenty) is an onomatopoeic word, says Er. In explaining its origin he wrongly takes γάργαρα and its derivative γαργαίρω (swarm with) to be synonymous with καρκαίρω (quake, or rumble). He found this association in Suidas and the scholiast, who, however, emphasize the connotation 'plenty', not

that of 'noise'. Er. may also have thought of the following entries in Hesychius: ἐκάρκαιρον 1247: ψόφον τινὰ ἀπετέλουν; ἐκάρκαιρεν 1246: ἐπλήθυσεν; γαργαρίς 172: θόρυβος.

278 Aristomenes, fr. 1 *PCG* II, quoted by Suid. loc. cit., l. 11 and in schol. on Aristoph. *Ach.* 3 a (i).

279–280 *tragicus quispiam* Fr. adesp. 442 *TrGF* II, quoted by Suid. loc. cit., l. 13 and in schol. on Aristoph., loc. cit. Er.' tentative attribution of the fragment (the author of which is unknown) to Sophron is due to a somewhat rash interpretation of his sources.

281 γαργαίρω... *perstrepo* See above, n.ll. 276–289.

282 Cratinus, fr. 321 *PCG* IV, quoted by Suid. loc. cit., l. 5 and in schol. on Aristoph. *Ach.* 3 a (ii).

285 Aristoph., fr. 375 *PCG* III, 2, quoted by Suid. loc. cit., l. 10 and in schol. on Aristoph. *Ach.* 3 a (i) (ἐν Λημνίαις Küster: ἐν Λίμναις codd.; 286 πᾶσ' ἐγάργαιρ' Toup: πᾶσα γάργαιρ' v.l.) and 3 c.

288 Hom. *Il.* XX, 157, quoted by Suid. loc. cit., ll. 5 and 14, and in schol. on Aristoph. *Ach.* 3 a (i) and (ii).

290 *canctros*... *multitudinem* Suid. loc. cit., ll. 15 f. Schol. on Aristoph. *Ach.* 3 a (i). Both sources connect καρκίνος (crab) with γαργαίρειν and claim that a crab is called καρκίνος because of his numerous legs (τὸν καρκίνον δὲ οὕτως ὀνομάζεσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ποδῶν). In misinterpreting οὕτως Er. makes up the non-existent word γαργαρούς. *Macr. Sat.* V, 20, 9–12.

294 Alcaeus, fr. 19 *PCG* II. Aristomenes, fr. 1 *PCG* II (see l. 278).

295 Aristoph. *Ach.* 3 (ψαμμοκκοσιογάργαρα).

295–299 *duas voces*... ἐξακόσια Suid. loc. cit., p. 839, ll. 22 ff. Schol. on Aristoph. *Ach.* 3 a (i), (ii) and c.

Ἄ δ' ὠδυνήθην, ψαμμοσικισιογάργα.

Siquidem ψαμμοσικόσια dicunt Graeci quae vel aequant harenarum numerum, ad eam formam qua dicunt τριακόσια et ἑξακόσια. [G] Alexis apud Athenaeum libro sexto:

Ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέταν
 Ἐν' ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασιν δὲ χρώμενον
 Ψαμμοσικισίαι, id est
Famulum intonabat euocans
 305 *Vnum atque solum, caeterum vocabulis*
Vtens ad id innumeris.

Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui, quum non haberet nisi vnum famulum, tamen pro foribus euocabat eundem variis nominibus, vt hospites crederent plurimos esse domi. Et huius compositae vocis meminit Macrobius loco quem modo indicauimus.

[F]

ONOBATIS

3525

Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, vt illic lapidi insists omnibus esset conspicua. Deinde, impositam asino atque ita per totam ciuitatem circumductam reducebant ad lapidem, vt ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem vitam et ignominiae gratia ὄνοβά-
 315 τικ dicebatur, quod asinum equitasset. Lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur in quo steterat mulier. Quadrabit in quamuis prostitutae famae.

Asinus apud Cumanos erat iocus prouerbialis, qua de re nobis dictum est alias.

Illud hic annotandum, quomodo decreuerit legum seueritas. Apud Hebraeos adultera lapi|dabatur. Apud Romanos aliquando minitabatur lex Iulia. Apud
 321 Cumanos summa ignominia supplicii loco erat. Nunc apud Christianos ludus est adulterium, apud quos tamen matrimonium est sacramentum. Quid superest, nisi vt premia decernantur his qui multorum vxores constuprarunt? Olim incestae prophanae viuae defodiebantur. Nunc violare virginem Christo dicatam pie-
 325 tas est.

Verum quod ad prouerbium attinet, refertur a Plutarcho in Problematis.

[F]

MONOPHAGI

3526

Μονοφάγοι dici poterunt sordidi et inhospitales qui neminem inuitant ad conuiuium. Aeginensium qui ad bellum Troianum profecti fuerant, multi perierant in pugna, plures tempestas absorpserat. Paucos igitur qui domum incolumes redierunt, quum recepissent cognati, videntes reliquos ciues ob desiderium suorum in luctu ac moerore versari, non arbitrati sunt conuenire vt vel palam laetitiam suam declararent vel diis ob illorum salutem rem diuinam facerent, sed suos

335 quisque quos incolumes receperant, domi clam conuiuuiis et gratulationibus excipiebant, ipsi ministrantes patribus, cognatis, fratribus ac necessariis, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Aeginetae, quum Neptuno sacrificant, dies sedecim, gestantes thiasos, quos vocant, clam apud sese conuiuia celebrant, neque seruorum quisquam adesse sinitur. Mox Veneri sacrificantes festum soluunt. Itaque qui sic sacrificabant *μονοφάγοι* dicebantur.

340 [F]

EAMVS ATHENAS

3527

 et ‘palea’, quod mus in re pusilla vehementer laboret, nisi malum dictum a
 μύσσω, quod est *sicco*, et μύσις, *praefocatio*, quasi si quis festuca praefocetur. Nam
 Hesychius indicat sic hanc vocem pronuntiandam vt dicitur ἀκονιτί, vsurpatam
 975 autem a Cratino in fabula cui titulus Horae. Alii virum quempiam Μυσικαρφον
 dictum existimant, qui ex se quidem nihil venustiorum diceriorum adferre pote-
 rat, sed tamen libenter aliorum dictis arridebat, et huius nominis mentionem fac-
 tam apud Apollophanem comicum.

Torquebitur igitur in hominem parcum ac sordidum aut in frigide iocosum.

980 [G] ΜΥΤΗΣ 3579

Impendio tacitus aut in venerem solutior dicebatur μύτης, quasi dicas *mutitor*, a
 μύ, mutorum syllaba, de quo nobis alias dictum est. Est huius nominis piscis foe-
 mina quae sine mare non pascitur. Hinc et in libidinosos aut supra modum vxor-
 ios, rectius autem in virosas foeminas. Autor Hesychius.

985 [G] QVI INSPVERIT IN CAVERNAM FORMICARVM ETC. 3580

Idem indicat vulgari sermone fuisse iactatum Ὡς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκιᾶν οἰδεῖ τὰ χεῖλη, id est *Quod qui inspuerit in agmen formicarum, huic intumescant labra.* Hoc, seu vere fit vt ex halitus repercussu virus aliquod afficiat conspuentis os, seu temere creditum, torqueri poterit in eos qui multitudinem imbecillium quidem, 990 sed tamen numerosam et concordem prouocant. Hesychius autorem citat Diodorochum. Is fuit comoediarum scriptor, Epicharmi filius.

[G] NEMO SIBI NASCITVR 3581

Haec sententia Platonis sic est ab eruditis omnibus celebrata vt optimo iure possit inter prouerbia recenseri. Eam primus Plato prodidit in epistola quam scripsit 995 ad Archytam: Ἀλλὰ κάκεινο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὐτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μὲν τι ἡ πατρίς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδονται τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι, id est *Quin et illud tibi considerandum est, quod quisque nostrum non sibi tantum natus est, sed ortus nostri partem sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici caeteri. Multa vero dantur et occasionibus quae incidunt in vitam nostram.* Adducit hunc locum M. Tullius libro De officiis primo: *Sed quoniam, inquit, vt praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus ortusque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.* Quam sententiam quum dilucide, commode et eleganter verterit Cicero, miror quare 1000

3576

951 Athen. XI, 495 f (πενταπλόαν).

952-957 *Ephēbi... olei* Athen. loc. cit. (953 ὠσχον: ὕσχον ed. Ald.; 955 Σκιράδος (genitive): σκιράδος ed. Ald.; πενταπλόαν: πεντάπλοον ed. Ald.).

958-961 *vas... sedecim* Athen. XI, 478 d. - *Baccho sacrum* Athen. 478 c.

963 *alias Adag.* 502 (Copiae cornu).

964 *suo loco Adag.* 3676 (Per satyram).

3577

966 Hesych. Καρικῶ σχήματι 822 Latte: ἐπὶ τῶν ἀκολάστων.

969 Καρικῶ πλοίω is the preceding entry in Hesychius.

3578

971 Hesych. μυσίκαρφι 1946 Latte: ... τὸ μεμυκῶτως καὶ ξηρῶς παίζειν (ποιεῖν v.l. et ed. Ald.).

971-973 *Vox... praefocetur* Added by Er. - *a μύσσω ... praefocetur* Er. has taken the verb μύσσω from Hesychius' entry μύσεις (μύσσει v.l. et ed. Ald.): κάρφεται (dries up). Er. explains μυσίκαρφι as a combination of

μύσσω (dry up) and μύσεις (suffocation) plus κάρφος (dry stalk, *festuca*).

974 Hesych. μυσίκαρφι 1946.

975 Cratinus, fr. 293 *PCG* IV.

975-979 *Alii* etc. Hesych. loc. cit.

978 Apollonphanes, fr. 8 *PCG* II.

3579

981 Hesych. μύτις (μύτης v.l.) 1990 Latte.

981-982 *quasi... syllaba* Added by Er. The form *mutitor* is made up by Er. himself, from 'mut(t)ire' (mutter).

982 *alias Adag.* 702 (Ne my quidem facere audet).

982-984 *Est* etc. Hesych. loc. cit.

3580

986 Hesych. μυρμηκία 1903 Latte. - Ὡς does not properly belong to the proverb quoted by Hesychius, who says: ἦν δὲ καὶ λόγος, ὡς ὁ πτύσας etc.

991 *Is* etc. Suid. Δεινόλοχος 338.

3581

993 Plat. *Epist.* 9, 358 a.

1 Cic. *Off.* I, 7, 22 (3 vindicat).

- 5 Seneca dicere maluit: *Nemo sibi contigit*. Nam videtur exprimere voluisse illud ἐγένετο. Sic enim scribit Ad Lucilium libro quinto, epistola xxxii.: *Vis scire quid sit quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contigit*. Videtur enim hoc impu-
 10 tare parentibus, quod non statim expetimus optima. Subiicit enim: *Optauerunt itaque tibi alia parentes tui, sed ego contra omnium tibi eorum contemptum opto*
 LB 1095 *quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant, ut te locupletent*. Idem studii
 11 fuisse videtur Quintiliano ut omnia secus diceret quam dixerat Cicero. Quare fit ut non raro dicat inelegantius atque etiam obscurius.

[G]

PIREVS NON FERT VASA INANIA

3582

- Iulius Pollux libro vi., capite vi. refert hoc ex Aristotele: Τὸν Πειρέα μὴ κεναγγίαν
 15 ἄγειν, id est *Piraeum non vehere vasa inania*. Piraeus portus erat Atticae. Huc
 appellebant vasa mercibus onusta. Eodem conueniebant adolescentes conuiuium
 acturi. Indicat hoc Antipho in Eunuchō Terentiana: *Aliquot adolescentuli coimus*
in Piraeo / In hunc diem, ut de symbolis essemus. Est eiusdem nominis portus
 20 Corinthiacus, vbi consentaneum est maiorem fuisse luxum. Hinc ductum
 scomma in eos qui gaudent semper cibo potuque distendi. Expende, num apud
 Pollucem legendum Πειραιέα, ut ad hominem referatur, quando Stephanus indi-
 cat locum et hominem qui prius *Piraeus* dicebatur, postea dictum Πειραιέα.

[G]

CRADOPHAGVS

3583

- Rusticum et sordidum veteres κραιοφάγον per iocum appellabant, quasi κρ-
 25 δαιοφάγον, nam κράδαια vocant arboris ficī folia. Iidem dicebantur βλανοφάγοι,
 quasi prisco more *glandibus viuentes*.

[G]

SAPIENS DIVINAT

3584

- Donatus in Hecyram indicat prouerbium esse *diuinare sapientem*, quod ex
 coniecturis prudenter collatis colligit verum non solum de praeteritis, verum-
 30 etiam de futuris, quanquam in fabula quidem Laches diuinans tota errat via.
 Cuius tamen coniecturam approbans Phidippus ait: *Plane hic diuinat, nam id est*.
 Reliqua pete ex prouerbio *Qui bene coniiacet*.

[G]

IAMBIZEIN

3585

- Ἰαμβίζειν prisca dixerunt pro *conuiciari ac maledicere*, voce ducta ab Iambe, foe-
 35 mina insignite maledica. Probabilius est ab iambo pede ductum, qui conuitiis
 repertus est, impetum ferientis atque impetentis exprimens. In quo congruit et
 illud, quod a breui orsus desinit in longam, quemadmodum iniuria ex leuioribus
 iniitiis exit in grauem tragoediam, quod indicauit et Homerus: Ἢ τ' ὀλίγη μὲν τὰ

40 πρῶτα, id est *Quae primum exigua est*. Vnde et hominem ad conuiciandum pro-
pensum ἰάμβηλον appellant. Huiusmodi ferme Suidas et Hesychius.

[G] TESTACEVM FLAGELLVM 3586

45 Κεραμεικὴ μᾶστιξ, id est *testaceum flagellum*, dicebatur ostracismus, de quo nobis
abunde dictum est in prouerbio *Ostraci conuersio*. 'Flagellum' autem vocabant,
quod hoc exigerentur in exilium, 'testaceum', quod testulis soleant ea ferri
suffragia.

[G] ARIETIS MINISTERIVM 3587

50 Κριοῦ διακονία, *arietis ministerium*, Suidas et Zenodotus sic referunt quasi dici
solitum de officio in ingratos collocato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem.
Hesychius ita refert quasi congruat in eos qui spe cuiusuis praemioli inseruiunt
indignis. Quum pueros inuitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos
aut nuces. Itidem in apologo quopiam, opinor, dixit aries: *Inunge! Dabo tibi*
talos. Addita stellula in editione Aldina indicat κατέλειψεν esse verbum subditi-

5 maluit *HI*: maluerit *G*.

5 Sen. *Epist.* 32, 4.

6 ἐγένετο Er. means γέγονεν in the passage
from Plato (l. 996).

3582

14 Poll. VI, 31, quoting from Aristophanes (!)
(Ἀριστοτέλης v.l.; Πειραιῶ). Aristoph., fr.
683 *PCG* III, 2.

17 Ter. *Eun.* 539 f.

18-19 *Est... Corinthiacus* Steph. Byz. Πειραιός.

19 *ubi... luxum* See *Adag.* 301 (Non est cuius-
libet Corinthum appellere) and 3268
(Corinthiari).

20-22 *Expende* etc. The emendation proposed
has proved correct.

3583

24 Poll. VI, 40 (25 κράδαι; βαλανηφάγοι).

25-26 βαλανοφάγοι etc. See *Adag.* 2227
(Arcadicum germen).

3584 Otto 1582.

28 Don. *Comm. in Ter. Hec.* 696.

28-32 *quod* etc. Added by Er.

30 *tota errat via* Ter. *Eun.* 245, quoted in *Adag.*
48 (*Tota erras via*).

31 Ter. *Hec.* 696.

32 *proverbio Adag.* 1278 (Qui bene coniciet,
hunc vatem).

3585

34 Hesych. ἰαμβίζειν 44 Latte.

35-36 *Probabilius... exprimens* Added by Er.

37-39 *quod a breui... πρῶτα* Suid. ἰαμβίζω 25.

38 Hom. *Il.* IV, 442, quoted by Suidas.

39-40 *hominem... ἰάμβηλον* Hesych. ἰαμβύλος
(ἰάμβηλος cod.) 45 Latte.

3586

42 Hesych. κεραμικὴ μᾶστιξ 2266 Latte.

43 *proverbio Adag.* 1051 (*Testulae transmuta-*
tio).

43-45 '*Flagellum*' etc. Hesych. loc. cit.

44 *soleant* For this use of the present instead of
the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.

3587

47 Suid. κριοῦ διακονία 2438 and the preceding
entry. Zenob. Ald. col. 107 = Zenob. 4, 63.

49 Hesych. κριοῦ διακονία 4143 Latte.

51-53 *dixit aries... ἀλείφω* Hesych. loc. cit. The
Aldine edition of 1514 reads: καὶ ὁ κριὸς οὖν
εἶπε, *κατέλειψε τοὺς ἀστραγάλους σοι δώσω.

Er. proposes to read κατάλειψον (from
ἀλείφω, *Inunge!*), interpreting the quotation
as follows: "The ram said: 'Cover my food
with dressing and I will give you knuckle-
bones'" (sc. to play with). Modern editors
read: (The ram said:) "καταλείψω τοὺς
ἀστραγάλους σοι" [δώσω]. See also W. Büh-
ler, *Zenobii Athoi proverbia*, IV, Gottingae,
1982, 31, p. 247.

tium. Opinor legendum κατάλειψον, ab ἀλείφω. Huius obiter mentionem fecimus in prouerbio *Aries nutricationis praemium*.

55 [H] Est aliud in ingratos prouerbium quod superius a nobis relatum est:

Ἄντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί, id est
Pro benefactis vinxerunt Agamemnona Graii.

60 Reperi citatum citra autoris titulum. Interim in scholiis Graecanicis inueni in porticu stoeae quae Varia dicebatur et Regis, complures fuisse Mercurii statuas, partim a plebeiis, partim a principibus positas. Vna erat ex his quae carmen hoc insculptum habebat antiquis literis. Hinc venit in prouerbium. Hoc, quicquid est, suo loco erat addendum, sed iam ea charta exierat manus meas.]

LB 1096 [G]

IN TVVM IPSIVS CAPVT!

3588

65 Quoties in autorem mali malum retorquetur aut recidit, Graeci dicunt: Εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν. Demosthenes in oratione Περὶ παραπροσβείας: Οὐκοῦν ταῦτα συνηύχето οὗτος καὶ κατηρᾶτο τῇ πατρίδι, ἀ νῦν εἰς κεφαλὴν ὑμᾶς αὐτῶ δεῖ τρέψαι, id est *Haec igitur optabat iste patriaeque imprecabatur, quae nunc vos oportet in ipsius caput vertere*. Ita Ctesippus in Euthydemo Platonis: Εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν· Σοὶ εἰς κεφαλὴν, id est *Nisi dictu rusticius esset, dicerem: Tibi in caput!* Nam sophista collegerat eos procurare interitum adolescentis qui vellent eum doctum euadere, quum nondum esset doctus, nam perit quod desinit esse quod erat et incipit esse quod non erat. Ita Maro: *Quod dii prius omen in ipsum / Conuertant!* [H] Apud Aristophanem in Pluto Penia ratiocinatur, si omnes homines ditescerent, fore vt Chremylus ipse cogeretur arare, fodere reliquosque
75 labores exhaurire, vt iam afflictior viueret diues quam antehac vixerat pauper. Chremylus autem memor laborum quos in paupertate pertulerat abominatur hoc verbum et in Peniae caput reprecatur, dicens: Ἐς κεφαλὴν σοί, id est *In caput tibi!*, vt subaudias ‘recidat’. Caelius ad M. Ciceronem libro octauo: *At Domitius quum manus ad os apposuit, te a.d. ix Calend. Iun. subrostrarii – quod illorum capiti sit! – dissiparant perisse.*
80

[G]

IRACVNDIOR ADRIA

3589

Qui moribus parum est commodis et iritabili ingenio Adriae comparatur prouerbio. Ita Flacci amica, quicum fecerat diuortium:

85 *Tu leuior cortice et improbo
Iracundior Adria.*

Iipse fatetur se subiracundo fuisse ingenio:

Irasci celerem, at sic vt placabilis essem.

Item in satyra cuius initium Iam dudum ausculto. Aeschines in Demosthenem dicit eum moribus fuisse adeo asperis et inconstantibus vt cum Adria facilius sit
 90 habere commercium quam cum illo; non quod illud mare sit caeteris saeuus – imo vix aliud mitius – sed ita visum est Italis, qui, si nauigassent mare Britannicum aut Danicum, faterentur Adriam indignum esse maris vocabulo.

[G]

BOS MARINVS

3590

Βοῦς ἐνάλιος, id est *bos maritimus*, de magnis, insulsis et ad nihil vtilibus, quales
 95 sunt phocae tantum pascentes nec operi nec esui viles, contra quam boues terrestres. Refertur a Suida. [H] Suspicio autem legendum βούς ἐναύλιος, vt sit idem quod mox sequitur: Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθη, id est *Bos in stabulo sedes*. Sic enim refertur in collectaneis Tarrhaei ac Didymi. Estque hemistichium iambici trimetri.

73–78 Apud Aristophanem... recidat *H I*: In caput tuum. ἐς κεφαλὴν σοι vox est abominantis et quod dictum est in caput illius a quo dictum reprecantis. Apud Aristophanem in Pluto, Penie ratiocinanti fore [*sed fore del.*], si omnes homines ditescerent, fore vt Chre-

mylus ipse cogeretur arare, fodere, reliquosque labores exhaurire, itaque afflictius viueret diues, quam antea vixit pauper, ad mentionem laborum Chremylus respondet, ἐς κεφαλὴν σοι. Similiter apud Platonem *MS.* 79 apposuit *scripsi* [*cf. Adag. 4013*]: opposuit *H I*.

53 *Huius* The reference is to the expression κριτοῦ διακονία.

54 *prouerbio Adag.* 1492 (Aries nutritionis mercedem persoluit).

55–57 *aliud...* *Graii* Zenob. Ald. col. 36, quoted in *Adag.* 1507 (Pro beneficentia Agamemnonem vlti sunt Achiui).

58 *scholiis Graecanicis* Harpocrat. Ἐρμαῖ. For Er.' curiously vague reference to Harpocraton's vocabulary see *ASD* II, 1, p. 56, n.ll. 204–206.

59 *porticu...* *Regis* Harpocraton actually refers to two Athenian porticoes, namely, the famous Painted Colonnade and the Royal Colonnade (τῆς Ποικίλης καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς). For these see Paus. I, 3, 1; 14, 6; 15, 1 and J.G. Frazer ad loc. (*Pausanias's Description of Greece*, New York, 1965, II, pp. 57 f.; 130 ff.).

60 *plebeis...* *principibus* Harpocrat.: ἰδιωτῶν καὶ ἀρχόντων.

62 *suo loco Adag.* 1507. *sed* etc. Er. uses the same excuse at the end of *Adag.* 2360 and 2868.

3588 Otto 347.

64–65 After Demosth. 19, 130 and Plat. *Euthyd.* 283 e. Er. here uses αὐτοῦ presumably for the 2. person sing. (l. 63 *tuum*); see *ASD* II, 4, p. 257, n.l. 859.

65 Demosth. loc. cit.

68 Plat. loc. cit.

72 Verg. *Aen.* II, 190 f. (di).

73 Aristoph. *Plut.* 525 f.

77 *reprecatur* Er. uses the same verb in Ep. 362, l. 34. See also *Colloquia, ASD* I, 3, p. 128, ll. 106 ff. "Precor vt hic sol tibi felix surrexerit." :: "Tantundem tibi reprecor."

78 Cic. *Fam.* VIII, 1, 4 (79 subrostrani). Modern editors adopt a full stop after *apposuit*. With *te* a new sentence begins. The passage is the subject of *Adag.* 4013 (Manum ad os apponere).

3589

83–85 *Flacci...* *Adria* Hor. *Carm.* III, 9, 22–23.

87 Hor. *Epist.* I, 20, 25 (tamen ut).

88 Hor. *Serm.* II, 7.

88–90 *Aeschines...* *illo* See Athen. XII, 612d (Lysias accuses Aeschines). I owe this reference to R. Hoven.

90–91 *non quod...* *mitius* Er. would know, since he had seen the Adriatic Sea during his stay in Venice (1508).

3590

94 Suid. βούς ἐβδομος 458: Βοῦς ἐνάλιος, ἐπὶ τῶν μηδὲν χρησιμευόντων.

97 Suid. βούς etc. 459 = Zenob. Ald. col. 57 Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθη· παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρηστών. See *Adag.* 1039 (Bos ad praesepe).

98 *collectaneis...* *Didymi* The reference is to Zenob. Ald.

[G]

BOS IN STABVLO

3591

100 Βοῦς ἐν αὐλίῳ, id est *bos in stabulo*, dicebatur inutilis et in ocio vitam agens. Hesychius indicat a Cratino dictum in fabula cui titulus Deliades. Quanquam huius alibi meminimus.

[G]

CANIS AD CIBVM

3592

105 Κύων ἐπὶ σῦτον, id est *canis ad cibum*. De iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostenso alliciunt. Hesychius indicat hoc esse simile illis Βοῦς ἐπὶ σφαγῆν καὶ ὕς ἐπὶ δεσμά, id est *bos ad mactationem et sus in vincula*.

[G]

BOS IN QVADRA ARGENTEA

3593

110 Βοῦς ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ, id est *bos in quadra argentea*. In eos qui personam sustinent officium aliquod egregium pollicentem nec vlli tamen sunt vsui nisi ad voluptatem aut fastum. Simillimum est illi quod alibi retulimus, *Bos septimus*. Olim apponebantur bellaria sic efficta vt nouae lunae cornua prae se ferrent, quod luna nascens ac desinens cornuta videatur. Quin et *lunae* dicebantur huiusmodi bellaria. Qua de re Suidas citat epigramma non inelegans:

115 Πῶς βοῦς ὑπάρχων αὐλακας γῆς οὐ τέμνεις,
Ἄλλ' ὡς πάροις ἀγρότης ἀνεκλίθης; |

LB 1097 Πῶς οὐχὶ καὶ σὺ πρὸς νομάς ἀποτρέχεις,
Ἄλλ' ἀργυροῦν εἰδῶλον ἔστηκας, τράγε;

120 Ἔστηκα τὴν σὴν ἐξελέγχων ἀργίαν, id est
Qui nam fit vt bos quum sies, aruum haud ares,
Sed ebrui in morem recumbis rustici?
Quin, hirce, tu quoque curris hinc in pascua,
Sed potius hic imago stas argentea?
Hic sto tuam redarguens inertiam.

125 Meminit huius bouis Iulius Pollux libro vi., capite xi., demonstrans hoc cibi genus inferri solere Apollini, Dianae, Hecatae et Lunae. Finguntur et hodie variae animantium species in bellariis. Huic non dissimile est quod Galli vocant *regem chartarum* qui titulo verius quam opibus rex est.

[G]

ACCEPTA CANDELA

3594

130 Diphilus apud Athenaeum libro xv. in fabula cui titulus Ἄγνοια: Ἄψαντες λύχνου λυχνεῖον ἐζητοῦμεν, id est *Arrepta candela candelabrum quaerebamus*. Quum res improuide geritur. Oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam candelam attingeres.

[G]

VACVAM INHABITARE

3595

135 Κενῶ ἐγκατοικεῖν δόμῳ, id est *vacuam habitare domum* dicuntur qui speciem rei magnificam ostentant, quum ipso bono vacui sint. Plato trimetrum citat, haud dubium quin vulgo iactatum, quandoquidem autoris nomen tacet: Καὶ ἄσκει ὀπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτα ἀφείς, εἶτε ληρήματα χρῆ φάναι εἶναι εἶτε φλυαρίας,

140 Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις,

ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἔστι καὶ βίος καὶ δόξα καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθὰ, id est *Eaque exerce vndecunqve videberis sapere, omissis istis ad ostentationem facientibus, siue deliramenta ea vocari decet siue nugas,*

Ex quibus inanes incoles tandem domos,

145 *neque magnificias viros qui haec minuta redarguunt, sed illos potius quibus adest res familiaris et honesta fama aliaque multa bona.*

De vacuo Gratiarum scrinio diximus alias.

[G]

ΣΤΗΝΙΩΣΑΙ

3596

150 Στηνιῶσαι est alterum asperis conuiciis incessere. Athenis erat festum quoddam in quo ius erat diceriis et conuiciis in alios ludere, vnde στηνιῶσαι dici coeperunt qui liberius in quempiam debacchabantur. Festo nomen erat Στήνια. Στηνόν enim proprie dicitur quod asperum auribusque molestum est. Ita Hesychius et Etymologus. Simile illi *De plastro loqui*.

3591

100 Hesych. βοῦς ἐν ἀλλίῳ 969 Latte. See also above, n.l. 97.

101 Cratinus, fr. 34 *PCG* IV, quoted by Hesych.

102 *alibi Adag.* 1039 (Bos ad praesepe).

3592

104 Hesych. βοῦς etc. 971 Latte. The explanation is an addition by Er.

105 Hesych. loc. cit.

3593

109 Suid. βοῦς ἑβδομος 457.

109-111 *In eos... septimus* Er. claims that *bos in quadra argentea* is a set expression, but Suidas says merely that the epigram (quoted below, ll. 115 ff.) is about 'an ox and a goat that are carved upon a silver plate'.

111 *alibi Adag.* 963 (Septimus bos).

112-114 *Olim... bellaria* After Suid. 458.

114 Suidas See n.l. 109.

125 Poll. VI, 76.

127-128 *Galli* etc. The reference is to the expression "un roi de cartes". See *Adag.* 1479

(Tragicus rex); Suringar 30.

3594

130 Diphilus, fr. 2 *PCG* V, quoted by Athen. XV, 700 d (λύχνον, sic et ed. Ald.).

131 *Arrepta* But ἄψαντες (in combination with λύχνον) means 'having lighted' (a lamp).

3595

135 Plat. *Gorg.* 486 c-d.

136 Plat. loc. cit. Er.' assumption that Plato quotes a poetic fragment (l. 140) is correct; it is from Euripides, fr. 188 Nauck.

147 *De vacuo* etc. The reference is to Theocr. 16, 10, quoted at the end of *Adag.* 1164 (Sera in fundo parsimonia).

3596

149 Hesych. στηνιῶσαι 1827 Schmidt.

149-151 *Athenis...* Στήνια Hesych. στήνια 1825.

151-152 Στηνόν ... *molestum est* Not in Hesych. nor in *Etym. mag.* nor in *Etym. Gud.* Er. seems to mean the adjective στενός.

153 *De plastro loqui Adag.* 673.

[G]

A SEXAGINTA VIRIS VENIO

3597

155 Athenienses mire delectabantur iis qui risum dictis aut factis mouere norunt, adeo vt ad hoc in Diomeo aut Heracleo sexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabantur *sexaginta viri*, quemadmodum nos dicimus ‘duumuiros’, ‘triumuiros’ et ‘decemuiros’, magistratum significantes, vt, si quid ridicule dictum esset, vulgo ita loquerentur: Οἱ ἐξήκοντα τοῦτο εἶπον, id est *Sexaginta viri hoc dixerunt*,
 160 aut: Ἀπὸ τῶν ἐξήκοντα ἔρχομαι, id est *A sexaginta viris venio*. Refert Athenaeus libro xiiii. Erat Athenis tribus quae dicebatur Διομῶν a Diomo quodam, Colytti filio, vnde Διομεῖον, vt ex Hesychio licet coniiicere.

Poterit per ironiam dici in dictum illepidum et agreste: ‘Dictum sexaginta viris dignum’ aut in stulte dicacem: ‘Hic nobis venit a sexaginta viris.’

165 [G]

CAPITE GESTARE

3598

Quos tenere amamus *capite gestare* dicimur. Plato libro De republica x.: Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὥστε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσι αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι, id est *Et huius sapientiae gratia tam vehementer amantur vt amici tantum non eos in capitibus circumferant*. Translatum apparet a matribus ac nutricibus, quae infantulos cunis impositos capite portant. Simili | figura
 LB 1098 Cicero dixit *oculis ferre* pro ‘vehementer amare’. Et ‘in sinu ferimus’ quos singulari affectu prosequimur.
 171

[G]

DEMISSIS AVRICVLIS

3599

Qui deiecto sunt animo *auriculas super humeros habere* dicuntur. Ita Plato libro De republica x.: Τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες, id est *Auriculas super humeros habentes*, hoc est animis deiectis et aegris. Sumptum est a iumentis, quae sic aurium motu testantur affectum animi quemadmodum homines fronte et oculis. Nam vni homini, vt ait Plinius libro xi., natura auriculas dedit immobiles. In iumentis autem et quadrupedibus fere omnibus auscultantibus sunt erectae, fessis marcidae, nutantes pauidis, subrectae furentibus, resolutae aegris. Inde est illud Flacci:
 180

*Demitto auriculas vt iniquae mentis asellus,
 Quum grauius dorso subiit onus.*

Quin et hodie vulgo qui spe sua frustrantur dicuntur *auriculas demittere* et *auriculas habere pendulas*.
 185

[G]

ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΟΝΙΣΤΑΙ

3600

Agathodaemonistae dicebantur olim qui parce biberent. Tantum Hesychius, autor ex re nomen habens, nisi forte hoc operis quod habemus epitome est eius quod

190 ille scripsit. Proditum est Socratem nunquam de primo cratere bibere solitum,
sed secundo seruare sitim. Tertium autem craterem ἀγαθοῦ δαίμονος appellabant,
quemadmodum alibi declaratum. Itaque qui sitim seruabant tertio crateri ἀγα-
θοδαίμονίζειν dicebantur.

195 Itali raro bibunt in conuiuio nec nisi saburrato, vt Plautino verbo vtar, stoma-
cho. Nos potu auspicamur conuiuium et potu claudimus, frustra reclamantibus
medicis.

168 περιφέρουσι *H I*: περιφέρουσιν *G*.

3597

155-160 *Athenienses... venio* Athen. XIV, 614 d.
The clause *quemadmodum... significantes* is
an addition by Er.

156 in *Diomeo aut Heracleo* Er. follows the
Aldine edition, which has ἐν γοῦν τῷ διομείῳ
ἢ Ἡρακλείῳ. Modern editors read ἐν τῷ
Διομέων Ἡρακλείῳ ('in the temple of Hera-
cles, in the deme Diomeia').

160 Athen. loc. cit.

161-162 *Erat... filio* Hesych. Διομεῖς (!) 1880
Latte.

3598

166 Plat. *Rep.* X, 600 d (168 περιφέρουσιν).

171 Cic. *Phil.* 6, 4, 11; *Ad Q. fr.* III, 1, 9; *Fam.*
XVI, 27, 2. The expression is "in oculis
ferre". See also *Adag.* 4150 (Oculis ferre et
similia).

'in sinu ferimus' E.g. Hor. *Carm.* II, 18, 27; for
the phrase *in sinu* see *Oxford Latin Dictio-*
nary, s.v. sinus, 2 d, 3; Lewis-Short, s.v., 2 a.

3599

174 Plat. *Rep.* X, 613 c.

176-180 *iumentis... aegris* After Plin. *Nat.* XI,
136 f. (180 micantes: *nutantes* v.l.).

177 *fronte et oculis* After Plin. XI, 138. See *Adag.*
1304 (Ex fronte perspicere).

178 *Nam... immobiles* Er. included the same
observation in *Adag.* 2156 (Auribus arrectis),
ASD II, 5, p. 138, ll. 785 f.; there too the
source is Plin. XI, 136 (not Aristotle).

179 *auscultantibus sunt erectae* Added by Er. See
Adag. 2156.

181 Hor. *Serm.* I, 9, 20 f.

184-185 *hodie* etc. The reference is to vernacul-
lar expressions, e.g. "Hij laat de ooren
hangen." Harrebomée, II, p. 148; Suringar
55.

3600

187 Hesych. Ἀγαθοδαίμονισται 250 Latte: οἱ
δλιγοποσοῦντες.

188 *ex re nomen habens* A play on Hesychius'
name, which means 'quiet'. Er. is dissatisfied
with the meagre explanation presented by
Hesychius. He expresses his discontent with
the Greek lexicon also in the preface to the
1515 edition of the *Adagia*, *ASD* II, 1, p. 30, ll.
181 ff.

189-190 *Socratem... sitim* Socrates used to
harden himself in various ways. The source is
Plut. *Mor.* 512 f. See also *Apophth.* III, Socra-
tica 7, *LB* IV, 155 E and *Lingua*, *ASD* IV, 1A,
p. 156, ll. 301-304.

191 *alibi Adag.* 553 (Bonae fortunae siue Boni
genii). See also 3670 (Philotesius crater).
ἀγαθοδαίμονίζειν The verb is not attested in
ancient literature.

193 *Itali... stomacho* An unusually positive
observation on Italian lifestyle. Listing
national vices - for the use of preachers - in
the *Ecclesiastes*, Er. describes the Italians as
sober in eating and drinking, but otherwise
intemperate (*ASD* V, 4, p. 238, ll. 997 ff.).
For his feelings towards the Italians, see J.
Huizinga, *Er. über Vaterland und Nationen*,
in: *Verzamelde werken*, VI, Haarlem, 1950,
pp. 265-266; L.-E. Halkin, *Er. et l'Europe*,
in: *Commémoration nationale d'Er.*, Brux-
elles, 1970, pp. 94-96 and *Er. en Italie*, in: J.-
C. Margolin, ed., *Colloquia Erasmiana Turo-*
nensia, I, Toronto, 1972, pp. 44-47; *Erasm-*
da Rotterdam, Adagia: Sei saggi politici in
forma di proverbi, ed. S. Seidel Menchi,
Torino, 1980, pp. vii-xxvii.

saburrato Plaut. *Cist.* 121. Er. takes the word
to mean 'ballasted with food' rather than
'with wine'. See *Adag.* 2657 (Saburratus).

194-195 *Nos* etc. A sneer against the inhabit-
ants of the Low Countries and, perhaps, of
Germania at large. For Er.' aversion to his
countrymen see Wesseling, *Are the Dutch*
Uncivilized?, pp. 71-75.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA VII

[G]

IN FRIGIDVM FVRNVN PANES IMMITTERE

3601

Ἐπὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τοὺς ἄρτους ἐπιβάλλειν, id est *In frigidum furnum immittere panes* dicuntur et hodie qui docet indocilem, qui monet auersum aut qui alioqui
 5 sumit inanem operam. Refertur apud Herodotum libro v., cui titulus Terpsichore. Consultis manibus Melissa apparens negavit se indicaturam vbi reconditum esset depositum, quum ipsa algeret nuda: nihil enim sibi profuisse vestes quibuscum fuerat sepulta, quod non essent exustae. Astruxit fidem suis dictis hoc
 10 indicio: "Ὅτι εἰς ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν Περιανδρὸς τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε, id est *Quod in furnum, quum frigeret, Periander ingessisset panes*. Hoc aenigma solus Periander renunciatum intellexit, sibi conscius quod cum exanimi coierat.

Hoc ad prouerbii sensum opinor esse satis, quo nobis licet castius ac verecundius vti.

[G]

MERCVRIO DEXTRO

3602

15 Hesychius indicat veteres in iactu quodam solere ominis gratia praefari Mercurium, quemadmodum in conuiuio: Ἀγαθοῦ δαίμονος καὶ Διὸς σωτήρος, de quibus suo dictum est loco. Idem indicat in sortibus ducendis primam sortem dici solere *Mercurium*.

20 Per iocum vsurpare licebit, vbi quid aggredimur noui. Qui de summa periclitantur dicuntur *omnem iacere aleam*, qui primum tentant aliquid dici possunt

2 immittere *G H*: imittere *I*.

3601

3 Hdt. V, 92, 7.

4 *hodie* The reference is to the vernacular proverb "Hij steekt brood in een' kouden oven." Harrebomée, I, p. 96; Suringar 92. *qui docet indocilem* Er. uses the same expression in *Adag.* 340, *ASD* II, I, p. 442, l. 842 and in 362, p. 454, l. 103.

5 Hdt. loc. cit. (9 ἐπι).

3602

15 Hesych. Ἐρμῆς 5952 Latte.

17 *suo... loco* *Adag.* 553 (Bonae Fortunaе siue Boni genii); 1701 (Seruatori tertius).

Idem Hesych. Ἐρμού κληρος 5961.

19-21 *Qui... ducere* See *Adag.* 332 (Omnem iacere aleam).

Mercurium ducere. Iulius Pollux libro vi., capite ix. indicat in κρεωνομίχ, id est *carnium partitione*, primam carniū portionem Ἐρμουῦ κληῖρον, id est *Mercurii sortem*, appellari solere.

[G]

NE MERCVRIO QVIDEM CREDERE

3603

25 Strabo libro ii. de narratione parum probabili: Ἦν οὐδὲν τῷ Ἐρμῷ πιστεῦσαι τις λέγοντι, id est *Quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti.* Tametsi locus mendosus est, vt sunt pleraque in hac prima aeditione; οὐδὲ sine controuersia legendum est.

Proprie conueniet in eos qui longinquis peregrinationibus circumacti narrare
30 solent prodigiosa. At viatorum deus habebatur Mercurius.

[G]

MERCVRIALE

3604

LB 1099 Ἐρμαῖον Graeci vocabant lucrum praeter expectatio|nem oblatum, a primitiis
quas olim in viis ponebant Mercurio. Iis viatores vescebantur. Alii malunt duc-
tum ab aceruis lapidum quos in itineribus ambiguis Mercurio sacros ponebant,
35 quorum meminerunt et Hebraeorum Prouerbia: *Sicut qui mittit lapidem in acer-
uum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Quanquam hic varie translatus
est a Graecis. Quidam ita sunt interpretati: Ὁς ἀποδεδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνη
ὁμοιός ἐστι τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν, id est *Qui religat lapidem in funda similis est*
tribuenti stulto gloriam. Alii pro 'hermaeo' verterunt πολυανδρεῖον, qui locus est
40 multorum sepulturae destinatus, et 'lapidem' accipiunt non quoduis saxum, sed
gemmam. Nec multum inter se discrepant qui verterunt 'polyandrium' et qui
'hermaeum', nam et sepulchra plebeiorum habebant congeriem lapidum, vnde
illud Maronis:

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.

45 In locum sordidum ac funestum stulte mittas gemmam. Non enim ornat locum,
sed sordidatur a loco. In hermaeum vero si mittas quemuis lapidem, nihil est gra-
tiae – nec enim extat in turba lapidum, singulorum officium –, si gemmam,
multo stultior es. Sed illorum est argutissima sententia qui verterunt 'fundam'.
Non enim tantum perit officium tuum, sed in tuum malum resilit, veluti si stulto
LB 1100 lapidem innectas fundae, dedisti quo | te feriat.

51 Verum haec non sunt proprie huius instituti. Suidas citat haec absque nomen-
clatura: Οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀγαπήσας τὸ ἔρμαῖον οὐδὲ οἰηθεὶς ἄρα μὴδὲν ἀδικεῖν,
εἰ ἐκῶν παρ' ἐκόντος ὀτιοῦν ἐωνήσασα, id est *Non iuxta caeterorum morem captus*
amore lucri nec arbitratus se nihil peccare, si volens a volente quiduis mercatus esset.

55 Idem refert hanc sententiam tacito item autoris nomine: Ἐρμαῖόν ἐστι τῶν
κακοήθων ἅπας ἐπιεικής, id est *Lucrum est improborum, quisquis est humanus ac*
modestus. Bonorum enim lenitas inuitat malorum audaciam. Refert et illud ex
Damasceno, vt apparet: Καὶ ἐδόκει ἔρμαίω ἐντετυχῆναι ὁ μοὶ περιτυχῶν, id est

60 *Videbatur sibi in hermaeum incidisse quisquis in me inciderat.* Recreat enim viatorum, vbi dubius de via repperit aceruum Mercurii. Idem aceruus dicitur λόφος Ἑρμαῖος, id est *tumulus* siue *collis Mercurialis*. [*H*] Philostratus in *Sophistis hermaeum* appellat thesaurum in aedificio repertum et alias pro insigni lucro forte obiecto vsurpat.

[G]

FILVM NEVISTI: ET ACV OPVS EST

3605

65 Prouerbii faciem habet versiculus vt apparet anapaesticus, quem Iulius Pollux libro decimo refert ex Hermippi Fatis:

Ῥάμμα ἐπέκλωσας· προσδεῖ καὶ ῥαφίδος, id est
Filum ductum est: opus est et acu.

70 Cum significamus non satis esse coepisse, nisi pari industria perficias. 'Didicisti artem, superest exercitatio.' 'Didicisti grammaticam, restat dialectica.' 'Didicisti sacras literas, restat bona vita.'

29 qui *I*: qui iactant se *G H*.32 Ἑρμαῖον *G*: Ἑρμείον *H I*.

21 Poll. VI, 55. One may note that the word κρεωνομία (or κρεκνομία) is not found in Pollux; Er. may have taken it from Lucian. *Prometheus* 5.

3603

25 Strab. II, 4, 2 (οὐδ' ἄν).

27 *hac prima aeditione* The Venice 1516 edition is meant; see *ASD* II, 1, p. 181, n.l. 849.

3604

32 Suid. ἑρμαῖον 3030. For the expression see D.A. Tsirimbis, *Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei den Epistolographen der zweiten Sophistik: Alkiphron - Cl. Aelianus*, München, 1936, pp. 4-5, and *Nachträge zu Otto*, p. 26.

33-34 *Alii... ponebant* Suid. ἑρμαῖον 3030 and 3031.

35 *Pru* 26, 8.

36 *hic* Presumably, the noun 'versus' is to be supplied.

37 *Quidam* What follows is the version of the Septuagint. The translation *Qui religat* etc. is taken from the *Complutensian Polyglot (Biblia Polyglotta, Compluti, 1514-1517)* (38 ligat).

39 *Alii... πολυανδρεῖον* Source not identified. The verse does not appear in Origen's *Hexapla*. The reference is not to Procopius of

Gaza's *Commentarii in Proverbia* (cf. Migne *PG* 87, 1481 B-C) nor to Euagrius Ponticus' *Scholia* (ed. Géhin, *SC* 340). See M. Faulhaber, *Hobeliend-, Proverbien- und Prediger-Catenen*, Wien, 1902. - For modern interpretations see A. Cohen, *Proverbs*, London, 1967, p. 174 f. and W. McKane, *Proverbs*, London, 1970, p. 598.

43 Not Vergil, but Servius, *Comm. Aen.* I Praef. 51 Suid. ἑρμαῖον 3030. See Damascius, *Vita Isidori*, fr. 122 Zintzen, p. 103.

55 *Idem* Suid. 3032.

58 *Damasceno* Damascius (!), fr. 341 Zintzen, p. 271, quoted by Suid. 3031 (ἐντετυχηκέναι ἐμοί).

60-61 *Idem aceruus... Mercurialis* Hesych. Ἑρμαῖος λόφος 5939 Latte.

61 Philostr. *Vit. soph.* II, 548, pp. 56, ll. 27 f. and 57, 2 Kayser.

62 *alias* I, 525, p. 37, l. 31 and II, 617, p. 117, l. 2. 3605

65-66 *versiculus... Fatis* Hermippus, fr. 49 *PCG* V, quoted by Poll. X, 136. Pollux quotes from Hermippus: Ῥάμμα ἐπέκλωσας. He then observes: Προσδεῖ δὲ καὶ ῥαφίδος. Er. wrongly takes the latter sentence to be part of the fragment from Hermippus.

[G]

CALVVS QVVM SIS

3606

Gregorius theologus in epistola quadam ad Eustochium sophistam, quem laces-
 75 siuerat: Καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῆς παροιμίας τῆς ἰδιωτικῆς ἐπαιδεύθην, φαλακρὸς ὢν κατὰ
 κριοῦ μὴ νυστάζειν ἀντιπρόσωπος, μηδὲ τὴν σφηκίαν κατ' ἑμαυτοῦ, γλῶσσαν πρὸς
 τὸ κακῶς λέγειν ἑτοιμοτέραν, id est *Ac non saltem a prouerbio plebeio didicerim,*
quum sim caluus non obuersa fronte obnuere arieti, neque vesparum nidum in me
prouocare, nimirum linguam ad maledicendum quam ad benedicendum promptio-
rem. De non iritandis crabronibus dictum est alias.

80

[G]

ARGENTEVS PVTEVS

3607

Φρέαρ ἀργυροῦν, id est *argenteus puteus.* Athenaeus libro vndecimo indicat olim
 ingens poculum dici solitum 'puteum argenteum', nam cyathi pusilli erant.

Sunt et hodie qui delectantur e profundis poculis haurire atque, vt inquit ille,
 85 *proluere labra,* habentes in ore prouerbum *Multa aqua ori admota probe macerari*
barbam. Iocus est a tonsoribus, qui rasuri prius calida macerant barbam.

[G]

MALO ASINO VEHITVR

3608

Quibus res sunt parum secundae *mala asella vehi* dicuntur: 'Ἐπ' ὄνου πονηρᾶς
 ὀχούμενοι. Suidas ceu prouerbiale refert in dictione πονηρός. Felices enim eximiis
 90 equis insidere gaudent, quo celerius perueniant eo quo volunt. Nec inscite iacie-
 tur in hominem parum feliciter coniugatum.

[G]

ALLIUM IN RETIBVS

3609

Σκόροδον ἐν δικτύοις, id est *Allium in retibus,* de sordido commeatu dicebatur;
 hinc natum, quod Attici, quoties nauigationem aut expeditionem adornabant,
 commercabantur allia eaque retibus imposita secum ferebant. Item in obsidioni-
 95 bus vrbium in precio erat allium, vnde illud citra nomenclaturam apud Suidam:
 Ἀπόλλυμαι τὰ σκόροδα πορθούμενος, id est *Perdo allia in obsidione.* Thraces prae-
 cipue delectantur alliis, vtpote calidis, quum regionem inhabitent frigidam.
 Quin et hodie nautarum deliciae sunt allium, non ingratus et rusticorum cibus,
 vtcunq; execratus Horatio.

100

Locus erit adagio, si quem admoneas vt philosophiae studium aggressurus
 paret sese ad frugalem victum, ad vigilias ac labores, sine quibus non paratur eru-
 ditio: Σκόροδον ἐν δικτύοις!

[G]

SYBARITICI SERMONES

3610

Συβαριτικοὶ λόγοι. Hesychius narrat Ἄκωπον quempiam, Sybaritam, opinor,
 105 apud Graecos summo studio incubuisse vt orationis quoque genus haberet lau-

LB 110I tum et opiparum, vnde iocum prouerbiale ortum, vt oratio nitidior | et accuratior *Sybaritica* diceretur. Ea solet carere fide, nam veritatis simplex ac breuis est oratio. Talis enim solet hominis oratio esse qualis vita. In exemplo sunt Moeccenas et Apuleius, ille deliciis effoeminatus, hic Afer et magus.

110 De Sybaritarum apparatu dictum est in prouerbio *Sybaritica mensa*.

76 έτουμοτέραν *H I*: έτουμοτέραν *G*.

97 alliis *G H*: aliis *I*.

3606

73 Greg. Naz. *Epist.* 191, 1 (75 άντι προσώπου, μηδέ σφρηλίαν έγείρειν κατ').

79 *alias Adag.* 60 (Iritare crabrones).

3607

81 Athen. XI, 461 c.

83 *ille* Pers. Prologus, 1.

84 *proverbium* "Wel genet is half geschoren." Suringar 245; Harrebomée, III, p. 58 and the 'Bijlage', p. 389.

3608

87 Suid. πόνηρος 2041: έπι όνου πονήρας όχούμενος. (I have maintained Er.' way of accenting.)

88 *ceu prouerbiale* Er. considers the passage to be proverbial because it is quoted without the name of an author.

3609

92 Suid. σκοροδιους 668.

95 Suid. loc. cit. The fragment is from Aristophanes, *Ach.* 163 f. 'Poor me! I'm finished! These Thracian thieves have sacked my garlic.' Er., who fails to recognize the original source of this fragment, misinterprets it.

96-97 *Thracas... frigidam* Suid. loc. cit.

99 Hor. *Epod.* 3.

3610

104 Hesych. Συβαριτικοί λόγοι 2131 Schmidt: τόν γάρ Αἴσωπον (ἄκωπον ed. Ald.) έν Ἰταλίᾳ γενόμενον σπουδασθῆναι σφόδρα φησίν, ώς και τὸ τῶν λόγων αὐτοῦ εἶδος έπιδαφιλεῦσαι, και Συβαριτικόν προσαγορευθῆναι. παροιμιώδεις οὖν οἱ Συβαριτικοί λόγοι. Misled by the corrupt form ἄκωπον in the Aldine edition of Hesychius (1514), Er. fails to see that the entry is about Aesop and his fables. Oddly enough, it has escaped his attention that he had discussed the same entry of Hesychius before, namely in 556 (*Sybaritica oratio*). In 3610, almost a *doubleure*, Er. repeats nearly literally his explanation given in 556.

107-109 *Ea solet* etc. Added by Er. His erro-

neous interpretation of Hesychius' entry leads him to explain Συβαριτικοί λόγοι as 'deceitful speeches', no doubt on the strength of the evil repute of the inhabitants of Sybaris. Er. indulges in an elaborate discussion of their effeminacy and luxurious lifestyle in *Adag.* 1165 (*Sybaritica mensa*). Συβαριτικοί λόγοι are really a class of fables, as Er. himself points out in his introduction to the *Adagia*, *ASD* II, 1, p. 51 and (using a scholium on Aristoph. *Au.* 471) in *Adag.* 1527 (Ne Aesopum quidem triuisti), *ASD* II, 4, p. 40, ll. 482 f.

107-108 *veritatis... oratio* See *Adag.* 288 (*Veritatis simplex oratio*).

108 *Talis... vita* See *Adag.* 550 (*Qualis vir, talis oratio*).

108-109 *Moeccenas... deliciis effoeminatus* Sen. *Epist.* 120, 19 "Maecenatē deliciis provocant"; see also 114, 4-7.

109 *Apuleius... Afer et magus* Apuleius, a native of Madaura, was traditionally held to be a miracle worker (Lact. *Inst.* V, 3, 7; Aug. *Epist.* 102, 32; 136, 1). Er. viewed Africa as a land of evil, a breeding-ground for poisons and a hotbed of hybrid monsters: "quod in Libya variae ferarum species saepenumero misceantur"; "vt est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium" (see *Adag.* 2608-2610, *ASD* II, 6, pp. 429 f.). Little wonder then that heresies thrived there: "In eadem Africa, quae iuxta Graecorum prouerbium semper gignit aliquid noui monstri, exorti sunt Donatiani", he remarks in his catechism (*Explan. symboli*, *ASD* V, 1, p. 286, ll. 392 f.). Africans were prone to the poisonous vice of self-love more than other peoples (*Adag.* 292 Φίλαντοι, *ASD* II, 1, p. 398, l. 322). All this explains why Er. holds against both Apuleius and Tertullian their extraction from Africa (for Tertullian see *Eccles.* I, *ASD* V, 4, p. 266, l. 450).

110 *Sybaritica mensa Adag.* 1165.

[G]

MATVRIOR MORO

3611

Πεπαίτερος μόρου. De Hectore Aeschylus in Phrygibus ita loquitur apud Athenaeum libro ii.:

115 Ἄνῆρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρου, id est
Porro vir ille erat moro maturior.

Dici potest vel in hominem miti ingenio praeditum vel in mollem vel in vehementer propensum ad aliquid, velut in virginem nupturientem. Addit ex Nicandro huius arboris fructum primum omnium apparere. Additur et huic arbori vellicatio ad maturitatem. Opinor fici genus esse [H], quum scribitur per omicron μόρον.

[G]

FLOS CINIS

3612

125 Diuus Augustinus libro aduersus Petiliani literas ii., capite lxvi. irridens quod aduersarius iactaret quod suorum animabus impletum esset coelum, corporum memoria terrae flourissent, respondit: *Sane de corporibus eorum multorum terrarum flores videmus, sed, sicut solet dici, flos cinis.* Donatistae suos qui sibi manus attulissent quie prouocassent alios vt ab eis occiderentur, ni mallent occidi, in numerum martyrum referebant, eorum monumenta frequentantes, vnde flores illos 'cinerem' vocat.

130 Dici solitum videtur in fugacitatem humanae vitae. Hodie floret iuuentus, cras erit in sepulchro. Et iuxta prophetam: *Omnis caro foenum.*

[G]

HOMO SEMPER CONTRADICENS

3613

135 Galenus libro quo refellit Iulianum nescio quem calumniantem Aphorismos Hippocratis refert hanc sententiam vt vulgo celebratam: Οὐδέν ἐστιν ἀπεραντολογώτερον ἀνθρώπου, id est *Nihil est pertinacius ad contradicendum quam homo.* Ἀπεραντολογία est vicium quo quis garriendi finem nescit facere.

Conuenit in eos qui nunquam fatentur se victos. Hoc vicio maxime laborant stupidi et imperiti.

[G]

INSANIRE CVM INSANIENTIBVS

3614

140 Τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι, id est *cum insanientibus insanire* dicebatur qui se moribus quorumlibet attemperabat. Vsurpauit Galenus libro Περὶ φυσικῶν δυνάμεων i.: Ἐπεὶ δ' ἱκανῶς ἠδολεσχῆσαμεν οὐχ ἐκόντες, ἀλλ', ὡς ἡ παροιμία φησί, μαινομένοις ἀναγκασθέντες συμμανῆναι, πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν οὖρων ἐπανέλθωμεν διάκρισιν, id est *Posteaquam autem satis nugati sumus haud sponte, sed, iuxta prouerbum, coacti 'cum insanientibus insanire', rursus ad vrinarum discretionem reuertamur.*

145

[G]

CALLIPYGOS

3615

Καλλιπυγοὶ dicebantur eleganti forma praeditae. Athenaeus libro xii. ad huiusmodi fabulam refert originem prouerbii. Duae sorores, rustici cuiusdam filiae, de formae praestantia inter se decertabant in via publica. Accessit adolescens, qui formas admiratus patri seni ostendit. Is maiorem praeferens eius amore captus est. Profectus in urbem lecto coepit decumbere. Morbi causam exposuit fratri natu minori. Is rus profectus conspectis puellis minoris amore correptus est. Pater virginum collocat eas huius filiis, quas ciues ob insignem formam appellarunt Καλλιπύγους. Harum opibus exstructum est Veneri templum, quam et ipsam a puellis dixere Καλλιπυγον. De quibus Cercidae scazontem citat:

Ἦν καλλιπύγων ζεῦχος ἐν Συρακούσαις, id est
Par callipigon quondam erat Syracusis.

Eosdem appellant πυγάργους, vt alibi diximus in prouerbio Λευκόπυγοι.

122 cap. lxvi. I: cap. 62. G H.

133 ἀπεραντολογώτερον I: ἀπεραντιλογώτερον
G H.

3611

112 Athen. II, 51 c.

Aeschylus, fr. 264 *TrGF* III, quoted by Athen. loc. cit. (114 μόρων).

117-118 *Addit...* *apparere* Athen. II, 51 d.
Nicander, fr. 75, p. 156 Gow-Scholfield.

118-119 *Additur...* *maturitatem* Cf. Athen. II,
51 b-c.

119-120 *Opinor fici...* μόρον Er. believes μόρον to be a kind of fig. Athenaeus (II, 51 b) links the μόρον with the συκάμινον; see also Suid. μόρα 1246: τὰ συκάμιννα. Both words denote the fruit of the black mulberry. Perhaps Er. took συκάμινον to denote a fig. In doing so he may have thought of σύκον. It is true, though, that he correctly renders συκάμινον as "morum" in an earlier adage (1939, *ASD* II, 4, p. 300, ll. 431 ff.).

quum scribitur etc. Er. intends to distinguish μόρον (fig, in his view) from 'mōrum' (black mulberry), or, more precisely, from μωρον, a noun which is actually not attested in ancient Greek.

3612

122 Aug. *Contra litteras Petilianii* II, 71, 159 f.,
CSEL 52 (124 multos).

130 *prophetam* Is. 40, 6.

3613

132 Gal. *Adversus ea quae Iuliano in Hippocratis Aphorismos enunciata sunt libellus* 2, 3
Wenkebach (134 τάνθρώπου).

134-135 Ἀπεραντολογία Er. knew the word from Lucian. *Dial. mort.* 10, 10 and Cic. *Att.* XII, 9.

3614

139 Gal. *De nat. facult.* I, 15, 56 f. Helmreich.

140 Gal. loc. cit.

3615

147 Athen. XII, 554 c-d.

149-150 *adolescens...* *ostendit* Actually the girls themselves showed their bodies to the young man.

155 Cercidas, fr. 14 Powell, *Collectanea Alexandrina*, Oxonii, 1925, p. 213, quoted by Athen. loc. cit.

158 *Eosdem* etc. *Eosdem* refers to fair-buttocked people in general. Καλλιπυγοί, says Er., are also called πύγαργοι (with white buttocks, from πυγή and ἀργός white). See *Adag.* 1043 (Ne in melampygam incidas): "Graeci... molles et imbelles fractosque deliciis πυγάργους καὶ λευκοπύγους appellabant" (after a scholium on Lycophr. 91).

[G]

QVOD VOLVMVS SANCTVM EST

3616

160 Diuus Augustinus libro Contra Cresconium grammaticum iiii.: *Non iam, ut vetus prouerbiū fertur, 'quod volumus sanctum est', sed etiam quando volumus et quamdiu volumus.* Alibi, ni fallor, citat ex Ticonio Donatiano. Est hemistichium carminis heroici.

LB 1102 Genus hoc hominum hodie regnat in mundo qui pietatem non exigunt ad
166 Christi regulam, sed ad suos affectus, | et quicquid vehementer amant, hoc videri volunt etiam sanctum, in rebus natura sceleratissimis sibi mire blandientes. Sanctum autumant gestare tale cingulum. Quamobrem? Quia paruo negotio cupiunt haberi pro sanctis. At neque sobrie neque caste volunt viuere nec iniurias perpeti. Quur ita? Quia durum est ac difficile.

170

[G]

NE CREPITV QVIDEM DIGITI DIGNVM

3617

Athenaeus libro xii. de Sardanapali epitaphio loquens: Καὶ τελευτήσας δείκνυσιν ἐν τῷ μνήματος τύπῳ τοῖς δακτύλοις οἴου καταγέλωτός ἐστι ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων, id est *Et mortuus declarat in monumenti statua digitis quam deridiculae sint res hominum, ne digitorum quidem crepitu dignae.* Mox Aristobulus apud eundem indicat Sardanapali sepulchro impositam fuisse statuam, dextrae manus digitis ea specie compositis qua solemus edere crepitem.

175

Et gestus is et prouerbiū in hodiernum vsque diem manet apud nostrates, quum aiunt *Ne huius quidem facio.*

180

[G]

CORIACEVM AVXILIVM

3618

Σκυτίνη ἐπικουρία, id est *coriaceum* siue *pelliceum auxilium* apud Atticos infirmum et imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium. Athenaeus libro xii. indicat dictum in quendam Sannyrionem macilentum, quod praeter pellem nihil haberet. Apud eundem libro xiii. Antiphanes philosophos macilentos notans: Μετὰ σοφιστῶν, νῆ Δία, λεπτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων, id est *Cum sophistis per Iouem macilentis, impastis, pelliceis.* Tales erant olim philosophi et hodie sunt qui vultu tristes vendunt sanctimonias.

185

[G]

TANAGRAEVS CETVS

3619

190 Obesum ac praegrandi corporis mole Ταναγραῖον κῆτος appellabant a Tanagra, Boeotiae ciuitate, quam Homerus Γραῖαν vocat, Lycophron Poemandriam appellat, maritimam, ad quam delatus cetus immani magnitudine prouerbio locum dedit. Refertur ab Athenaeo libro xii.

[G]

LEGATVS NON CAEDITVR NEQVE VIOLATVR

3620

195 Scholiastes in Iliados quartum refert hoc prouerbium: Πρέσβυς οὐ τύπτεται οὐδὲ ὑβρίζεται, id est *Orator nec percutitur nec violatur*, quod praekonum genus olim habitum fuerit sacrum. Id iure gentium receptum est, vt legati publica fide veniant et redeant inuiolati, etiam si perferant atrocias, quales erant olim faciales ac patres patrati. Nunc in mediis etiam bellis caduceatoribus parcitur.

200 Deflecti poterit ad bene monentem siue recta consulentem siue concionantem libere: 'Legatus est, refert mandata sui principis' aut: 'Agit negotium publicum, non est fas illi vim admouere'.

172 ἐστὶ Ἰ: ἐστὶν Ἰ Ἡ.

175 Aristobulus G H: Aristobolus I.

3616 Otto 1854.

160 Aug. *Contra Cresconium* IV, 37, 44. *CSEL* 52.162 *Alibi* E.g. *Contra epist. Parmeniani* II, 13, 31, *CSEL* 51. Er. has included the same proverb at the end of *Adag.* 115 (*Suum cuique pulchrum*).164–169 *Genus hoc hominum* etc. The attack is aimed at the monks, more specifically the mendicant friars and popular preachers. Er. also quotes the expression *Quod volumus sanctum est* in *Adag.* 115, *ASD* II, 1, p. 232, l. 455. There, too, he aims at the friars, who "sibi arrogantius vindicant pietatem quam vnquam fecerint Pharisaei, qui cum vitis nec ferendis nec nominandis madeant, miro tamen supercilio debacchantur in vitam alienam." See also *Adag.* 3618 (*Coriaceum auxilium*), 3628 (*Olium ne comedas*), 3664 (*In ventrem insilire*) and 3755 (*Mithragyrtes, non daduchus*).166–167 *Sanctum... cingulum* See *Moria, ASD* IV, 3, p. 160, l. 541.

3617

171 Athen. XII, 529 d–e (172 τῷ τοῦ μνήματος; ἐστίν).

Sardanapali epitaphio Er. quotes the epitaph, using various sources, in *Adag.* 2627 (*Sardanapalus*).175 Aristobulus, fr. 9 *FGrHist* II B, p. 772, quoted by Athen. XII, 530 b. Er. paraphrases the same passage in *Adag.* 707 (*Huius non facio*).177 *edere crepitum* I.e. snap one's fingers, as a gesture expressing contempt.178 *nostrates* The Dutch saying is: "Ick vraech daer niet een knip na" (Not worth the snapof a finger), quoted by Sartorius, *Adag.* 775. Suringar 131; Harrebomée, I, p. 420.

3618

181 Hesych. σκυτίνη ἐπικουρία 1199 Schmidt. The expression is a variation of σκυτίνη ἐπικουρία, which Er. quotes in *Adag.* 685 (*Ficulnus*).182 Athen. XII, 551 c. There mention is made of Sannyrion's 'leathern reinforcement', a leathern padding of some sort that this skinny man wore under his clothes so as to make his body look well-endowed. See Strattis, fr. 57 *PCG* VII.184 Antiphanes, fr. 120 *PCG* II, quoted by Athen. XIII, 565 f.186–187 *qui vultu* etc. The mendicant friars are meant, "qui sordes ac mendicitatem magno vendunt proque foribus magno mugitu panem efflagitant" (*Moria, ASD* IV, 3, p. 160, ll. 533 f.). Lister notes in his commentary: "vendunt" dixit pro 'ostentant'. Ita Politianus: 'vultuque tristes vendunt sanctimonias.' The source is Poliziano's *Prologus in Plauti Menaechmos, Epist.* VII, 15, *Omnia opera*, Venice, 1498, f. i 5. For further details see Wesseling, *Dutch Proverbs*, p. 364.

3619

189 Athen. XII, 551 a.

189–192 *Tanagra* etc. Steph. Byz. Τάναγρα.190 Hom. *Il.* II, 498, quoted by Steph.

Lycophr. 326, quoted by Steph.

192 Athen. loc. cit.

3620

194 Schol. on Hom. *Il.* IV, 394, p. 515 Erbse (πρέσβυς).196–198 *Id iure... patrati* See *RE*, s.v. Legatus, XII, 1135.

[G]

HERCVLANI LECTI

3621

Ἡράκλειοι στρωμαί, id est *Herculani lecti* dicebantur molles ac delicati. Testis est Athenaeus libro xii. Quod dictu mirum est, quum Cynici sibi vindicent Herculem, quemadmodum hodie Carmelitae sibi vindicant prophetam Eliam. Sed is qui haec loquitur apud Athenaeum hoc agit vt persuadeat Herculem mollem ac voluptariam egisse vitam, caeterum quae de illius laboribus feruntur apud poetas mera esse figmenta. Sic homines blandiuntur suis viciis.

[G]

ΑΠΟΣΚΥΘΙΣΑΙ

3622

Athenaeus libro xii. narrat quod Scythae quum multis calamitatibus premerentur, per lulum ac delitias omnibus populis quibus imperabant detondebant comam, vnde caeteri rasuram ignominiae ludibriiique causa factam appellabant ἀποσκυθίσαι. Simile quiddam legimus ii. Regum libro, capite x.: Anon rasis dimidium barbae seruis Dauid praeciditque vestes vsque ad nates, nimirum ignominiae causa. Quae res atrocis belli causa fuit.

Conueniet in quosdam asperis moribus quibuscum vix quisquam habet commercium, nisi discedat cum ignominia.

[G]

MACILENTIOR LEOTREPHIDE

3623

Λεπτότερον Λεωτρεφίδου καὶ Θαυμάντιδος, id est *gracilius* | *Leotrephide ac Thaumantide*. Leotrephides insigni macilentia corporis comicorum salibus locum dedit, in quem Hermippi versus referuntur apud Athenaeum libro xii.:

Θύουσιν ἤδη βοΐδια

Λεωτρεφίδου λεπτότερα καὶ Θαυμάντιδος, id est

Immolant nunc buculas

Exiliores Leotrephide ac Thaumantide.

Notatus est a multis et Cinesias poeta procero sed tam gracili corpore vt corticibus arborum circumcinxerit, ne inflecteretur, ob id ab Aristophane dictus φιλύρινος. Nobilitatus est et Phileta poeta, qui globos plumbeos pedibus addebat, ne ventis abriperetur: tanta erat corpusculi tenuitas.

Congruet in homines exiles ac praetenues. Iucundius erit, si transferatur ad inopiam ingenii aut dictionem aridam, ieiunam et exanguem.

[G]

CAPE NIHIL ET SERVA BENE:

3624

Λάβε μηδὲν καὶ κράτει καλῶς, id est *Cape nihil et serua bene*. Videtur in eos dictum qui, cum doceant friuola, tamen iubent auditores meminisse. Galenus De Platonis et Hippocratis placitis libro iii.: Οὕτω γὰρ μόνως, οἴμαι, πεισθήσεται τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον ὑπάρχειν αὐτῇ, τὸ 'Λαβὲ μηδὲν καὶ κράτει καλῶς',

id est *Siquidem hoc vno modo persuadebitur quod adsit illi illud prouerbii 'Cape nihil et serua bene!'*

Congruet in doctrinam inutilem ac falsam.

240 [G] ΜΥΓΙΟΣΟΒΑΙ 3625

Et hodie vulgo dicuntur μυϊοσόβαι, id est *muscarum abactores*, qui friuolis officiis cuiquam obseruiunt. Quod a Persarum delitiis natum indicat Athenaeus libro xi., qui in conuiuibus μυϊοσόβας adhibebant, quod nunc apud Italos plebeium est. Et μυϊοσοβεῖν est *abigere muscas*, quod quadrabit etiam in illos qui tenere amant quempiam, vt minimo etiam illius incommodo offendantur, vt conueniat cum illo quod alibi retulimus ex Homero:

250 Ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐέργει μύϊαν, ἔθ' ἠδέι λέξεται ὕπνῳ, id est
Non secus atque genitrix
Muscam arcet puero somno mulcente cubanti.

[G] MISERIOR MONOMACHIS 3626

Non caret prouerbii specie quod ex Posidippo comico refert Athenaeus libro iiii.: Τῶν μονομαχοῦντων ἀθλιώτερος, id est *Miserior his qui monomachiam exercent*.

3621
203 Athen. XII, 512 f. There the question is raised why people call soft bedding 'Heraclides's beds': διὰ τί τὰς μαλακὰς στρωμνάς 'Hρακλέους κοίτας εἰώθασιν καλεῖν; The Aldine 1514 edition reads exactly the same.
204 *Cynici... Herculem* For Heracles as the hero of the austere Cynics see Diog. Laert. VI, 2; R. Höistad, *Cynic Hero and Cynic King*, Lund, 1948, p. 34; *Antisthenis Fragmenta*, ed. F. Declève Caizzi, Milano, 1966, pp. 94-96.
205 *hodie Carmelitae... Eliam* The first Carmelites were hermits who lived on Mt. Carmel, where Elijah dwelt and defeated the priests of Baal (I. Rg. 18, 20-46). See G. Krause et al., ed., *Theologische Realenzyklopädie*, XVII, Berlin, 1988, s.v. Karmeliter; *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques*, Paris, XI, 1949, s.v. Carmel.

206 Athen. loc. cit.
3622
210 Athen. XII, 524 e-f.
213 2. Rg. 10, 4 ff.

3623
219 Athen. XII, 551 a.
221 Hermippus, fr. 36 PCG V, quoted by

Athen. loc. cit. (222 βούδια Dindorf: βούδια codd. et ed. Ald.; 223 Λεωτροφίδου: Λεωτροφίδου v.l. et ed. Ald.; Θουμάντιδος, sic et ed. Ald.).

226-229 *Notatus... tenuitas* Athen. XII, 551 d and 552 b-c.

227 Aristoph. *Au.* 1377, quoted by Athen.

228 *Phileta* Athen. loc. cit.: Philitas (Philetas v.l. et ed. Ald.).

3624
233 Gal. *De plac. Hippocr. et Plat.* III, 4, 5 De Lacy (235 οὕτως; πεισθήσεσθαι).

3625
241-242 *Et hodie... obseruiunt* Perhaps the reference is to the German word "Fliegenwedel", used of courtiers; see J. and W. Grimm, *Deutsches Wörterbuch*, III, Leipzig, 1862, s.v. In *Adag.* 2660 (*Muscas depellere*) Er. seems to refer to the expression "de vliegen afkeeren" (Sartorius, *Adag.* 2738, quoted by Suringar 126; see also *Woordenboek der Nederlandsche taal*, XXI, 1895).

242 Athen. XI, 484 d.

246 Hom. *Il.* IV, 130 f. (248 ἐέργη).

3626
252 Posidippus, fr. 23 PCG VII, quoted by Athen. IV, 154 f (256 ἐόρακεν).

Nam hi durissima lege committuntur vt aut alter aut vterque pereat. Carmen sic
255 habet:

Ὁ μὴ πεπλευκῶς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν·
 Ἰῶν μονομαχοῦντων ἔσμεν ἀθλιώτεροι, id est
Vidit mali nil nauigandi qui est rudis:
Ipsis monomachis miseriores nos sumus.

260 Hos Latini vocabant gladiatores, quo spectaculo quum nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in deliciis.

Lepidius fiet, si transferatur ad contentionem cum homine improbissimo susceptam, quasi pugnam dicas gladiatoriam.

[G] ZENONIVM EST ET LENTEM COQVERE 3627

265 Timon Phliasius apud Athenaeum libro iiii.: Καὶ Ζηνώνειόν γε φακῆν ἔψειν, id est *Zenonis est et lentem coquere*. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere, nec referre quid agat, sed in minimis pariter ac maximis sapientem esse sui similem. Ex quo consequitur ad lenticulam recte coquendam opus esse sapientia Zenonis. [H] Natum ex apophthegmate quod refert Diogenes
270 Laertius. Quum enim Zenon dissereret sapientem omnia recte facere, quidam irridens obiecit: 'Igitur et lenticulam recte coquet.' Zenon annuit et collectionem approbavit.

LB 1104 [G] Serio licebit vti, quum dicemus esse viri boni etiam in rebus minutissimis
275 sui similem esse aut egregium artificem in quacunque materia declarare qualis sit artifex.

[G] OLIVAM NE COMEDAS! 3628

Chrysippus apud Athenaeum libro x. in opere Περὶ τοῦ καλοῦ tradit huiusmodi
sententiam: Μὴ ποτε ἐλαίαν ἔσθι', ἀκαλήφην ἔχων χειμῶνος ὄρα, id est *Ne*
280 *quando comederis oleam, quum habeas vrticam hyberno tempore*. Opinor illum sentire de herba, non de pisce. Nec vsum adagii video nisi si quando significabimus extremam victus parsimoniam, vt nec vrticae quicquam adhibeatur condimenti. Mox subiicit βολβοφακῆν velut delicias, cibi genus, vt Graeca vox indicat, ex bulbis et lenticula confectum: βολβοφακῆν, βαβαί, βαβαί. Vrtica calida est, sed minoris constat quam oleum. Subindicat autem aestiuus mensibus nec oleo nec vrtica
285 opus esse.

Talis victus decebat istos qui sibi videntur Pauli et Antonii, luxu propiores Sardanapalo.

[G] OLLA LENTICVLAM ATTIGIT 3629

290 Epicharmus apud Athenaeum eo quem modo citauimus loco: Χύτρα δὲ φακέας ἤψετο, *Sed olla lenticulam attigit*. Conueniet in eos qui vehementer propensi sunt

ad aliquid, velut huc nati, vt vltro nulla data occasione se conferant ad id quod appetunt. Olla fictilis videtur amare lentem ac veluti vltro venire ad lentem. Simile illi quod alibi retulimus *Ipsa olera olla legit et Equum in planiciem*.

[G]

QVI NON ZELAT

3630

295 Diuus Augustinus Aduersus Adimantum capite xiii. indicat vulgo iactatum *Qui non zelat non amat*. Quod sane et hodie fertur quum negant illic esse amorem vbi non est zelotypia. Verum est ex amoris vehementia nasci zelotypiam, sed eadem interdum nascitur ex inopia mentis. Deus in arcanis literis *zelotes* dictus est, quod
300 solus amari velit nec patiatur quicquam amari praeter ipsum nisi ametur propter ipsum.

[G]

LENS DEVS

3631

Apud Athenaeum libro iiii. refertur hic trimeter vt apparet prouerbialis:

Φακός σε δαίμων και φακή τύχη λάβου, id est
Tē lens deus corripiat et fortuna lens.

257 id est *G H: om. I.*293 retulimus *H I: rettulimus G.*

3627

265 Timon, fr. 22 Wachsmuth, quoted by Athen. IV, 158 a-b "και Ζηνώνειόν γε φακῆν ἔψειν ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκεν" (of a person "who has never learned wisely to make a 'Zenonian' lentil soup", that is, in accordance with the prescription of Zeno). Er.' interpretation is incorrect.

266-269 Zenon... Zenonis Athen. loc. cit. (*nec referre... similem* is an addition by Er.)

269 Diog. Laert. VII, 125 Πάντα τ' εὖ ποιεῖν τὸν σοφόν. See von Arnim III, fr. 561.

3628

277 Chrysippus, fr. 709 a, von Arnim III, p. 178, quoted by Athen. IV (!), 158 b (278 μηδέποτ': μηποτ' cod.). See fr. adesp. 367-368 Kock III, p. 477.

279-280 *Opinor... pisce* The reference is to ἀκαλήφη (stinging-nettle or sea-anemone). Perhaps Er. consulted Suidas, s.v. ἀκαλήφη 788: κνίδη και ἡ χερσαία και ἡ θαλαττία.

286-287 *istos* etc. The sneer is meant for the monks and friars of Er.' time, "qui cum ceremoniolis et nugis deridiculis clamoribusque tyrannidem quandam inter mortales exercent, Paulos atque Antonios sese credunt" (*Moria*, ASD IV, 3, p. 168, ll. 670 ff.). In the *Moria*, too, the names Paulus and

Antonius denote the hermits who lived in the Egyptian desert (see *Adag.* 1837, ASD II, 4, p. 240, ll. 531-533 and the notes; Wesseling, *Dutch Proverbs*, p. 373).

luxu etc. See *Adag.* 2627 (Sardanapalus).

3629

289 Epicharmus, fr. 33 Kaibel, p. 96, quoted by Athen. IV, 158 c.

290 *olla lenticulam attigit* But the correct sense is: 'A kettle of lentil soup was simmering.' In fact, ἤψετο is a form of ἔψω (boil) rather than of ἄπτω (touch), as Er. takes it.

293 *alibi Adag.* 660 (*Ipsa olera olla legit*) and 782 (*In planiciem equum*).

3630 Otto 78.

295 Aug. *Contra Adimantum* 13, CSEL 25, p. 146.

296 *hodie* The reference is probably to the German expression "Wo kein eiffer, da kein lieb", quoted from Sebastian Franck by Suringar 189. (Cf. also "Geene liefde zonder jaloezij"; Harrebomée, I, p. 352, no source given.)

298 *arcanis literis Ex.* 20, 5; 34, 14.

3631

302 Athen. IV, 156 f. The line seems to be a parody of some tragic verse; see fr. adesp. 92 *TrGF* II, p. 43.

305 Φακός dicitur lens cruda, φακή cocta, vt indicat Etymologus. Conueniet, quoties eadem ad fastidium iterantur. ‘Daemon’ autem Graecis *fortunam* sonat, vnde ‘cacodaemones’ dicuntur infelices, et idem sonat τύχη, nec interest nisi quod daemon est mas, τύχη foemina.

[G]

TRABS IN OMNIBVS

3632

310 Δοκός δ’ ἐπὶ πᾶσι τέτυκται, id est *Trabes in omnibus facta est*. Videtur hemistichium ex poeta quopiam, quo significatum est nihil esse tam certum quin obstet scrupulus cogens nos ad exactiorem rei considerationem. De trabe in oculis meminit euangelium. Porro Graeca vox δόκος anceps est ad ‘trabem’, quam δοκόν malunt sonare, | et ad ‘considerationem’, quam δόκον. Notum est illud Socratis
LB 1105
315 Φρόντισον, id est *Sollicite considera*.

Diuerbium refert Galenus De differentiis pulsuum libro iii. Translatum apparet ab aratione, quam difficilem reddit trabs subinde occurrens in aruo proscindendo.

[G]

EX LIBRO GVBERNATORES

3633

320 Galenus in libro quem conscripsit de suis libris: Ἄλλ’ οἱ μὴ μαθόντες παρὰ διδασκάλους, ἐθικότες δὲ κατὰ τὴν παροιμίαν τοῖς ἐκ βιβλίου κυβερνήταις ταῦτα ζητοῦσι, id est *Caeterum qui non didicerunt sub praeceptoribus, sed iuxta prouerbium assueti sunt gubernatoribus e libro, istiusmodi quaerunt*. Idem libro de compositione pharmacorum tertio: Ἐοικυῖα τοῖς κατὰ τὴν παροιμίαν λεγομένοις ἐκ
325 βιβλίου κυβερνήταις, id est *Adsimilis iis qui prouerbio dicuntur gubernatores e libro*. De *mutis magistris* alibi dictum est.

[G]

FRACTIS AVRIBVS

3634

Galenus contra Thrasybulum: Ὅν ἐστι τὰ θαυμαστὰ ταυτὶ συγγράμματα, νῦν ὑπὸ τῶν τὰ ὄτα κατεαγόντων περιφερόμενα, id est *Quorum sunt admirandi isti libri qui circumferuntur ab his qui fractas gerunt aures*. De pugilibus, ni fallor, sentit, qui postea facti medici scribunt libros, aut potius de libris imperitorum medicorum, qui leguntur a pugilibus, qui solent habere laceras aures more suum, oculos sugillatos, totam faciem tuberibus notatam, ex arte quam exercent. [I] Galenus enim crebro destomachatur in athletarum genus. Vsus est hoc adagio Plato in
335 Gorgia, nec satis liquet quo sensu. Etenim quum Socrates dixisset se audire quod Pericles reddidisset Athenienses deteriores, nimirum ignauos ac timidos, loquaces et auaros, vt primus mercenaria stipendia instituisset, Callicles respondet: Τῶν τὰ ὄτα κατεαγόντων ἀκούεις ταῦτα, ὦ Σώκρατες, id est *Ab his qui aures habent fractas audis ista, o Socrates*. Sentit, opinor, de athleticis et barbaris, quibus ignaui videntur a militari ferocia alieni. Hanc coniecturam meam tantisper valere volo
340 dum aliquid adferetur exploratius. [G] De *perforatis auribus* dictum est alias.

Conueniet in hominem pugnacem et vt notantem multos, ita notatum a multis.

CORVVS ALBVS

3635

345 De raris inuentu dixit Iuuenalis: *Coruo quoque vario albo*. [H] Ammianus in epigrammate:

Θᾶπτον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας

Εὐρεῖν, id est

Aut albus coruus prius aut testudo volucris

350 *Inuenietur.*

[G] Galenus libro Περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, taxans Lycum quendam qui nec Erasistratum sequeretur nec ipse verum adferret, ait: "Ὡστε ὁ Λύκος οὐτ' ἀληθῆ λέγων φαίνεται οὔτε Ἑρασιστράτεια. Λευκῶ τοίνυν κατὰ τὴν παροιμίαν ἔοικε κόρακι μῆτε αὐτοῖς τοῖς κόραξιν ἀναμιχθῆναι δυναμένῳ διὰ τὴν χροάν μῆτε
355 ταῖς περιστεραῖς διὰ τὸ μέγεθος, id est *Itaque Lycus, dum palam est eum neque vera loqui neque eadem cum Erasistrato, similis videtur albo coruo, qui nec ipsis coruis admisceri possit ob colorem nec columbis ob magnitudinem.*

360 Conueniet in hominem sui ingenii et alienum a sensu communi. Sunt enim quos pudet vsquam cum quoquam consentire, quasi nihil verum sit nisi diuersum sit.

305 *Etym. mag.* φακῆ 786, 40–41.

3632

310 Gal. *De pulsuum differentiis* III, 1 Kühn VIII, pp. 636 f.

311 *poeta quopiam* Xenophanes, fr. 35 Gentili-Prato, fr. 34 Untersteiner, p. 142. The latter translates "il congetturare è proprietà di tutti." Kühn translates "est in omnibus opinio." δοκος here means 'opinion'. Er.' interpretation is incorrect.

312–313 *De trabe... euangelium Mt.* 7, 3–5; *Lc.* 6, 41–42. See also *Adag.* 591 (*Festucam ex alterius oculo eiicere*).

315 Φρόντισον Source not identified. See, however, *Adag.* 1695 (*Non decet principem solidam dormire noctem*), *ASD* II, 4, p. 145, l. 346: Φρόντιζε, quoted from Plut. *Mor.* 780 c–d (without any reference to Socrates). Cf. Suid. φροντίζοντων 731: Φροντισταὶ δὲ ἔκαλοῦντο οἱ περὶ τὸν Σωκράτην διὰ τὸ φροντίζειν περὶ ἀλλήλων καὶ διὰ τὸ μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος. Similar information is found in a scholium on Aristoph. *Nub.* 94.

316 Gal. loc. cit.

3633

320 Gal. *De libris propriis* 5, 33 Mueller (321 εὐκότεις: ἐθικότες v.l.; τοιαῦτα).

323 Gal. *De compositione medicamentorum* III, Kühn XIII, p. 605.

326 *alibi Adag.* 118 (*Muti magistri*).

3634

328 Gal. *Thrasylbulus* 37 Helmreich.

334 Plat. *Gorg.* 515 e.

339 *de athletic et barbaris* More precisely, 'the guys with the cauliflower ears' mentioned by Callicles are, as E.R. Dodds notes, the young oligarchs of the late fifth century, who advertised their political sympathies by adopting Spartan tastes.

341 *alias* Not identified. It may well be that Er.' memory fails him; he might have in mind the expression "perpurgatis auribus", which he discussed in *Adag.* 1394.

3635

345 Iuv. 7, 202.

Ammianus Not Ammianus, but Lucianus, quoted in *Anth. Pal.* XI, 436 (the name Ammianus is given there as the author of one of the preceding epigrams).

351 Gal. *De nat. facult.* I, 17, 71 Helmreich (352 ὥσθ'; 353 φαίνεται λέγων; Ἑρασιστράτεια, δῆλον δ' ὡς οὐδ' Ἀσκληπιάδεια, πολὺ δὲ μᾶλλον οὐδ' Ἱπποκράτεια. Λευκῶ: Ἑρασιστράτεια. Λευκῶ v.l.).

[G]

ASINO FABVLAM

3636

Galenus Περὶ φυσικῶν δυνάμεων libro iii.: Τοῖς δ' ἄλλοις οὕτω γενήσεται τὸ γράμμα περιττόν, ὡς εἰ καὶ μῦθον ὄνῳ τις λέγει, id est *Reliquis vero tam inutile fuerit scriptum quam si quis asino narret fabulam*. Exstat in Graecorum collectaneis ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, id est *Asino quispiam narrabat fabulam, at ille mouebat aures*. Ad hoc allusit Galenus libro De differentia pulsuum secundo: Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν γέρον ὥσπερ ὄνος ἔσειεν ἤδη τὰ ὦτα, id est *Ad haec senex quidem ille velut asinus quatitabat auriculas* – opinor, quod non assentiretur. Existimo nobis de his alias dictum nonnihil.]

LB 1106

[G]

SVB ALIENA ARBORE FRVCTVM

3637

371 'Ex aliena arbore fructum legere' dicuntur qui fruuntur aliorum laboribus. Ita Fabius apud Liuium libro Ab vrbe condita x.: *Fabius, inquit, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum indignum ducere*. Finitimum est illi *Alienam messem metis*.

375

[G]

MILIVM TEREBrARE

3638

Κέγχρον τρυπᾶν, id est *milium perforare* dicuntur qui in re difficili, sed prorsus inutili laborant. Galenus libro De praesentia, taxans sophistas, qui putant philosophiae studium vehementer inutile, sic loquitur: Ἄλλ' ἀπάντων μαθημάτων ἀχρηστάτον τοῦτο νενομήχασιν, ὁμοίως τῷ κέγχρον τρυπᾶν, id est *Quin potius omnium disciplinarum hoc existimant inutilissimum, perinde ut milium perterebrare*. Sic enim arbitramur legendum, quum in aeditis libris habeatur τὸ κέγχρον. Id est minutum leguminis genus, quod haud facile perterebres gemmarum more, quum perterebrati nullus sit vsus. Simile studium fuit illius qui grana millii e longinquo mittebat per foramen acus.

385

[G]

LANAM IN OFFICINAM FVLLONIS

3639

Qui praepostere rem gerunt, veluti si quis theologo committat puerum in grammaticis rudimentis instituendum, *lanam in officinam fullonis ferre* dicitur. Fullonum enim ars non rudem lanam, sed iam contextum pannum tractat. Galenus De differentia pulsuum libro ii.: Ὅστις δὲ ἀκριβῶς τούτοις ἐπεσθαι βούλεται, γεγυμνάσθαι πρότερον χρὴ περὶ τὰς κατηγορίας. Τὸ γὰρ τοῦ Ἀρκεσίλαου καλόν, ὡς οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. Τάξις γάρ ἐστιν ὥσπερ ἐρίων ἐργασίας, οὕτω καὶ μαθημάτων διδασκαλίας, id est *Quod si quis haec exacte velit assequi, prius exercitatum esse oportuit circa praedicamenta. Nam scitum est quod dixit Arcesilaus: Nemo defert lanam in officinam fullonis. Quemadmodum enim est ordo in operandis lanis, ita est et in disciplinis*. Refert hunc inter Academicos Laertius, qui solitus sit non ferre eos qui liberales disciplinas non suo tempore attingerent, vt si quis velit discere poeticen aut rhetoricen, ignarus grammatices.

[G]

DE FVMO AD FLAMMAM

3640

400 Ammianus Marcellinus libro xiiii.: *Vique solet manum iniectantibus fatis hebetari sensus hominum et obtundi, his illecebris ad meliorem expectationem erectus egressusque Antiochiam, Meleuo dictante, prorsus ire tendebat de fumo, ut proverbium loquitur vetus, ad flammam.* De eo dictum qui se a rebus dubiis in praesens exitium coniecit. Alibi retulimus ex Plauto *Flamma fumo est proxima.*

[G]

CALICVM REMIGES

3641

405 Κυλίκων ἐρέται, id est *calicum remiges* dicti sunt qui assidue perpotarent, vinum pro remo ducentes. Ita Dionysius cognomento Aereus apud Athenaeum libro x. in Elegiis:

Κἄν τινες οἶνον ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ Διονύσου
 Συμποσίου ναῦται καὶ κυλίκων ἐρέται, id est
 410 *Si qui vina trahunt in remigio tibi, Bacche,*
Potandi nautae, remigium calicum.

Ingens poculum quasi sinus est. In hoc trahunt non remis, sed lingua neque raro faciunt naufragium, iactura quum pecuniae tum mentis.

387 fullonis I: om. G H.

389 ὅστις G H: ὡς τις I.

3636

362 Gal. *De nat. facult.* III, 10, 180 Helmreich (363 λέγοι).364-365 *Graecorum collectaneis* See *Adag.* 335 (Asinus ad lyram), *ASD* II, 1, p. 436, l. 688 and n.l. 687.366 Gal. *De pulsuum differentiis* II, 3 Kühn VIII, p. 573.369 *alias Adag.* 335 (Asinus ad lyram).

3637 Otto 152.

371 After Liv. X, 24, 5.

372 Liv. loc. cit. (373 consevisset: *conseruisset* v.l.; indignum esse dicere).373-374 *Alienam* etc. *Adag.* 341 (*Alienam metis messem*).

3638

376 Gal. *De praecognitione* I, 15 Nutton.

377 Gal. loc. cit. (378 ἀλλὰ πάντων; 379 ἀχρηστότατον; νενομίασιν).

381 *Sic... legendum* The Mss., too, read τὸ. Er.'

emendation τῶ has proved correct.

382-383 *Id est... vsus* See *Adag.* 1916 (Miliium torno sculpere).383-384 *Simile* etc. Source not identified.

3639

387 Gal. *De pulsuum differentiis* II, 9 Kühn VIII, p. 624.

388 Gal. loc. cit. (390 πρότερον αὐτὸν χρῆ).

395 Diog. Laert. IV, 36. The clause *ut si quis* etc. is added by Er.

3640 Otto 667.

399 Amm. Marc. XIV, 11, 12 (solent; 400 meliorum; 401 Antiochia numine laevo ductante).

403 *Alibi Adag.* 420 (*Flamma fumo est proxima*).

3641

405 Athen. X, 443 d.

406 Dionysius Chalcius, fr. 5 West II, quoted by Athen. loc. cit. (408 καὶ τινες).

[G]

AB VNGVIBVS INCIPERE

3642

415 Ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι dicuntur qui a leuissimis minimeque ad rem pertinentibus ordiuntur. Ita Basilius in epistola quadam: Καταγέλαστόν ἐστιν ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι καὶ μὴ αὐταῖς αὐτῶν κεφαλαῖς διαλέγεσθαι, id est *Ridiculum est ex unguibus initium sumere ac non potius cum ipsis illorum capitibus colloqui.* ‘Caput’ rei dicitur quod est illius praecipuum.

420 Vsus erit, quoties admonebimus vt omissis parergis ac friuolis agatur de causa aut, si quis velit emendare reipublicae statum, ordiatur a principibus potius quam ab humilibus, qui non multum adferunt momenti vel ad perniciem ciuitatis vel ad salutem.

[G]

MVSCAE

3643

425 Μυῖαι olim dicebantur qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus muribus comparat semper alienum edentibus cibum. Apud Athenaeum libro sexto parasitus quispiam se muscae confert: |

LB 1107

Δειπνεῖν ἄκλητος μυῖα, id est

Quod inuocatus coenitare amo, musca sum.

430 Aduolat enim hoc insectum ad cibum alienum et aegre potest abigi. Apud eundem Hegesander narrat, quum Alexander dixisset se morderi a muscis – sic vocabat parasitos – iamque conaretur illas abigere, Cinesias, vnus eius ordinis qui forte aderat: ‘Profecto aliae muscae siticulosae magis vrgebunt te semel gustato tuo sanguine.’ Extat apologus de erinacio, qui voluit vulpi μυιοσόβης esse. [H]

435 Plautus in Mercatore deflexit ad hominem curiosum et ad omnia aduolantem:

*Musca est meus pater, nihil pote illum clam haberi,**Nec sacrum nec tam prophanum quicquam est quin adsit ibi ilico.*

[G]

BAEON MALVS PISCIS

3644

440 Athenaeus libro vii. testatur apud Atticos fuisse prouerbium Μή μοι βαιών κακός ἰχθύς, id est *Ne mihi baeon, piscis nequam.* Nec indicat vsum prouerbii, tantum ostendit apud Epicharmum βαιόνα dictum piscem quendam. [H] Nomen inditum videtur a breuitate. Laudantur enim magni pisces.

[G] Dicitur in hospitem ingratum ac molestum.

[G]

DE SPORTVLA COENARE

3645

445 Athenaeus libro octauo. Graeci τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, id est *coenam e sportula* proprie vocabant, quoties aliquis sibi parasset coenam eaque in sportulam composita iret apud alium coenaturus. Quod genus et hodie durat inter homines frugi, qui nec grauari volunt sumptu nec alios grauare.

450 Lepidius erit, si transferatur ad eum qui sic adit discendi gratia vt ipse vicissim adferat quod deceat, vt fiat eruditionis permutatio.

[G]

TIBICEN VAPVLAT

3646

Eubulus apud Athenaeum libro ix. ait fuisse morem, si quid peccasset coquus, tibicinem solere vapulare. Philyllius apud eundem:

"Οτι ἂν τύχη

455 Μάγειρος ἀδικήσας, τὸν ἀύλητὴν λαβεῖν
Πληγᾶς, id est
*Quicquid coquus
Peccauerit, tibicen accipere solet
Plagas.*

436 nihil I: nil H.

3642

415 Basil. *Epist.* 250, Courtonne III, p. 88, l. 25.

416 Basil. loc. cit. (417 αὐτῶν ταῖς κεφαλαῖς προσδιαλέγεσθαι).

419 'Caput'... *praecipuum* See *Adag.* 1061 (Caput).

3643

425 Athen. VI, 238 e.

Plaut. *Capt.* 77; the line is the subject of *Adag.* 2468 (Muris in morem).

426 Athen. loc. cit.

431 Hegesander, fr. 6 *FHG* IV, p. 414, quoted by Athen. VI, 249 d-e.432 *Cinesias* But *Nicesias*. Er. has used the correct form in the *Apophthegmata*.

433-434 'Profecto... sanguine' Athen.: (so as to flatter Alexander, *Nicesias* said to him:) Ἡ που τῶν ἄλλων μυιδῶν αὐταὶ πολὺν κρατῆσουσι τοῦ σοῦ γευσάμεναι αἵματος, i.e. 'Surely these flies have much the better of all other flies in having tasted your blood.' Er.' interpretation is erroneous. It is based on the assumption that there is a connection with the fable of the hedgehog and the fox (see his next observation). The same mistake seems to underlie his paraphrase in *Apophth.* VI, *LB* IV, 313 A "Nicesias Alexandro abigenti muscas, quod ab illis diceret se morderi, 'Magis' inquit 'ab aliis quae plus tui habent, gustato sanguine.' Adulatores notauit vt omnibus muscis plus sugentes."

434 *apologus*... esse Aristot. *Rhet.* II, 20, 22 (1393 b). Plutarch refers to it in *Mor.* 790 c. It

is this fable which inspired the following simile of Er., *Parab.*, *ASD* I, 5, p. 324, ll. 29 ff.: "Sicut vespae aduolantes in conuiuuium neminem petunt aculeo, si quis patiatur eas ipsarum arbitrio vesci, verum si quis abigat, saeuunt implacabiliter, ita...". He attributes the fable to Themistocles in the *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 100, l. 536.

μυιοσόβης 'Fly-flap'. Er. took this word from Athenaeus XI, 484 d; see *Adag.* 3625 (Μυιοσόβαι).

435 Plaut. *Merc.* 361 f. (436 Muscast: *Musca est* ed. Mediol. 1500; nil: *nihil* codd. et ed. Mediol. 1500; potest clam illum; 437 quicquamst: *quicquam est* ed. Mediol. 1500; quin ibi ilico adsit). Er. owes this reference to Brassicanus, *Prou.* 92 (*Musca est*).

3644

439 Athen. VII, 288 a.

441 See Epicharmus, fr. 64 Kaibel, p. 102.

441-442 *Nomen... breuitate* Er. connects βαιῶν with βαιός (small); *Etym. mag.* 192, 48-49 βαιόν: τὸ μικρὸν ἢ ὀλίγον (the next entry is about the fish under discussion). See also Hesych. βαιόν 87 Latte: ὀλίγον. μικρόν.

3645

445 Athen. VIII, 365 a-b.

3646

452 Eubulus, fr. 60 *PCG* V, quoted by Athen. IX, 380 f-381 a.453 Philyllius, fr. 9 *PCG* VII, quoted by Athen. 381 a.

460 Proinde coquus quispiam apud eundem ait se non rem priscam, sed ab ipso inuentam narrare, 'ἴνα μή', inquit, 'ὁ ἀύλητης πληγᾶς λάβῃ', id est *ne tibi cenam vapulet* – ob id, opinor, quod coquos laedere tutum non sit, iuxta sententiam aliquanto post apud eundem citatam:

465 Οὐδείς μάγειρον ἀδικήσας ἀθρῶος διέφυγεν, id est
Nullus homo laeso indemnus euasit coquo.

Quanquam Graecus versiculus non vacat mendo.

[G]

EXECRATIONES SERERE

3647

470 Ἄραξ ἐπισπεῖραι, id est *execrationes serere* dicebantur qui diris deuouerent aliquem. Inde natum quod apud Cyprios esset solenne, quoties sererent hordeum, addito sale deuouere quibus male vellent. Tantum Hesychius. [H] Docet Plinius quaedam non feliciter seri nisi cum conuiciis, esse etiam genus quod terrae infoditur ac, pede compressa terra, additur execratio 'Ne vnquam ex eas!'

[G] De *Lindiorum sacro* diximus alias.

[G]

AQVA ET TERRA REDDAMINI

3648

475 Ὑδωρ καὶ γαῖα γένοισθε, id est *In terram vertamini aquamque*, pro eo quod est: Redigamini in nihilum ac pereatis. Hemistichium hoc sic refertur ab Hesychio quasi prouerbio iactatum. [H] Sumptum est autem ex Iliados η. Nam his verbis Menelaus increpat Graecorum ignauiam, quod nullus auderet cum Hectore prouocante monomachiam suscipere:

480 Ἄλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

Interpretatur Plutarchus in vita Homeri et Alexander Aphrodisaeus libro primo, problemate lxxvii. reddit causam physicam quare ita loquutus sit Homerus. [G]

Ex terra et aqua gignuntur omnia et in haec resoluuntur omnia. [H] Ab hac forma non abhorret quod ex Epicharmo citat Plutarchus in Consolatione ad

485 Apollonium: Συνεκρίθη καὶ διεκρίθη καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν, γὰρ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δὲ ἄνω· τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἓν, id est *Concreta sunt et discreta sunt,*

LB 1108 *abierunt rursus vnde | venerant, terra quidem in terram, spiritus vero sursum. In his quid acerbum? Nihil.* Loquitur de morte, quae est dissolutio corporis et animae. M. Tullius libro Tusculanarum quaestionum tertio citat ex Euripide:

490 *Reddenda est terrae terra, tum vita omnibus
 Metenda, ut fruges. Sic iubet Necessitas.*

495 Hanc sententiam Antiochus scribit placuisse Chrysippo, sed dissentiente Carneade. Eandem sententiam αἰνιγματικῶς protulit Ecclesiastes Hebraeus. Denique Aristoteles Rhetoricorum libro ii. subindicat qui olim seruitutem profitebantur, eos terram et aquam domino tradere solitos, velut omnium rerum ius abdicantes

et in herum transferentes: Καὶ ὅτι, inquit, δίδοναι γῆν καὶ ὕδωρ δουλεύειν ἐστὶ, id est *Et quod dare terram et aquam seruire est.*

[G]

MARS COMMVNIS

3649

500 Incertum ac varium belli euentum notabant hoc dicto: Ἄρης κοινός, id est *Mars communis*. Sumptum est ex Homericae Iliados Σ:

Ξυνός Ἐνυάλιος, καίτοι κτανέοντα κατέκτα, id est
Communis Mars inque vicem perimit perimentem.

Quod dictum Aristoteles libro Rhetoricorum secundo inter prouerbiales sententias commemorat. Rursus eodem libro:

505 Νίκη δ' ἀπαμείβεται ἄνδρας, id est
Nunc his, nunc illis contingit vincere.

510 Titus Liuius belli Punici libro x.: *Quum tuas vires tum vim fortunae Martemque belli communem proponere animo; vtrinque ferrum, corpora humana erant; nusquam minus quam in bello euentus respondent.* Rursus Ab vrbe condita libro viii.: *Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt Marsque communis, aduersa pugna*

486-487 sunt, abierunt *I*: sunt & abierunt *H*.
498-521 Mars... putant *G-I*: Communis Mars.
Hoc vtebantur declarantes incertum belli exitum eo quod saepe numero fit, vt qui summis copiis instructi veniunt ad bellum, victi discedant, contra victoriam reportent, qui vincendi videbantur. Sumptum est ex Homero, Iliad. σ. Ξυνός ἐνυάλιος quod alibi a nobis relatum est in prouerbio, Omnium rerum vicissitudo [= *Adag.* 663]. Vsurpauit M. Tullius Philip. .ii. Sed vt concedam,

inquit, incertos exitus esse belli, Martemque communem, tamen pro libertate, vitae periculo decernendum. Item T. Liuius ab vrbe condita libro.7. Tunc inter primores duorum populorum res geritur, quicquid hinc aut illinc communis Mars, multiplex quam pro numero damnum est χ [*manu amanuensis scriptum, sed delevit Erasmus; vide Michelini Tocci, Fig. 23 et p. 74*].
506 contingit *H I*: contigit *G*.

460 *apud eundem* Athen. 380 f.
462 *sententiam* The fragment is from Menander, fr. 118 Koerte II, quoted by Athen. 383 f (464 οὐδὲ εἷς / μάγειρον; ἀθῶος, sic et ed. Ald.).
3647
468 Hesych. ἀρὰς ἐπισπεῖραι 6976 Latte.
470 *Docet Plinius... exeas!* Source not identified.
473 *alias Adag.* 1419 (Lindii sacrum).
3648
475 Hesych. ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε 97 Schmid.
477 Hom. *Il.* VII, 99.
481 Ps. Plut. *De vita et poesi Homeri* 93. Alex. Aphrod. *Probl.* I, 79 (!).
484 Epicharmus, fr. 245 Kaibel, p. 136, quoted

by Plut. *Mor.* 110 a (485 ἀπ-ᾤλεον; 486 δ' ἄνω).
488 *Loquitur... animae* Plut. *Mor.* 109 e.
489 Cic. *Tusc.* III, 25, 59 (490 terrae est terra: est terrae terra v.l.). Eur., fr. 757 Nauck.
492-493 *Hanc... Carneade* Cic. loc. cit.
493 *Eccl.* 3, 20 "De terra facta sunt et in terram pariter revertuntur."
494 Aristot. *Rhet.* II, 23, 18 (496 τὸ δίδοναι).
3649
500 Hom. *Il.* XVIII, 309 (501 καὶ τε).
503 Aristot. *Rhet.* II, 21, 11.
504 *eodem libro Il.* VI, 339 (505 ἐπαμείβεται).
507 Liv. XXX, 30, 20 (508 ferrum, utrimque: ferrum v.l.; erunt).
509 Liv. VIII, 31, 5.

euenisset? Iterum eodem libro: *Nostra certamina, Romani, non verba legatorum nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, et arma et communis Mars belli decernet.* Et in eodem alias: *Ibi in conciliis Numitius imperator eorum, affirmando communem vere Martem belli utranque aciem pari caede prostrauisse et caetera.* Rursum libro Ab vrbe condita vii. *Samnitium inquit bellum ancipiti Marte gestum.* Apud eundem frequens est *Aequo Marte discessum est,* quoties neutri parti cessit victoria. M. Tullius Philippica vndecima: *Sed ut concedam incertos exitus esse belli, Martem communem, tamen pro libertate vitae periculo discernendum.* De ‘Marte communi’ nonnihil attigimus in prouerbio *Omniū rerum vicissitudo.* Porro Ἐνυάλιος Homero Mars dicitur ab Ἐνυώ, quam belli fortunam esse putant.

[G]

LEX IN MANIBVS

3650

Ἐν χειρῶν νόμῳ, id est *lege manuum* dicitur, quum res vi geritur, non ex praescripto legum. Aeschines Contra Timarchum: Φυλακτέον δὲ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, id est *His vero qui sequuntur oligarchiam et apud quos inaequalis est reipublicae administratio cauendi sunt qui lege quae est in manibus sita ciuitatis statum labefactant.* [I] ‘Manuum legem’ appellat violentiam siue ius belli. Vsus est in hunc sensum Polybius Historiae libro primo: Τῶν δὲ πολεμίων οὓς ποτε κρατήσῃε, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ ζωαργείᾳ πρὸς αὐτὸν εἰσ-αναχθέντας ὑπέβαλε τοῖς θηρίοις, id est *Ex hostibus quoscunque deuicisset aliquando alios violenta manu perimebat, eos vero qui viui capti ad eum adducebantur bestiis obiiciebat.* Rursus libro secundo: Ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάιον μὲν τὸν ὕπατον παραβόλως ἀγωνιζόμενον ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον, id est *Per idem hoc tempus accidit vt Caius consul, dum audacius pugnabat, manuum lege vitam finierit.* [G] De αὐτῆ κυρία dictum est alias. [H] Apud Plautum seruus quispiam minitatur se manu litem acturum.

[G]

NIHIL INANIVS QVAM MVLTÀ SCIRE

3651

Apud Athenaeum libro xiii. Hippon qui dictus est ἄθεος citatur autor huius versiculi:

Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν, id est
Non aliud mage inane puta quam plurima scire.

Citatur idem ex Timone:

Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

Conueniet in eos qui malunt multa discere quam vtilia. Hebraeus Ecclesiastes non abhorret ab hac sententia: *Qui apponit scientiam apponit et dolorem et in multa scientia multa indignatio.* Contra laudata est Hippiae πολυμαθία.

[G]

ΚΥΚΛΩΙ ΠΕΡΙΕΛΚΕΙΝ

3652

Qui arte circumagit quenpiam, vt, quum se putet aliquid egisse, nihil egerit, aut
 550 in idem recidat vnde volebat extricari, κύκλω περιέλκεσθαι dicitur. Ita Plato in
 Charmide: ὦ μιαιρέ, ἔφην ἐγώ, πάλαι με περιέλκεις κύκλω ἀποκρυπτόμενος, id
 est *O scelerate, inquam, iamdudum me in orbem circumagis non sentientem*. Fit
 enim hoc arte sophistica, vt qui contra disputat, post asseueret ambagibus circum-
 555 actus quod prius negabat, aut contra. Metaphora ducta ab equis, qui circumacti
 eo reducuntur vnde prius resiliabant pauidi. Similis ludus exercetur in labyrin-
 this. Confine illi *In easdem ansas incidisti*.

[G]

IOVIS LAC

3653

Quod insigniter esset lautum in cibis *Iouis lac* veteres appellabant. Euripides apud
 Athenaeum libro xiiii.:

560 Καὶ τυρὸς ὀπίσας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα, id est
Est succulentus caseusque et lac Iouis.

Apud eum frequenter inter ciborum delicias commemoratur Διὸς ἐγκέφαλος, de
 quo alias diximus. Persae si quid esset exquisite lautum appellabant Διὸς καὶ

528-536 Manuum... finierit *I*: Etiam si sermo
 Graecus ambiguus est: legi potest, Τοὺς ἐν
 χειρῶν νόμῳ, id est Eos qui sunt in lege
 manuum, et τοὺς καταλύοντας ἐν χειρῶν

νόμῳ *G H*.541 κενεώτερον *G H*: κενώτερον *I*.551-552 id est *G H*: *om. I*.

511 Liv. VIII, 23, 8.

513 Liv. VIII, 11, 6.

515 Liv. VII, 29, 2.

516 *Apud eundem* II, 40, 14; IX, 44, 8; XXV, 19,
5; XXVII, 12, 10.517 Cic. *Phil.* 10 (!), 10, 20 (519 decertandum
est).519 *proverbio Adag.* 663 (Omnium rerum
vicissitudo est).520-521 Ἐνούλιος etc. *Etym. mag.* Ἐνούλιος
345, 56-67.

3650

523 Aeschin. I, 5 (524 δῆ).

529 Polyb. I, 82, 2 (530 ζωγρία; 531 ὑπέβαλλε).

533 II, 28, 10.

536 *alias Adag.* 529 (Haec potior).536-537 *Apud Plautum* etc. The reference is
probably to *Truc.* 618-624; Er. relies on
memory.

3651

539 Athen. XIII, 610 b.

Hippon But the saying is Timon's, fr. 65
Wachsmuth.

543 Timon, quoted by Athen. loc. cit.

545 *Eccl.* I, 18 "quod in multa sapientia multa
sit indignatio et qui addit scientiam addat et
laborem." Er. quotes from memory. The
same verse is found in *Adag.* 1981 (In nihil
sapiendo iucundissima vita), *ASD* II, 4, p.
328, ll. 14-15.547 *laudata* etc. Plat. *Hipp. min.* 368 b-d;
Apul. Flor. 9, 24-25.

3652

550 Plat. *Charm.* 174 b "... you have all this
time been dragging me round and round,
while concealing the fact that the life accord-
ing to knowledge does not make us happy".
Er. takes ἀποκρυπτόμενος (*non sentientem*)
with the first part of the sentence, while
ignoring its sequel.555 *labyrinthis* See *Adag.* 1951 (Labyrinthus).556 *In easdem* etc. *Adag.* 1036 (In easdem ansas
venisti).

3653

558 Eur. *Cycl.* 136, quoted by Athen. XIV,
658 c.562 *Apud eum* E.g. Athen. XIV, 642 f. See
Adag. 560 (Iouis et regis cerebrum).

565 βασιλέως ἐγκέφαλον, id est *Iouis et regis cerebrum*, propterea quod rex Persarum solet dare praemium honorarium, si quis nouum aliquod edulii genus repperisset. Clearchus apud eundem libro xii. quanquam eadem, multis aliis verbis commemorat. Videntur antiqui quicquid eximium videri volebant Ioui tribuisse. Inde illud e satyra: *Et Iouis auribus ista seruas.*

[G]

MAESONICA DICTERIA

3654

570 Dicteria petulantius iacta prisca *maesonica* vocabant: σκώμματα μαισωνικά, a Maesone quodam histrione comoediarum Megarensi, cuius inuentum est persona quam a repertore Graeci μαισώνα vocant; repperit enim personam famuli et coqui. Quin et veteres Graeci coquum vrbanum μαισώνα vocabant, exterum τέττιγα. In comoediis autem semper inducuntur coqui dicaces, praesertim apud 575 Plautum. Id testatur Philemon alicubi:

Σφίγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον εἰς τὴν οἰκίαν
 Εἴληφ'· ἀπλῶς γὰρ οὐδέν, μὰ τοὺς θεούς,
 ὅν λέγει συνήμι, id est
Recepi in aedes non coquum, sed masculam
 580 *Sphingem; nihil enim per deos intelligo*
Simpliciter ex his quae loquitur.

Conuenit cum *Hipponacteo praeconio.*

[G]

NECESSITAS MAGISTRA

3655

Suidas ex Carchedonio citat hoc prouerbum:

585 Χρεία διδάσκει, καὶν ἄμουσος ἦ, σοφόν, id est
Catum e rudi reddit magistra necessitas.

Tempus, rerum vsus ipsaque necessitas excitat ingenium ad discendas artes. Idem indicat Graecorum sententia *Σοφία πενίαν ἔλαχεν*, et apud Aristophanem Penia iactat se artium inuentricem. A Persio venter dicitur |

LB IIIIO

Magister artis ingeniique largitor.

591 [H] Et, vt ait Qu. Curtius, *Necessitas ignauiam acuit.*

[G]

VICTVS SPINOSVS

3656

595 Βίος ἀκανθώδης, id est *vita spinosa*, aspera, dura ac prisca, qualem agebant illi quibus glandes erant loco placentarum. Suidas coniungit hoc Atticis prouerbiis quibus mollem ac delicatam vitam declaramus veluti contrarium. Idem indicat eodem sensu dici βίον ἀβίωτον, id est *vitam non vitalem*, hoc est tristem et insuauem. Nam Latinis interdum *viuere* dicuntur non qui spirant tantum, sed

qui genialiter viuunt. Contra Graecis ἀβιώτως ἔχειν dicuntur quibus desunt vitae praesidia. Aeschines Aduersus Timarchum: Ἀτιμῶν τοιαύτην γυναῖκα καὶ τὸν βίον ἀβιώτων αὐτῆ παρασκευάζων, id est *Ignominia notans eiusmodi mulierem et vitam non vitalem reddens*. Turpiter enim viuere non est viuere. Potest intelligi et de accisis facultatibus. Idem in oratione Περὶ τῆς παραπροσβείας: Ἀβιώτων εἶναι μοι τὸν λοιπὸν βίον νομίζω, id est *Reliquam vitam mihi non viuendam existimo*, hoc est infelicem et calamitosam.

605 [G]

BESTIA BESTIAM NOVIT

3657

Aristoteles libro Rhetoricon i. inter similitudinis et affinitatis prouerbia refert et hoc: Ἐγνώκε δὴ θῆρ θῆρα, id est *Novit profecto fera feram*. Videtur fragmentum iambici trimetri, vtcunq̄ deprauatum est apud Aristotelem. Θῆρ Graecis *bestia*

592 Victus spinosus *H I*: Vita spinosa *G*.
596 βίον *G I*: βίων *H*.

598 ἀβιώτως *scripsi*: ἀβιότως *G-I*.

563-567 *Persae... commemorat* Athen. XII, 514 d-e.

565 *solet* This use of the present tense of 'solere', where one would expect the imperfect, is quite normal for *Er.* and not uncommon for other sixteenth-century authors of Dutch origin; see J. Trapman, 'Solet' Instead of 'Solebat' in *Er. and Other Neo-Latin Authors*, *Humanistica Lovaniensia* 44 (1995), pp. 197-201.

566 Clearchus, fr. 5 *FHG* II, pp. 304 f., quoted by Athen. loc. cit.

568 Hor. *Epist.* (!) I, 19, 43-44.

3654

570 Athen. XIV, 659 a-b.

570-581 *a Maesone* etc. Athen. loc. cit.

574-575 *apud Plautum* Athenaeus refers to Menander. Smart cooks appear in *Plaut. Aul., Men. and Pseud.*

575 Philemon, fr. 114 *PCG* VII, quoted by Athen. loc. cit. (577 οὐδὲ ἔν: οὐδὲν v.l.; 578 ὦν ἂν λέγει: ὦν λέγει codd. et ed. Ald.).

582 *Hipponacteo praeconio* *Adag.* 1156.

3655

584 Suid. *Χρεῖα* 465. 'The Carthaginian' is the title of a lost play by Menander, fr. 229 Koerte II. Modern editors read the fragment as follows: Χρεῖα διδάσκει, κἂν ἄμουςος ᾖ, σοφὸν / Καρχηδόνιον (Practice teaches a Carthaginian to be clever, even if he is uncultured).

588 Σοφία πενίαν ἔλαχεν *Er.*, quoting from memory, has inadvertently interchanged the subject and the object. He discusses the

proverb Πενία δὲ τὴν σοφίαν ἔλαχε in *Adag.* 422 (*Paupertas sapientiam sortita est*).
Aristoph. Plut. 469 and 532.

589 *Pers.*, Prologus 10 f.

591 *Curt.* III, 4, 31 "ignaviam quoque necessitas acuit."

3656 Traces of an early version of this adage appear in the index of *χ*, in which *Er.* notes: "Vita spinosa, Vita exfistulata, Vita non vitalis".

593 Suid. βίος ἀκανθώδης 295. The same expression is quoted at the end of *Adag.* 763 (*Vita macerata*) and 1881 (*Non enim spinæ*).

593-594 *qualem... placentarum* Added by *Er.* See *Adag.* 302 (*Satis quercus*) and 2227 (*Arcadicum germen*), *ASD* II, 5, p. 203, ll. 949 ff.

595 *Idem* Suid. ἀβιώτων 49: Ἀβιώτως· ὁ μὴ ζῶν.
597-598 *Latinis... viuunt* See *Adag.* 2466 (*Vixit, dum vixit, bene*), where *Er.*, quoting *Ter. Hec.* 461, points to the twofold use of "viuere" ('be alive' and 'live festively').

598 *Graecis* See *Plut. Dion* 6, 2 ἔδοξεν ὁ Διονύσιος ἀβιώτως ἔχειν (*D.* was seemingly going to die).

599 *Aeschin.* I, 183 (τὴν τοιαύτην).

601 *Turpiter... viuere* For the sense see *Adag.* 745 (*Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere*).

602 *Aeschin.* 2, 5.

3657

606 *Aristot. Rhet.* I, II, 25.

607 *Aristot.* loc. cit. (ἔγνω: ἐγνώκει v.l.; δέ).

dicitur, sed proprie fera aut noxia, quod genus sunt apri, lupi et viperae; vnde
610 hominem moribus efferatis ingenioque agresti θηριώδη vocant.

Congruet, vbi conuenit inter duos pariter improbos. Simile illi *Furemque fur cognouit et lupum lupus*.

[G]

CAECI PRAESCRIPTIO

3658

Τυφλοῦ παρακλέυσις, id est *caeci iussio* siue *exhortatio* dicitur absurda, quoties
615 ipse qui praescribit non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem in Theaeteto, redarguens absurdam Theaeteti praeceptionem iubentis vt qui rectam haberent opinionem rectae opinioni assentirentur, confert illius orationem loro aut pistillo circumuolubili, sed rectius putat dicendum *caeci iussionem*: Τυφλοῦ δὲ παρακλέυσις ἂν καλοῖτο δικαιότερον· τὸ γάρ, ἃ ἔχομεν, ταῦτα προσλαβεῖν
620 κελεύειν, ἵνα μάθωμεν ἃ δοξάζομεν, πάνυ γενναίως ἔοικεν ἐσκοτωμένῳ, id est *Sed rectius caeci praeceptio dicatur, siquidem iubere vt ea quae habemus accipiamus, vt discamus ea quae opinamur, plane conuenit homini insigniter caliganti*.

Alias relatum est nobis illud Horatii *Caecus uti si monstret iter*, item *Caeca speculatio*.

625 [H] CLARISSIMO IUVENI CAROLO BLONTO DES. ERASMVS ROTERODAMVS S. D.

Totius operis nuncupationem tibi proxima aeditione communicatam, iuuenis ornatissime, pater adeo non moleste tulit vt maiorem in modum gausus sit hoc ceu calcar additum ingenio tuo, licet vltro in Musarum campis haudquaquam instrennue currenti. Vir prudens iuxta ac pius praeclarum lucrum interpretatus
630 est habere te consortem atque aemulum in hoc bonorum genere, quod communi-
one crescit verius quam minuitur, et in tantum non existimat suis commodis quicquam decessisse vt felicitatem suam iudicet praeclare conduplicatam, si virtutes quibus ipse non vulgariter expolitus est, conspiciat in filium propagatas. Hanc igitur operis accessionem adeo magnam vt per se iusti voluminis instar
635 haberi possit, visum est proprie tuo dicare nomini, quo simul et tu curras alacrius et ille gaudeat impensius, quippe qui pro sua singulari in te pietate parique modestia lubentius fruitur tuis bonis quam suis, imo magis ea ducit in suis bonis quae cernit in filio efflorescere quam quae in sese agnoscit maturuisse; nam animi bona senium nesciunt. Macte istius animi esto, iuuenis egregie, vrge quod coepisti, perge indies et optimi parentis augere gaudium et tuam ipsius felicitatem
640 omnibus numeris absolue|re. Id perficies, si ad domesticum archetypum studia tua componens veram pietatem cum eruditione liberali coniunxeris et si nec generis claritas nec fortunae indulgentia nec aulica consuetudo nec vxoris charitas nec liberorum cura distrahet animum tuum a Philologiae commercio.

LB IIII

645 Hic si quis obiecerit nec humanum ingenium nec temporis angustiam tot simul negocia capere, quaeso vt tecum rationem subducas, quanta vitae pars aliis pereat in chartarum lusu et alea quantoque minore dispendio, maiore voluptate,

maiore denique fructu tempus hoc transigatur in lectione bonorum autorum. Totum itaque, mi Carole, parentem fac exprimas, hoc vno excepto, quod ille fere a coena ad noctem vsque concubiam solitus sit immussare libris, vt saepenumero miratus sim id illi citra valetudinis offensionem cecisisse.

Haec scripsi gemens ac moerens totusque mihi displicens, quod certum audissem incomparabilem illum heroa Guilhelum Varamum archiepiscopum Can-

611–612 *Furemque* etc. *Adag.* 1263.

3658

614 Plat. *Theaet.* 209 d–e.

615 Socr., quoted by Plat. loc. cit.

617–618 *loro aut pistillo circumuolubili* ἡ μὲν σκυτάλις ἢ ὑπέρου... περιτροπή. The non-classical compound *circumuolubili* is (correctly) formed from 'circumvolvere' and 'volubilis'.

623 *Alias Adag.* 740 (Caecus caeco dux) and 741 (Caeca speculatio).

Ep. 2726 By this letter, which appears in the 1533 edition for the first time, Er. dedicates the 488 newly added adages to Charles Blount, the eldest son of his patron William Blount, Lord Mountjoy. It is to William, the dedicatee of the *Collectanea* (1500) that Er. dedicated the *Adagiorum chiliades* from its first appearance in 1508. He now associates father and son in the dedication of the enlarged edition of 1533. After William's death (1534) Er. dedicates the 1536 edition to Charles in the first place (Ep. 3092, also in *ASD* II, 1, p. 44). The present epistle takes up a letter to Charles of earlier date, which was first included in the 1528 edition and retained in the 1533 (and 1536) edition (Ep. 2023, also in *ASD* II, 1, pp. 38 f.). Charles thanks Er. for the dedication of the supplement in Ep. 2830. For William and Charles Blount see *Contemporaries* I.

It may seem odd to dedicate one and the same work to more than one person. As a matter of fact, Er. himself raises the point in his earlier letter to Blount junior. In his view, it is not strange at all: "Nihil est nouum idem monumentum pluribus inscribi" (p. 38, ll. 406 f.). However common the practice of multiple dedications, Er. feels the need to justify himself. He therefore appeals to Blount senior's benevolence in Ep. 2215, ll.

21–24. In dedicating his second edition of Seneca to a different patron he refers to the example of Ricchieri (Celsius Rodiginus), who had dedicated the sixteen books of his *Antiquae lectiones* to as many persons (Ep. 2091, ll. 4–16). He once apologises for having dedicated each part of a whole (namely, his paraphrases on the apostolic Epistles) to various patrons and alleges that he had compiled them at intervals (Allen, *Op. ep.* I, p. 20, ll. 28 ff.). He had done the same with other works, such as the *Lucubratiuncula* and his translations of Lucian. This strategy of multiple dedications proved quite profitable; see J. Hoyoux, *Les moyens d'existence d'Er.*, Bibliothèque d'Humanisme et Renaissance 5 (1944), pp. 42–43. Somewhat hypocritically, he dissuades Polidoro Virgilio from dedicating his enlarged edition of the *Proverbia* (1524) to two persons: "mihi videtur magis ingenuum, totum opus Prouerbiorum vni dicare" (Ep. 1494, ll. 28 f.). The practice was by no means uncommon at the time, as P.F. Grendler observes; see C.B. Schmitt et al., ed., *The Cambridge History of Renaissance Philosophy*, Cambridge, 1988, p. 32.

628–629 *calcar additum... currenti* The metaphor is taken from Plin. *Epist.* I, 8, 1; see *Adag.* 147 (*Calcar addere currenti*).

650 *immussare libris* 'whisper over his books'.

Er. uses the same (non-classical) verb in the *Colloquia*, *ASD* I, 3, p. 422, l. 167 "nescio quid immussauit in aurem parocho".

653 *Guilhelum Varamum* William Warham (b. ca. 1456), Archbishop of Canterbury, died in August 1532. In *Eccles.* I (*ASD* V, 4, pp. 140, ll. 173 ff.) Er. has included an obituary of his patron, which is followed by an account of the material emoluments received. See also *Contemporaries* III, s.v.

655 tuariensem vitam commutasse morte, imo, vt melius dicam, ex hac vitae vmbra
 in veram immortalemque vitam emigrasse. Meam deploro vicem, non illius. Is
 mihi erat vere sacra ancora. Inieramus inter nos foedus συναποθνησκόντων, pro-
 miserat commune sepulcrum, nec dubitabam quin ille, licet annis quatuordecim
 maior, mihi superstes esset futurus. Certe nec senectus nec morbus illum nobis
 660 ademit, sed casus infelix, non tam quidem illi quam studiis, quam religioni,
 quam regno, quam ecclesiae: tanta erat hominis pietas, tanta in consiliis pruden-
 tia, tanta in iuuandis omnibus benignitas. Nunc illa coelestis anima pro bona
 semente quam hic fecit, messem apud Christum opimam metit. Ego interim
 semianimis hic haereo, promissae fidei debitor, quam, nisi me fallit mentis prae-
 sagium, breui sum exoluturus. Pactio videri poterat comitatis, sed res clamat
 665 serium fuisse conuentum: adeo morte illius collapsus est animus nec vllis auoca-
 mentis erigi potest, sed ipso etiam tempore, quod acerbissimis doloribus solet
 mederi, vulnus hoc magis ac magis inrudescit. Quid multis? Appellari me sen-
 tio. Commori iuuabit hic incomparabili et irrecuperabili patrono, modo per
 Christi misericordiam illic liceat ei conuiuere. Praeclarum ille sidus fuit ecclesiae,
 670 nunc praeclarior accessit coelo. Vtinam mihi contingat veluti minutam stellulam
 adiungere soli meo!

Haec commemoratio non meo tantum dolori data est, sed tua quoque referre
 iudicaui praesulis omnium facile laudatissimi memoriam refricare, quo studiosius
 ad geminum exemplar studia vitamque tuam componas, patrem et paternum
 675 amicum. Bene vale.

Datum apud Friburgum Brisgoae, Calendis Octobribus, anno M.D.XXXII.

[H]

IBYCI EQVVS

3659

Ἰβύκειος ἵππος, id est *Ibyci equus*, in iocum prouerbialem abisse videtur, de iis
 qui nolentes praeter aetatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Dicti
 680 originem refert Plato in Parmenide: Ibyco poetae equus erat, iam annosus ath-
 leta, multis certaminibus detritus. Is quum ad certamen currui iungeretur, exti-
 mit, videlicet expertus eiusmodi ludorum aleam. Ridente populo Ibycus surgens
 ‘Equus’ inquit ‘domini similis est, nam et ipse iam senex ad amandum compellor’,
 equo suo sese comparans, quod ipse non minus intempestius esset ad
 685 amores quam vetulus equus ad certamen. Nam admonet hoc quoque Suidas, Iby-
 cum vulgo male audisse ob adulescentulorum amorem. Hac imagine Parmenides
 queritur se senem adigi ad rerum difficillimarum explicationem. Huc allusisse
 videtur Horatius in Epistolis: *Non eadem est aetas, non mens et*

690 *Solue senescentem mature sanus equum, ne
 Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat.*

Fortasse, dum in hoc adagiorum pistrino versor, videbor alicui non multum dis-
 similis equo Ibyci. De *Ibyci gruibus* dictum est alias.

[H]

IN CRASTINVM SERIA

3660

695 Εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα, id est *In crastinum seria*. Plutarchus in vita Pelopidae nar-
 rat hanc vocem apud Graecos abuisse in prouerbum. Originem dedit Archias, vir
 opulentus ac potens, sed parum sobrius. Huic inter conuiuium allata est epistola.
 LB 1112 Qui pertulit admonuit | vt statim legeret: de seriis enim rebus scriptam esse. Tum
 ille, vino madidus, risit: 'Οὐκοῦν' inquit 'εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα', id est *In crasti-
 num igitur seria*, simulque acceptam epistolam puluillo supposuit cui insidebat ac
 700 sermonem cum Phillida coeptum pergebat.

Quin et hodie inciuile est in conuiuuis tractare seria. Apud Hollandos adoles-
 cens audiui fabulam non alienam ab hoc adagio. Quidam in conuiuio accumbe-
 bat igni vicinior, ita vt ima vestis adureretur. Id animaduertens e conuiuuis quidam
 'Habeo' inquit 'quod tibi nunciem.' Tum alter 'Si quid' inquit 'tristius est, nolo
 705 audire in conuiuio, vbi conuenit festiua laetaque esse omnia.' 'Non est' inquit
 'admodum laetum.' Mox alter 'Post conuiuium' inquit 'seria.' Vbi coenatum esset
 hilariter, 'Nunc' inquit 'dicito quicquid voles.' Ostendit illi vestem a tergo enor-
 miter adustam. Ibi stomachari coepit, quod non admonuisset in tempore. 'Vole-
 bam,' inquit 'at tu vetabas: Μετὰ δεῖπνον σπουδαῖα.'

681 ad certamen *H I*: ad currule [sed currule
 del.] certamen *MS*.

683 Equus inquit domini similis est, nam *H I*:
 add. *MS*; ipse *H I*: ipse inquit [sed inquit
 del.] *MS*.

685-686 Nam... amorem *H I*: om. *MS*.

688 in Epistolis *H I*: in sermonib [sed sermonib
 del.] epistolis *MS*; mens *H I*: mens et cetera
 [et cetera add.] *MS*.

654 *vitae umbra* See *Adag.* 886 (Ne vmbra-
 quidem eius nouit). In the present context,
 the notion 'the life of man is but a shadow' is
 reminiscent of passages in the Old Testa-
 ment; see *Ps.* 143, 4; 1. *Chr.* 29, 15; *Iob* 8, 9.
 656 *sacra ancora* See *Adag.* 24 (Sacram ancoram
 soluere).

Inieramus... foedus συναποθνησκόντων Writ-
 ing to William Blount in 1531 Er. expresses
 fear that Warham would die soon (*Ep.* 2459,
 ll. 42-45), "quanquam τῶν συναποθνησκόν-
 τῶν foedus inter nos pacti sumus, ne alter
 alteri superesset." He uses the same expres-
 sion in *Epp.* 1934, l. 328 and 2136, l. 59. The
 source of the Greek verb is Terence, *Ad.*, Pro-
 logus 6; see *Adag.* 2536 (Naaera et
 Charmione).

661-662 *pro... metit* See *Adag.* 778 (Vt
 sementem feceris, ita et metes).

663 *promissae fidei debitor* Now that Warham is
 deceased, Er. is bound to live up to his vow,

691-692 Fortasse... alias *H I*: om. *MS*.

697 enim *H I*: ex etiam corr. *MS*.

698 risit *H I*: add. *MS*; inquit *H I*: add. *MS*; id
 est *H I*: om. *MS*.

699 cui insidebat *H I*: om. *MS*.

700 coeptum *H I*: ceptum *MS*.

701-709 Apud Hollandos... σπουδαῖα *H I*:
 om. *MS*.

that is, to join his friend in death.

664 *res clamat* See *Adag.* 2349 (*Res indicabit*),
ASD II, 5, p. 264, ll. 564 ff.

666-667 *tempore... mederi* See *Adag.* 1405
 (*Dies adimit aegritudinem*).

3659

678 *Plat. Parm.* 9, 136 e-137 a.

680 *Plat.* loc. cit.

685 *Suid.* Ἰβυκος 80.

688 *Hor. Epist.* I, 1, 4 and 8 f.

691 *hoc adagiorum pistrino* See *Adag.* 2001
 (*Herculei labores*), *ASD* II, 5, pp. 27, ll. 117
 ff., where Er. expatiates on the labours
 involved in compiling his huge collection.
 He feels as if he has been tied to a treadmill,
 "velut alligatus pistrino" (p. 30, l. 202; see n.
 ad loc.).

692 *alias Adag.* 822 (*Ibyci grues*).

3660 Cf. Otto 534.

694 *Plut. Pel.* 10, 9.

Plut. loc. cit., 8-10.

710 [H] CVNICVLIS OPPVGNARE 3661

Ὑπονόμοις πολεμίζειν, id est *cuniculis bellare*, dicitur qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contra qui palam agit quod agit *machinis agere* dicitur. Caii Caesaris potentia iam ad manifestam tyrannidem spectante Catulus Luctatus, vir summae apud Romanos dignitatis, surgens in senatu ait: Οὐκ ἔτι
715 ὑπονόμοις *Caesar*, ἀλλ' ἤδη μηχαναῖς αἰρεῖ τὴν πολιτείαν, id est *Caesar non iam cuniculis, sed machinis tollit rempublicam*. Suffossiones clam fiunt, machinae, hoc est arietes, onagri, ballistae, palam admouentur. Dictum Plutarchus refert in vita Caii Caesaris.

Plus veneris habebit, si ad res animi transferatur, veluti si quis dicat malos
720 genios interdum oppugnare nos machinis, quum palam terrent aut illectant, interdum cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt obrepuntque incautis.

[H] EXITII NVLLA RATIO 3662

Ἐξέθρου οὐδεις λόγος, id est *Exitii nulla ratio*. Refert Plutarchus in vita Eumenis. Is quum satagens rerum suarum superiorem adisset Phrygiam, intra Celenas
725 hybernauit. Vbi quoniam reperit Alctam, Polemonem et Docimum de imperio contra ipsum decertantes, 'Τοῦτ' ἦν' ἔφη 'τὸ λεγόμενον Ἐξέθρου δὲ οὐδεις λόγος', id est *Exitii nulla ratio*, sentiens, opinor, quum imminet homini fatale exitium, deum adimere consilium ac rationem. Apparet esse hemistichium carminis iambici ὀλέθρου δὲ οὐδεις λόγος. Huic affine est quod habet Quintilianus libro v., de
730 coniectura loquens: *Praeterea, inquit, quur potissimum illo loco, illo modo sit aggressus, qui et ipse diligentissime tractatur pro eodem locus, an etiam, si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit et absque sententia; nam vulgo dicitur scelera non habere consilium.*

[H] QVI LVCERNA EGENT INFVNDVNT OLEVVM 3663

735 Plutarchus in vita Periclis refert Anaxagoram Pericli in administranda republica magno adiumento fuisse, verum vbi iam grauaret senectus et a Pericle publicis intento negociis negligetur, decreuerat inedia finire vitam. Id vbi rescuiit Pericles, accurrit ad aedes philosophi precibusque et lachrymis conatus est illum ab instituto reuocare idque sua ipsius causa magis quam Anaxagorae. At ille iam
740 agens animam dixit: ὦ Περικλεις, καὶ οἱ τοῦ λύχνου χρεῖαν ἔχοντες ἔλαιον ἐπιχέουσιν, id est *O Pericles, et quibus lucerna est opus infundunt oleum*, exprobrans illi neglectum amici vnde non vulgarem capiebat vtilitatem, quum qui egent lucerna ob vsum qualemcunque curent illam, abstergentes atque infundentes oleum. Et quibus opus est fructu stercorent agrum.

745 [H] IN VENTREM INSILIRE 3664

Ἐς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι, id est *in ventrem irrumpere*, dicitur qui curam
LB III3 omnem ad cibum ac potum confert. | Ita Plutarchus de Lucullo in ipsius vita:

750 Ἄτε δὴ μὴ θεατρικῶς μηδὲ ἐπιδεικτικῶς Λουκούλλου πολεμοῦντος, ἀλλὰ δὴ τοῦτο πρᾶγμα τευομένου, id est *Vipote quum Lucullus iam non palam neque ad ostentationem bellaret, sed, quemadmodum dici solet, in ventrem impetum faceret, nihil non moliens ut hosti commeatum subtraheret*. Non hic repetam quomodo locum hunc verterit Leonardus Iustinianus.

755 Sunt quos non alia ratione melius vincas quam si ventrem impetas. Huius stragematis exemplum edidit nobis ille non minus eruditione quam stemmatis clarus Hermanus a Noua Aquila comes. A Dominicano quodam proscissus erat

714 dignitatis *H I*: dignitatis, et [sed et del.] *MS*.

719-721 Plus... incautis *H I*: *om. MS*.

724 Phrygiam *H I*: phrygiam ex phygiam *corr. MS*.

725 hybernauit *H I*: hyberauit *MS*; reperit *H I*: repperit *MS*.

728 deum *H I*: deum hominibus *MS*.

729-733 Huic... consilium *H I*: *add. MS (f. 119^r)*; passus inscriptus est Scelera non habent

consilium.

739 idque... Anaxagorae *H I*: *add. MS*.

742 amici *H I*: *om. MS*.

743 qualemunque *H I*: *om. MS*.

744 Et... agrum *H I*: *om. MS*.

746 ἐνάλλεσθαι *H I*: ἐνάλεσθαι *MS*.

749 ἐναλλομένου *H I*: ex ἐναλομένην *corr. MS*; ὑφαιρέσει *H I*: ὑφαιρέση *MS*.

751 ventrem *H I*: post ventrem tres litteras del. *MS*.

3661

711 Plut. *Caes.* 6, 6.

713-714 *Catulus Luctatius* Plut. gives the name as Κάτλος Λουτάτιος.

714-715 Plut. loc. cit. (αίρεϊ).

3662

723 Plut. *Eum.* 8, 8 (726 οὐθεις).

729 Quint. *Inst.* VII (!), 2, 43 f. (730 loco, illo tempore, illo). Er. owes this quotation to Bonifatius Amerbach, who had entered "Scelera non habent consilium" as an independent adage on his list (see the introduction, p. 14).

3663

735 Plut. *Per.* 16, 8 f. Er. has included the same passage in *Apophth.* VII, Anaxagoras 5, *LB* IV, 331 B-C. See Diels II, p. 13.

741-744 *exprobrans* etc. Added by Er.

3664

746 Plut. *Luc.* II, 2.

747 Plut. loc. cit. (748 Λευκούλλου; τοῦτο δὴ; 749 ὑφαιρήσει).

752-753 *Non... Iustinianus* Leonardo Giustinian (d. 1446) translated the passage in the following way: "quia non armis Lucullus, non acie, non congressu certaret, sed in ventrem, ut aiunt, omni belli conversa extremam sibi famis cladem inferret" (*Virorum illustrium vitae ex Plutarcho Graeco in Latinum versae*, Venetiis, 1478, II, f. A 9^r). Giustinian's translation is very free. Er.'s sarcastic remark is prompted primarily by Giustinian's use of the pronoun "sibi" instead of "ei" (the reference being not to Lucullus, but to his enemy), a

common error for the humanists before Vala's *Elegantiae* came in circulation. The Venetian poet also translated Plutarch's *Cimon*. See A. Oberdorfer, *Di Leonardo Giustiniano umanista*, *Giornale storico della letteratura italiana* 56, 1910, pp. 107-120; V. Branca, ed., *Dizionario critico della letteratura italiana*, II, Torino, 1986, p. 404. For humanist translations of Plutarch's *Vitae* see *ASD* II, 4, p. 21, n.l. 28. In a letter of 1530 (Ep. 2291, ll. 48 f.) Er. exclaims, "Quae portenta deprehenduntur in his quae verterunt Itali ex Vitis Plutarchi!"

755 *stemmatis* See p. 27, n.l. 167.

756-773 *Hermanus a Noua Aquila* etc. Hermann von Neuenahr (ca. 1492-1530) was a friend of Er. Both men supported Johann Reuchlin (Capnion) in his defence of the study of the ancient literatures against the reactionary theologians, headed by the Dominican and inquisitor Jacob van Hoogstraten (d. 1527), who taught theology at Cologne University. The following episode, in which van Hoogstraten is the victim, dates back to 1518. Er. relates it in a letter of that year for the first time and reiterates it with malicious delight on several later occasions (Epp. 877, ll. 16 ff.; 889, 42 ff.; 1173, 140 ff.; 1892, 56 ff.; 2126, 116 ff.). See Allen's notes ad loc.; *Contemporaries*, s.v. Hoogstraten and Neuenahr; S.P. Wolfs, *Dominicanen en de Colloquia van Er.*, *Nederlands Archief voor Kerkgeschiedenis* 61 (1981), pp. 37-38.

praefatiuncula quasi staret a Capnione, degenerans a maiorum suorum moribus ac pietate. Expostulauit cum maledico, minitans omnia. Tanto magis ille ferociebat. Tandem amici comitis hoc iniere consilium. Denuntiarunt collegio, si maledicum abiicerent, se caeteros sodales pro innoxiiis habituros, sin minus, in omnes velle retorquere quod omnium consensu maledicus ille fuisset ausus. Quum negligeretur denuntiatio, missus est qui interdiceret ne quisquam ex eo sodalitie colligeret oua caseosue in ditone comitis aut cognatorum illius. Neglectum est interdictum, itum est ad ooptochiam ac tyrologiam. Sed posteaquam irrumpentibus comitis famulis aegre euaserunt, orta inter sodales seditione maledicus ad conditiones pacis coactus chirographo testatus est se comitem semper habuisse et habere et habiturum esse pro docto, generoso et pio viro. Fassus est se illa scripsisse quae obiiciebantur – neque enim licebat inficiari quod per typographos erat euulgatum – at quae scripserat in comitem non competebant nisi in hominem degenerem ac impietatis fautorem. Itaque suo chirographo nihil aliud effecit nisi vt maledicentiae adiungeret scurrilem impudentiam. Hac tamen satisfactione vir animi generosissimi vereque Christiani fuit contentus, me vehementer approbante.

770 Puto huc respexisse Terentium quum ait: *Pugnos in ventremingere!* Nam parasi nulla parte magis laedi possunt quam ventre.

[H] O DOMVS ANTI, QVAM DISPARI DOMINO DOMINARIS! 3665

Videtur et illud Ennii carmen prouerbiis ascribendum quod refert M. Tullius Officiorum libro primo:

O domus antiqua, quam dispari domino dominaris!

780 Id conueniet in disciplinam commutatam in peius eorum vitio qui successerunt, velut in domum, in vrbem, in academiam, in monasterium aut collegium ad peiora degenerans. Quanquam suspicor carmen Ennianum in codicibus esse vitiatum, legendum autem: ‘O domus Anti, quam dispari domino dominaris’, vt notarit Antii successorem. Iam quoniam in ‘dispari’ | prima syllaba natura longa est, sublato s, quod Ennius subinde facit (nisi forte pro ‘Anti’ mauis ‘Anci’ aut ‘Anni’, quem Lucilius taxat alias) fit breuis itaque constat metrum. Scriba parum eruditus putans ‘antiquam’ vnicam esse dictionem mutauit ‘antiqua’, alius nolens omittere quod erat in plerisque codicibus adiecit ‘quam’.

790 Respexit huc M. Tullius Philippica secunda: *O tecta ipsa misera, ‘quam dispari domino’ – quanquam quomodo iste dominus? – sed tamen quam a dispari tenebantur!*

[H] SORTEM ET VSVRAM PERSOLVERE 3666

Καὶ τὸν τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον ἐκτίνειν dicuntur qui serius quidem sed grauius puniuntur aut qui differunt vindictam, vt per occasionem laedant grauius. Nam

795 prorogatione crescit vsura. Dion libello *Περὶ τῆς ἀπιστίας*: "Ὡσπερ τὰ θηρία
πολλάκις ἡρεμεῖ κοιμώμενα ἢ ἐμπεπλησμένα, τὴν μὲν φύσιν οὐκ ἀπεβέβληκεν τὴν
αὐτῶν, παραπλησίως δὲ καὶ ἐκεῖνοι χρόνον τινὰ οὐκ ἔβλαψαν, ἔπειτα συμβάσης
800 προφάσεως καὶ τόκον, φασί, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς πονηρίας ἐκτίνουσι, id est
*Quemadmodum noxiae bestiae saepenumero quietem agunt, siue quum dormiunt
siue quum cibo expletæ sunt, quanquam naturam interim suam non exuerunt, simili-
liter et illi ad tempus aliquod non laeserunt, at ubi se dederit occasio, et usuram, ut
aiunt, et sortem maliciae persoluunt.*

760 omnes *H I*: omnis *MS*.

764 ooptochiam ac *H I*: add. *MS*.

767 generoso *H I*: genero *MS*.

769 in comitem *H I*: om. *MS*.

772-775 me vehementer... ventre *H I*: om. *MS*.

778 libro primo *H I*: lib. 1. *MS*.

782 Enniam *H I*: add. *MS*.

784 notarit *H I*: notarit Antium qui [*sed*

Antium qui *del.*] *MS*; successorem *H I*: ex
suscessorem *corr.* *MS*; lam *H I*: lam si [*sed* si
del.] *MS*.

784-786 longa... brevis *H I*: brevis est sublato
.s. fit brevis *MS*.

789-791 Respexit... tenebantur *H I*: om. *MS*.

796 ἡρεμεῖ *H I*: ἡμερῆ [*sed del.*] ἡρεμεῖ *MS*.

800 quum cibo *H I*: dum cibo *MS*.

756-757 *A Dominicano... prae-fatiuncula* Van
Hoogstraten attacked von Neuenahr in the
preface to his *Apologia* against Reuchlin
(Cologne, February 1518).

759-763 *Denuntiarunt... illius* Er. gives a more
vivid account in Ep. 877.

759 *collegio* That is, the Dominican studium at
Cologne.

764 *itum... tyrologiam* The Dominicans 'went
to their usual business of collecting eggs and
cheeses.' Er. coined the Greek words himself.
He hated mendicant friars, whom he calls
πρωχοπλοῦσοι (wealthy beggars) in one of
his colloquies, *ASD* I, 3, pp. 389 ff.

766-771 *chirographo testatus... impudentiam* In
1527 Er. claims to own a copy of van
Hoogstraten's "abiectam et scurrilem palin-
odiam" (Ep. 1892, ll. 56 f.), "bella palinodia,
scurra quam theologo dignior!" (Ep. 2126, l.
128). In 1528 he refers to 'some Dominican'
"qui praefatione maledica Comitem quen-
dam prosciderat, non ferendis in eum
conuiciis debacchans. A cuius amicis quum
vrgeretur, scripsit sua manu palinodiam, qua
deierat se tale nihil vnquam sinistre de
Comite sensisse, sed semper illum habuisse
pro viro docto et pio. Atqui eadem palinodia
recitabat verba praefationis, quae non poter-
ant in alium cadere quam in Comitem. Est
apud me palinodia. Hic vtrum maus inter-
pretari, stuporem insignem an plusquam scur-
rilem impudentiam?" (Ep. 2045, ll. 200 ff.)
772-773 *me... approbante* Er. settled his differ-

ences with van Hoogstraten as early as 1520
and helped him to secure a truce with von
Neuenahr (Ep. 1064; *Spongia*, *ASD* IX, 1, p.
138, ll. 403 ff.; see the introd. to Ep. 1078,
CWE VII, p. 222). He continued to ridicule
him all the same.

774 Ter. *Phorm.* 988 (also quoted at the end of
Adag. 1505 (Si vinum postulet, pugnos illi
dato) and in 1778 (Ventres), l. 60). The
words are to be taken literally rather than
metaphorically, as Er. suggests.

3665 See Brassicanus, *Prou.* 61 (O domus
antiqua), who gives both passages from
Cicero. For Er.' use of Brassicanus see the
introduction, pp. 13-14.

777 Cic. *Off.* I, 39, 139 (779 'O domus anti-
qua' et 'quam dispari dominare domino': et
om. cod. Palatinus). The fragment is from an
unknown play. Er. attributes it to Ennius,
perhaps on the strength of a preceding pas-
sage (24, 84), where Cicero quotes explicitly
from Ennius.

786 'Anni'... *alias* Er. here uses an observation
by Porphyrio on Hor. *Serm.* I, 10, 53 (Nil
comis tragici mutat Lucilius Acci?): "mutat"
pro eo quod est 'emendat' positum est. Facit
autem haec Lucilius cum *alias*, tum..."

789 Cic. *Phil.* 2, 41, 104.

3666

793 Dio Chrys. 74, 11.

795 Dio Chrys. loc. cit. (796 μέντοι;
ἀποβέβληκε; 797 δὲ καὶ κἀκεῖνοι: δὲ καὶ ἐκεῖνοι
v.l.).

[H]

AD INCITAS

3667

805 Quos vrgeret extrema necessitas, his res dicebatur *ad incitas rediisse*. Plautus in Trinummo: *Hem nunc, hic cuius est* (subaudi: ager), *vt ad incitas redactus!*, id est: ad extremam inopiam. Idem in Penulo:

Tace modo.

Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.

Quin potius disperibit faxo quam vnam calcem ciuerit.

810 Sed haud scio an hic legendum sit: vnum calcum ciuerit. Nonius Marcellus admonet *incitam* dici *egestatem*, et verum dicit, sed non absque tropo. Nam in his duobus locis quae retulit e Plauto extremam quidem inopiam significat, at non statim vbicunque ponuntur ‘incitae’ significatur egestas. Lucilius ‘incita’ dixisse videtur in neutro genere:

815 *Illud ad incita quum redit atque interneconem.*

Item:

Commanducatus corruptit, ad incita adegit.

At Isidorus libro xviii. vsurpauit genere masculino, *calculi* inquiring *partim ordine mouentur, partim vagi. Qui vero moueri omnino non possunt ‘inciti’ dicuntur.*
820 ‘Cio’ ‘moueo’ est, ‘inciti’ quasi ‘immobiles’, quos Graeci dicerent ἀκινήτους.

Satis liquet prouerbiu ductum a lusu calculorum, in quo erant certae lineae ad quas redactus calculus moueri iam non posset. Quadrabit et in eos qui confutati manifestis argumentis non habent quod respondeant, quod dialectici vocant *metam silentii*.

825

[H]

CENTRO ET SPATIO CIRCUMSCRIPTA

3668

Plutarchus in Praeceptis ciuilibus: Ἄν δὲ ἢ τὰ τῆς οὐσίας μέτρια καὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμενα πρὸς τὴν χρείαν, id est *Quod si facultates modicae fuerint et centro et spatio circumscriptae ad vsum*. Sentit fortunas tam angustas vt, nisi certa dimensione dispensentur, non sint ad necessarios vsus suffecturae. Veluti
830 qui supputatione facta quantum habeant annui census, subducunt quantum quoque mense, quaque hebdomade, quoque die possint impendere. Quod si hospitis aduentus aut similis casus fecerit sumptus paulo largiores, id sequentium dierum parsimonia sarcitur, ne non constet ratio. Idem De futili loquacitate docet responsionem esse κέντρῳ καὶ διαστήματι circumscribendam, ne quid
835 respondeatur vltra quam requirit percontatio. Quidam enim de vno interrogati respondent de pluribus. Metaphora translata est a circulo qui fit circino circumducto; in medio centrum est immobile, hinc spatium vndique aequale ad lineam obeuntem. Vnde et ‘circumscripta’ dicuntur quae certis finibus continentur.

[H]

ROSCIUS

3669

840 Roscius histrio tam erat felix in agendis fabulis vt quisquis in arte quapiam insignis esset *Roscius* vocaretur. Id indicat M. Tullius libro De oratore primo: *Itaque hoc est iam diu consequutus vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.* Idem in secundo De oratore: *Soleo saepe mirari eorum impudentiam qui agunt in scena gestum spectante Roscio.* | *Quis enim se commouere potest, cuius ille vitia non videat?* Rursus in Bruto: *Et in scena Roscium esse intelligat.* Hic est ille Roscius Ciceronis concertator quem ornauit hoc elogio vt diceret

804 rediisse *H I*: redisse *MS*.805 hic *H I*: *add. MS*; subaudi *H I*: *om. MS*.806 Penulo *H I*: poenulo *MS*.808 incitas lenonem *H I*: incitas lo [*sed lo del.*] lenonem *MS*.812 quidem *H I*: *om. MS*.822 iam *H I*: *add. MS*.822-824 Quadrabit... silentii *H I*: *om. MS*.832 casus *H I*: causa *MS*.833 sarcitur *H I*: *ex sacitur corr. MS*.833-836 Idem... pluribus *H I*: *add. MS*.836 qui fit *H I*: *om. MS*.838 Vnde... continentur *H I*: *om. MS*.840 Roscius *H I*: *om. MS*; agendis fabulis *H I*: agendis causis [*sed causis del.*] fabulis *MS*.842 is *H I*: *add. MS*.846 vt diceret *H I*: *om. MS*.

3667 Otto 858.

804 Non. p. 178 Lindsay.

Plaut. *Trin.* 537 f., quoted by Non. loc. cit. (805 cuius; redactus est).806 Plaut. *Poen.* 906 ff. (809 prius). Nonius refers to the same passage, but he quotes only l. 907.810 *calcum* Er. suggests replacing *calcem* by *calcum*, but there is no need for emendation here. His suggestion is apparently prompted by *calculi* in the Isidorus passage that he quotes in the following. He may have found the rare word *calculus* in Isid. XVI, 25, 8. 'Calx' and 'calculus' both denote a small stone used in games.

Non. loc. cit. ('Incitas' dicitur egestas).

811 *sed non absque tropo* Er. intends to say: in passages where 'incita' means 'poverty', it is used metaphorically; 'poverty' is not the proper sense of the word under discussion.

813 Lucil., fr. 121 Krenkel, quoted by Non. loc. cit.

817 Lucil., fr. 516-517 Krenkel, quoted by Non. loc. cit.

818 Isid. *Orig.* XVIII, 67 (819 vage: ideo alios ordinarios, alios vagos appellant; at vero qui moveri omnino non possunt, incitos dicunt).824 *metam silentii* A person who is put to silence in a disputation, because his opponent has disproved his arguments, is driven (ad) *metam silentii* (to the limit which consists of silence). Although the sense is clear,

the expression itself is unknown to modern experts of medieval logic. Apparently, Er. refers to a contemporary expression of recent origin. Treatises on fallacies usually began with a discussion of the five aims of argument (e.g. refutation) which Aristotle had established in *Soph. el.* 3. They were referred to as 'metae' (fines, termini), but the phrase *meta silentii* does not occur. (See e.g. Petrus Hispanus, *Tractatus* VII, 13. (I wish to thank E.J. Ashworth, G. Nuchelmans, and L.M. de Rijk for information supplied.) For the disputations of the theologians in the later Middle Ages see N. Kretzmann et al., ed., *The Cambridge History of Later Medieval Philosophy*, Cambridge, 1982, pp. 21-29; for traditional logic in the times of Er. see C.B. Schmitt et al., ed., *The Cambridge History of Renaissance Philosophy*, Cambridge, 1988, pp. 143-172 (for treatises on obligations esp. pp. 148 ff. and 116-167).

3668

826 Plut. *Mor.* 822 c-d.833 *Idem* Plut. *Mor.* 513 c.838 'circumscripta' etc. See *Adag.* 2546 (Minore finire pomoerio).3669 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 42 (Roscius). Otto 1553.841 Cic. *De or.* I, 28, 130 (842 hoc iam diu est).843 *De or.* II, 56, 233 (844 inspectante: *spectante* v.l.; sese: *se* v.l.).845 *Brut.* 84, 290 (esse Roscium).

virum fuisse tam bonum vt vnus indignus esset qui in scenam prodiret et eundem tam praeclarum artificem vt solus dignus esset qui in scena versaretur.

850 Eodem igitur tropo quo vehementer in consiliis callidum *Daedalum* vocamus, in laboribus patientem *Herculem*, in disputando inuictum *Achillem*, in iudicando *Aristarchum*, patronum in causis agendis egregie dextrum *Roscium* licebit appellare.

[H]

PHILOTESIUS CRATER

3670

855 Κρατήρ φιλοτήσιος dicitur quo in conuiujs conciliantur amicitiae. Qui mos etiamnum durat apud Germanos, quibus turpissimum est post acceptum philotesium poculum veterum offensarum quamuis capitalium meminisse. Ne iudices quidem admitterent actionem iniuriarum. Plutarchus in commentario De fortuna Alexandri, qui barbaros armis, Graecos ciuilibus institutis conabatur ad humaniorem ac sanctiorem vitae rationem adducere, "Ὡσπερ inquit ἐν κρατήρι
860 φιλοτησίῳ μίξας τοὺς βίους καὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς γάμους καὶ διαίτας, id est *Velut in philotesio poculo miscens vitas, mores, coniugia ac viuendi rationes*. Apud Plautum in Pseudolo seruus ebrius *diis proximum* putat *manu candida cantarum dulciferum propinare mitissimam amicitiam*. Hesychius indicat hanc φιλοτησίαν solere adhiberi post coenam, quum in signum amicitiae ex eodem poculo de eodem
865 vino bibunt omnes. Qui mos apud nos nondum exoleuit, sed rarior est ob metum nouae leprae, qua plerique laborant. Asconius Pedianus in actionem aduersus Verrem tertiam putat hoc esse quod M. Tullius criminatur Verrem cum suis potasse *more Graeco*. Nam vulgus existimat illos Graeco more bibere qui largius ac cyathis grandioribus bibunt. At ipse magis probat, vt intelligamus eos
870 Graeco more bibere qui merum bibunt. Id autem solent facere Graeci, vt quum in conuiuio libant, primum salutent deos, paululum e cyatho profundentes, dein amicos suos; totiesque bibunt merum quoties deos aut charos suos nominatim vocant. Ita ferme Pedianus. Quidam putant hunc craterem etiam ἀγαθοῦ δαίμονος appellari.

875

[H]

CITHARA INCITAT AD BELLVM

3671

Plutarchus libro De fortuna Alexandri secundo declarat hunc versiculum apud Lacedaemonios solere decantari:

"Ἐρποι γὰρ ἄντα τῷ σιδήρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν, id est
Vergit ad letale ferrum lepide cithara canere.

880

Quo significabant certis citharae modis sedari motus animorum, alijs addi vigorem ad praelium. Quum Alexander audisset Antigenidam tibia modos incinentem qui vocantur harmatii, adeo inflammatus est vt simul cum armis exurgens manus iniecerit in proxime assidentes.

[H]

LVNAE RADIIS NON MATVRESCIT BOTRVS

3673

895 Plutarchus hunc Ionis senarium ceu prouerbialem adfert, disserens quod luna, quoniam radios habet imbecilliores quam sol, excitare possit humores, concoquere non possit:

Μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς, id est
Neque enim his niger maturus efficitur botrus.

900 Conuenit in eos qui conantur quod ob defectum virium non queunt perficere. Refert idem in commentario De facie apparente in orbe lunae. Accedet plus
 LB III6 velneris, si volentes significare disciplinas humanas non praestare felicitatem, dicamus: Μέλας γὰρ αὐταῖς οὐ πεπαίνεται βότρυς. In αὐταῖς subaudiendum est ἀκτῖσιν, id est *radiis*.

[H]

CALLIAE DEFLVUNT PENNAE

3674

905 Callias apud Graecos quispiam fuit qui per luxum ac libidinem patrimonium abligurierat. In eum vulgaris iocus extitit: Καλλίας πτερορρουεῖ, id est *Calliae defluunt pennae*. Solet enim hoc interdum auibus accidere vel morbo vel certis anni temporibus, quemadmodum et quadrupedibus quibusdam mutantur pili aut villi. Vnde et *deplumati* dicuntur ac *detonsi* qui facultatibus exuti sunt. Hoc
 910 verbum πτερορρουεῖν frequenter per iocum vsurpatur apud Aristophanem in Auibus.

[H]

EN ΠΛΑΤΕΙ

3675

915 Ἐν πλάτει dictum accipiendum interpretantur Graeci, quum paululum ultra praescriptum significant esse concedendum, praesertim in his quae sunt humanitatis. Veluti si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum reddat post-
 920 ridie. Iulianus Pandectarum libro xli., titulo De solutionibus et liberationibus, capite Ratum autem: *Ratum autem dominus habere debet, mox quum primum certior factus est. Sed hoc ἐν πλάτει et cum quodam spatio temporis accipi debet*. Et hunc Iuliani locum citat Vlpianus eodem libro, titulo Rem ratam haberi, capite
 925 Quo enim. Rursus libro decimotertio, titulo De condictione triticaria, capite In hac actione, *Verius est inquit quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum: si vero desierit esse in rebus humanis, mortis tempus, sed etiam ἐν πλάτει secundum Celsum erit spectandum: non enim debet breuissimum vitae tempus aestimari*. Iterum libro xxii., titulo De probationibus, capite penultimo: *Nec hoc quaeritur, num aliquis meminerit quo die aut quo consule factum sit, sed num hoc aliquo pacto probari possit, quando id opus factum sit: et hoc Graeci ἐν πλάτει dicere solent et caetera*. Hactenus Pandectae.

Verum illud ἐν πλάτει non norunt Caletii, qui ad horam vndecimam iussi claudere portas ciuitatis statim ad primum nolae ictum ocludunt repulsis et qui

930 foris stant et qui egredi cupiunt vtrisque portae proximis. Quum denunciatur anathema qui ad diem praescriptum non soluerint, liberantur a fulmine, si ab eo die intra decimum quartum liberarint fidem suam. Haec ad iuris aequitatem pertinent.

894 adfert *H I: om. MS.*

895 excitare *H I: vt excitare MS.*

899 Conuenit *H I: Conueniet MS.*

900 orbe *H I: ex circulo corr. MS.*

900-903 Accedet... radiis *H I: om. MS.*

906 abligurierat *H I: abligurrierat MS.*

908 anni *H I: annis MS.*

913 interpretantur *H I: dicunt MS.*

916 Pandectarum lib. xlvi *I: Pandectarum libro 46. H, lib. pandectarum 46. MS.*

917 prius Ratum autem supplevi: *om. MS H I.*

3673

894 Plut. *Mor.* 658 b-c. Ion, fr. 57 *TrGF* I, p. 112. There is no evidence that the line was proverbial.

900 Plut. *Mor.* 929 a.

3674

905-907 *Callias... pennae* Suid. Καλλιᾶς πτερορροεῖ 215. Schol. on Aristoph. *Au.*, 283 a. - *patrimonium abligurierat* For the expression see Ter. *Eun.* 235 and Apul. *Apol.* 59, 7. 907-908 *Solet... temporibus* See Aristoph. *Au.* 104 ff.

909 *deplumati ac detonsi* Neither word is found in ancient Latin in the sense required here, 'plundered', that is. *Detonsi* may be reminiscent of Tiberius' well-known reply "Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere", by which the emperor rejected a tax proposal; see *Adag.* 2612. (For 'detondere' see W. Kissel's commentary on Persius [Heidelberg, 1990], 3, 54). It is not unlikely that Er. has translated the Dutch phrase "ghepluct en gheschooren" (plucked and fleeced), used of someone who has been robbed; see *Woordenboek der Nederlandsche taal*, XIV, s.v. scheren, 473; not in Suringar). From the absence of signalling words such as 'hodie' or 'apud nostrates' I am inclined to infer that Er. considers to be ancient idiom what is actually a reminiscence of his mother tongue.

910 Aristoph. *Au.* 106 and 284.

3675 The expression is taken from Andrea Alciato, *De verborum significatione*,

918 spatio temporis *H I: spatio temporis ex temporis st [sed st del.] spatio MS.*

920 libro decimotertio *H I: libro 13 add. MS.*

920-921 capite In hac actione *H I: add. MS.*

923-927 Iterum... et caetera *H I: add. MS.*

924 De *H I: add. MS; Nec H I: Neque MS.*

925 sit *H I: ex est corr. MS.*

930 vtrisque portae proximis *H I: vtrique portae proximi MS.*

930-933 Quum... pertinent *H I: om. MS.*

Lyon, 1530, IV, p. 80. The elaboration is Er.' own. For his use of Alciato see the introd., pp. 13-14.

913-915 Ἐν πλάτει ... *humanitatis* 'The Greeks say that a declaration must be taken ἐν πλάτει (in a broad sense) when intimating that one should allow for some delay beyond the established deadline, especially in cases requiring forbearance.' Er.' replacement of "dicunt" (*MS*) with *interpretantur* (*H I*), which may have been prompted by considerations of style (in view of the foregoing *dictum*), does not further at all our understanding of his opening words.

916 *Dig.* XLVI, 3, 13 (917 habere dominus; mox *om.*).

919 *Dig.* XLVI, 8, 12 (Ratam rem).

920 *Dig.* XIII, 3, 3 (triticaria; 922 etiam *om.*; 923 novissimum).

924 *Dig.* XXII, 3, 28 (necne... non hoc quaeritur; 925 aliquo modo pacto; 926 hoc ita, quod Graece dici solet ἐν πλάτει: Graeci dici solent v.l.).

928-930 *Caletii... proximis* Er. would know, since he passed Calais on his trips to and from England, crossing the Channel between Calais and Dover. He usually stopped at the nearby castle of Hammes to visit its commander, Lord Mountjoy. See the head-notes to Epp. 193, 294-296, 470, 577, 1106 in *The Correspondence of Er.*, *CWE* II, IV, VII.

930 *vtrisque portae proximis* 'Even though both groups are right by the city gate.'

[H]

PER SATYRAM

3676

- 935 Variarum rerum mixturam sparsim nulloque ordine congestarum veteres *satyram* appellabant. Apparet vocem primum deductam a lasciuia satyrorum temere nunc huc nunc illuc salientium. Hinc deflexa est ad cibi genus quod ex diuersis herbarum formis conflatum est, praeterea ad lancem variis rerum generibus onustam, quae sic diis offerebatur, non dissimilis illi poculo quod Graeci πενταπλόον a
- 940 quintuplici rerum differentia siue κέρνος a mixtura vocabant, de quo nobis supra dictum est. Festus ait *saturam* siue *satyram* dici cibum variis rerum generibus conditum aut legem aliis multis confertam legibus, itaque in sanctione legum ascribi solere: *Neue per satyram derogato aut abrogato*, quum significant totam legem esse seruandam. Citat Annium Luscum ex oratione quam habuit aduersus
- 945 Tyberium Gracchum: *Imperium quod plebs per satyram dederat, id abrogatum est*. Citat et C. Lelium ex ea quam pro se dixit: *Postero die, quasi per satyram legem sententiis exquisitis in deditioem accipitur*. ‘Legem *satyram*’ interpretantur quae eadem multas res complectitur, quemadmodum Iugurtha acceptus est in deditioem, sed multis praescriptis conditionibus: vt triginta daret elephantos, pecus
- 950 atque equos multos, cum magno argenti pondere. Vsus est hoc adagio Iustinianus in praefatione Pandectarum: *Et primo quidem*, inquit, *anno hoc opus tradebatur legentibus non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim et quasi per satyram collectum et vtile cum inutilibus permixtum, maxima autem parte inutilibus deputata*. Itidem Salustius in Bello Iugurthino: *Quasi per satyram sententiis exquisitis in deditioem accipitur*. Haec Salustius dicit de Iugurtha, nec sunt in cuiusquam oratione, nec ibi quisquam aderat Lelius; vnde necesse est locum apud Festum esse mutilum. Verba Lelii sunt ommissa simul cum nomenclatura Salustii.
- LB 1117
955

[H]

NE PRAECEPTUM FVERIS AD IURANDUM

3677

- 960 Nonnullis haud vulgariter eruditis videtur et hoc adagiis annumerandum quod refert Ulpianus libro Pandectarum xii., capite xiii., titulo De iureiurando, circa finem. *Si quis*, inquit, *iurauerit in re pecuniaria per genium principis dare se non oportere, vel intra certum tempus, et peierauerit vel si dare oportere, vel intra certum tempus iurauerit se soluturum nec soluerit: imperator noster cum patre rescripsit fustibus castigatum dimittere et ita ei superindici*: Προπετῶς μὴ ὄμνυε, id est *Ne fueris ad iurandum praeceptus!*
- 965

Habebit prouerbii speciem, si quis hominem post acceptum malum admoneat: Προπετῶς μὴ ὄμνυε.

[H]

EX SYNGRAPHA AGERE

3678

- 970 Sunt et illae formae a iurisconsultis ductae versae in prouerbium: *ex syngrapha agere, ob signatis tabulis agere* pro eo quod est: rigide parumque ciuilliter, sed velut ex obligatione. Cicero Pro Murena: *Pergitise vos tanquam ex syngrapha agere cum*

populo? 'Syngrapha' Latinis sonat *conscriptio*nem, quod vtriusque manu conscripta vtriusque partibus tradi solet. Et in hoc syngraphae differunt a tabulis, quod tabulae ab vna parte tantum seruari consueuerint. A chirographo, tabulis, 975 codicillis differt syngrapha, quod in illis non scribantur nisi acta, in hac etiam contra fidem actionis pactio venit, et non numerata pecunia aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Ita propemodum Asconius Pedianus in Verrinarum tertiam.

[H]

INIVRIA SOLVIT AMOREM

3679

980 In Graecorum epigrammatibus prouerbii titulo citatur Ὑβρις ἔρωτας ἔλυσε, id est *Iniuria* siue *Contumelia soluit amores*, quod contemptus amor plerunque vertitur in iram, ira in odium. Sic in comoedia Phaedria:

Exclusit; reuocat: redeam? Non si me obsecret.

Item Horatius:

935 sparsim... congestarum *H I: om. MS.*941-950 Festus... pondere *H I: om. MS.*951 inquit *H I: om. MS.*953 permixtum *MS H: pexmixtum I.*955 accipitur *H I: accipitur. Nam in senatu rogabantur ordine MS.*955-957 Haec... Salustii *H I: om. MS.*959 haud vulgariter *H I: om. MS.*962 prius vel intra certum tempus *H I: om. MS.*969 iurisconsultis *H I: Iureconsultis MS.*971 Murena *H I: L. Murena MS.*972-978 Syngrapha Latinis... tertiam *H I: om. MS.*982 ira *H I: add. MS.*3676 See Alciato, *De verb. sign.* IV, p. 79.

The elaboration is Er.' own.

935 Fest. p. 416 Lindsay.

936-939 *deductam... offerebatur* After Diom. III, Keil, *Gr. Lat.* I, p. 485, ll. 34 ff.940 κέρνος a *mixtura* Er. derives κέρνος from κεράννυμι (mix).*supra Adag.* 3576 (Πενταπλόξ).

941 Fest. loc. cit. (943 abrogato aut derogato).

943-944 *quum... seruandam* Added by Er.948-950 *Iugurtha... pondere* After Sall. *Iug.* 29, 5-6 (950 cum parvo).950-951 Just. praef. *Dig.*, pp. L-LI Mommsen (951 Et primi anni; 951-952 legentibus tradebatur; 953 mixtum; autem *om.*).954 Sall. *Iug.* 29, 5.955-957 *Haec Salustius* etc. Er. points out that the passage in Festus quoted above (ll. 946 f.) is wrongly attributed to C. Lelius. Modern editors of Festus, too, assume the passage to be defective; a number of words must have fallen out.

3677

959 *Nonnullis... eruditus* The reference is toAlciato, *De verb. sign.* IV, p. 79 (and *Dis-punctiones* IV, 2).960 *Dig.* XII, 2, 13 (end) (961-962 non oportere et peieraverit vel dari sibi oportere, vel intra; 963 solvit; 963-964 fustibus eum castigandum; superdici).

3678 Otto 1728.

969-971 Cic. *Mur.* 17, 35. *Tusc.* V, II, 33 (tabellis obsignatis).971 Cic. *Mur.* 17, 35.972-977 'Syngrapha' etc. After Ps. Ascon. on Cic. *Verr.* 2, I, 36, 91 Stangl, pp. 244 f. *Latinis sonat conscriptionem* has been added by Er.975-976 *in hac... venit* Ps. Ascon.: "in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio convenit" (convenit Stangl: *venit* codd.).

978 Ps. Ascon. loc. cit.

3679

980 *Anth. Pal.* V, 256, 3.982 *in comoedia* Ter. *Eun.* 49.984 Hor. *Epod.* 15, 12-16 (985 virist; 988 offensi: *offensae* v.l.).

985 *Nam si quid in Flacco viri est,
Non feret assiduas potiori te dare noctes,
Et quaeret iratus parem,
Nec semel offensae cedit constantia formae,
Si certus intrarit dolor.*

990 In epigrammate queritur amans hoc dictum falso iactari vulgo, quod ipse ab amica exclusus non sine conuicio, quum iurasset se toto anno non rediturum ad illam, postridie diluculo supplex ad eam redierit. Carmen sic habet:

Ἰβρις ἔρωτας ἔλυσε, μάτην ὅδε μῦθος ἀλάται·
Ἰβρις ἔμην ἐρέθει μᾶλλον ἔρωμανίην, id est
995 *Falsum est quod iactant: Iniuria soluit amores,
Morbum quippe meum prouocat illa magis.*

In genere tamen verum est officiis mutuis ali beneuolentiam, iniuriis extingui.

[H]

DISERTE SALTARE

3680

Cornelius Tacitus in Dialogo de oratoribus significat hoc conuicium fuisse vulgo
1000 iactatum in oratores suorum temporum, qui lasciuiua verborum et leuitate sententiarum licentiaque compositionis histrionales modos exprimebant atque adeo laudis et gloriae ingeniique loco iactabant saltari cantarique commentarios suos: *oratores temere dicere, histriones diserte saltare*. Argutia dicti in hoc sita est: oratores histrionice dicebant, quod illis erat indecorum, histriones ad oratorum actionem
5 sese accommodabant; ita factum est vt illi peius dicerent, hi saltarent melius. Histrionum est saltare, oratorum dicere, quod qui perite faciunt disertum vocantur. Iocus autem duo diuersa coniunxit.

[H]

QVOD PVLCHRVM, IDEM AMICVM

3681

Τὸ καλὸν φίλον, id est *Quod pulchrum amicum*. Inter proueria conciliantium
10 amicitiam refertur et hoc apud Platonem in Lyside: Καὶ κινδυνεύει κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν τὸ καλὸν φίλον εἶναι, id est *Ac propemodum apparet iuxta vetus prouerbum quod pulchrum est amicum esse*. Qui commodi gratia amat non amat
LB 1118 vere, sed quod | pulchrum est per se amatur. Vnde Aristoteles percontanti qui fieret vt libentius colloqueremur cum formosis quam cum deformibus, respondit
15 eam percontationem esse caecorum. Nihil autem virtute pulchrius eoque nec amabilius quicquam.

[H]

MORTVO LEONI ET LEPORES INSVLTANT

3682

Extat epigramma Graecum, cuius argumentum sumptum est ex Homericæ Iliados χ, vbi Hectorem ab Achille iam interfectum circumsistunt Graeci mortuo

20 insultantes, nec quisquam erat qui extincto non aliquod vulnus infligeret. Sic enim habet Homerus:

Ἄλλοι δὲ περιδραμον υἷες Ἀχαιῶν,
 Οἱ καὶ θηήσαντο φύην καὶ εἶδος ἀγητὸν
 Ἔκτορος· οὐδ' ἄρα οἷ τις ἀνουτητὶ γε παρέστη, id est
 25 *At reliqui accurrunt Graii cinguntque cadaver*
Hectoris, eximiam speciem formamque stupentes,
Nec tamen astitit exanimi sine vulnere quisquam.

Ac paulo post:

᾿Ως ἄρα τις εἶπεσκε καὶ οὐτήσασκε παραστάς, id est
 30 *Dixerat hoc aliquis, simul et vulnus dedit astans.*

Epigramma sic habet:

Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅτι καὶ αὐτοὶ
 Νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί, id est
 35 *Nunc telis petitote meum post fata cadaver:*
Audet vel lepus exanimi insultare leoni.

Dictum est alias de his qui mordent mortuos, cum laruis luctantur et cum vmbris depugnant.

[H]

LINGVA NON REDARGVTA

3683

40 Plato in Theaeteto: Ἀτάρ, ὡς ἔοικεν, ἐὰν ὅτι ἔστιν, Εὐριπίδειον τι ξυμβήσεται· ἡ μὲν γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος, id est *At, ut videtur,*

1000 suorum *H I: ex suo corr. MS.*

2 suos: oratores *H I: suos, histriones [sed histri-*
ones del.] oratores MS.

6–7 Histrionum... coniunxit *H I: om. MS.*

12–16 Qui... quicquam *H I: om. MS.*

23 Θηήσαντο *MS: θνήσαντος H I; φύην H I: ex*

φύην corr. MS.

27 Nec tamen astitit *H [abstittit I]: Nec stat*
[sed stat del.] tamen adstabat [sed adstabat
del.] astitit MS; astitit scripsi cum MS et H.

30 hoc *I: haec MS H.*

36–37 Dictum... depugnant *H I: om. MS.*

990 epigrammate *Anth. Pal. loc. cit.*

3680

999 Tac. *Dial. or. 26, 2–3* (3 tenere Lipsius:
temere codd.).

3681

9 Plat. *Iys. 216 c.*

10 Plat. loc. cit.

13 Aristot., quoted by Diog. Laert. V, 20. Er.
 has included the same passage in *Apophtib.*
 VII, Aristoteles 21, *LB IV, 339 A*, where he
 notes: "Caecus enim non sentit formae ille-
 cebram, nihilo magis quam colorum gra-

tiam." Cf. *Adag. 793* (Vel caeco appareat).

3682

18 epigramma *Anth. Pal. XVI, 4. Hom. Il.*
XXII, 369–371 and 375.

21 Hom. loc. cit.

31 *Anth. Pal. loc. cit.*

36 alias *Adag. 154* (Iugulare mortuos), 2541
 (Mortui non mordent), 3548 (Σκιαμαχεῖν).

3683

39 Plat. *Theaet. 154 d* (ἐὰν ἀποκρίνη, ὅτι; 40 μὲν
 γὰρ γλῶττα).

si posse responderis, Euripideum quiddam nobis accidet: lingua quidem nobis erit irredarguta, mens autem non erit irredarguta. In eos quadrat qui rationibus conuicti non cedunt tamen, sed tergiuersantur reclamantes aduersus suam ipsorum conscientiam.

45 [H]

PVGNO TENERE

3684

Ἀπριξ ταῖν χεροῖν λαβέσθαι, id est *pugno stringere* dicitur quod ipso contactu sentitur. Sic Plato in Theaeteto: Οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὐ ἂν δύνωνται ἀπριξ ταῖν χεροῖν λαβέσθαι, id est *Qui nihil esse putant quicquid non possint strictim manibus apprehendere.* Loquitur de his qui non existimant quicquam esse in rerum natura praeter res corporeas et sensibus expositas: actiones, generationes et huius generis alia quae intellectu, non sensibus percipiuntur, existimant esse inania vocabula. Talis visus est Platoni Diogenes, qui dicebat se cyathos et mensas videre, cyathitates ac menseitates quas Plato commemorabat, non videre. Sed vicissim audiuit: *Nimirum oculos, quibus cyathi et mensae videntur, habes; mentem, qua cyatheitates ac menseitates cernuntur, non habes.* Tam crassum ingeniorum genus Plato veluti prophanum a philosophiae mysteriis iubet arceri. Verius enim sunt quae non videntur quam quae videntur et certius ea scimus quae ratione colligimus quam quae manibus contrectamus. Sensuum enim iudicium fallax est.

60 [H]

HAVD SOLIDE

3685

Οὐ παγίως, id est *haud firmiter*, Plato in Theaeteto miror quamobrem prouerbii loco retulerit, nisi forte ob metaphoram duriusculam παγίως addidit ὡς φασιν. Agit enim illic Socrates de his quae suapte natura firma non sunt, sed aliis adherentia reciprocis motibus variantur, vt sint aut non sint, velut album et nigrum, agens et patiens. Locus sic habet: Καὶ πάντα τὸν αὐτὸν τρόπον ὑποληπτέον, αὐτὸ μὲν κατ' αὐτὸ μηδὲν εἶναι, ὃ δὴ καὶ τότε ἐλέγομεν, ἐν δὲ πρὸς ἄλληλα ὁμιλίᾳ πάντα γίγνεσθαι καὶ παντοῖα ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἐπεὶ καὶ τὸ ποιοῦν εἶναι τι καὶ τὸ πάσχον αὐτῶν ἐπὶ ἐνὸς νοῆσαι, ὡς φασιν, οὐκ εἶναι παγίως, id est *Atque ad eundem modum de reliquis sentiendum est, vnumquodque per se nihil esse, quod sane et tum dicebamus, sed in mutuo inter se congressu omnia fieri et omnifaria, videlicet a motu. Quandoquidem et agens esse aliquid et patiens, vnumquodque per se intelligere, sicut aiunt 'solide', non possumus.* Aristoteles libro Rhetoricorum ii. ait senes ob rerum experientiam semper addubitare neque quicquam asseuerare, sed omnibus dictis addere ἴσως καὶ τάχα, id est *forte et forsitan*, παγίως δὲ οὐδέν, id est *nihil fixe.* Πάγιον Graecis dicitur quod compactum est, a πήγω, quod est *figo* siue *compingo*; inde παγίως pro *solide* et *certo*. Accidentia quodammodo fluunt, substantia solida est, et eorum quae dicuntur ad aliquid ratio pendet aliunde. Patris enim ratio perit, patri si moriatur filius, quum nihil secius subsistat patris substantia.

80 Quin et Latinis *res soli* dicuntur bona immobilia, et a 'solo' 'solidum' dicitur quod integrum est et compactum. Id Osci *solum* vocant pro *toto*. Iuuenalis:

Nobilitas sola est atque vnica virtus.

85 Sic hanc vocem frequenter vsurpat diuus Hieronymus. Hinc Sextus Pompeius Festus dicta putat *soliferrea* tela quae tota ferrea sunt, et hominem *solertem*, quod
85 omneis arteis calleat, et *solemne* quod omnibus annis fit. Indidem et terram *solum* dicimus, quod fixa sit et compacta, non profluens aeris et aquarum more. Huic contrarium est quod habet M. Tullius libro De finibus secundo: *Quae dici eadem de caeteris virtutibus possent, quarum omnium fundamenta vos in vna voluptate tanquam in aqua ponitis*. Vox a Graecis deducta videtur, ὄλον, et aspiratione versa in
90 s, 'solum'.

42-44 In... conscientiam *H I*: om. *MS*.

46 χερσῶν *H I*: χερσῶν *MS*.

48 χερσῶν *H I*: χερσῶν *MS*; quicquid *H I*: quidquid *MS*.

52 Platoni *H I*: om. *MS*; & *H I*: ac *MS*.

54 & *H I*: ac *MS*.

56-59 Verius... est *H I*: om. *MS*.

61 Theaeteto *H I*: Theaeto *MS*.

62 duriusculam *H I*: add. *MS*.

63 firma *H I*: om. *MS*.

64 aut non sint *H I*: aut non sunt *MS*.

65 Locus sic habet *H I*: om. *MS*.

66 κατ' αὐτό *H I*: καθ'αὐτό *MS*.

69 vnumquodque *H I*: ipsum quidem *MS*.

69-70 et tum *MS*: ego et tu *H I*; videlicet *MS H*: uidelicet *I*.

71 vnumquodque *H I*: de singulis *MS*.

72 solide non possumus *H I*: non esse solide *MS*.

75-90 Πάγιον... solum *H I*: om. *MS*.

3684

46 Plat. *Theaet.* 155 e (τοῦν).

52-55 *Talis... habes* Diog. Laert. VI, 53. See *Apophth.* III, Diogenes 124, *LB* IV, 183 F; there Er. adds the following comment, intended for the scholastic logicians: "sunt et hodie qui forteitatibus [sorteitatibus *ed.*] et ecceitatibus sibi videntur acuti."

56 Plat. loc. cit.

3685

61 Plat. *Theaet.* 157 a.

65 Plat. loc. cit. (66 ἐν δὲ τῇ πρὸς).

69-70 *et tum dicebamus* Plato: καὶ τότε ἐλέγομεν. The error "ego et tu" (*H I*) must have originated from a misreading of "et tū" (*MS*), presumably by Er.' secretary, who may also be held responsible for the addition of "ego".

72 Aristot. *Rhet.* II, 13, 1-2.

75 Πάγιον α πήγω The derivation is correct, even though the form πήγω is not attested; Er. is thinking of πήγω-νυμι.

76-79 *Accidentia... substantia* By this observation Er. intends to clarify the passage from Plato (ll. 65-68). For the concepts *accidentia* and *substantia* see R.J. Deferrari et al., *A Lexicon of St. Thomas Aquinas*, Baltimore, 1948, s.v.

80-90 *Quin et Latinis* etc. Er.' rather confusing argument centers on the words 'solidus', 'solus', and 'solum' (soil). He claims that

these words are cognate. Having defined the literal sense of πάγιος (firm, fixed) as 'solidus' (ll. 61-76), he now argues that these words are equivalent even from an etymological point of view, inasmuch as 'solidus' derives from 'solum' (soil). He owes this etymology to an entry in Festus, in which he incorrectly reads "solum" for "sollum". He then asserts, drawing on the same entry, that the adjective 'solus' (alone) is sometimes used in the sense of 'totus'. He connects this usage with 'solum' (soil, that is, fixed and compact), which in his view derives from ὄλον, the Greek equivalent of 'totum'.

80 '*res soli*' dicuntur bona immobilia *Dig.* VII, 1, 7; XIII, 3, 1; XXIV, 1, 55; XLIII, 16, 1, 32.

81 *Id Osci... toto* Fest. p. 372 Lindsay "sollum (!) Osce totum et solidum significat." *Iuv.* 8, 20.

83 *Sic... Hieronymus* In *Epist.* 14, 2 Er. read "*Solum* pietatis genus est in hac re esse crudelem." In his scholia on Jerome he proposes the correction "Solidum"; see Hier. Opera, Basel, 1524, I, pp. 5-6. I owe this reference to U. Dill.

Fest. p. 372 (84 solliferria; sollers).

85 *solemne... fit* Fest. pp. 384-386 (sollemne).

87 Cic. *Fin.* II, 22, 72 (88 possunt; in voluptate).

[H]

AVT ABI AVT EXVERE!

3686

Plato in Theaeteto significat apud Lacedaemonios hunc fuisse morem, vt in publicis certaminibus neminem cogere ad congressum, sed legem edicebant ἢ ἀπιέναι ἢ ἀποδύνεσθαι, id est *aut abire aut exui*. Graecis autem ἀποδύνεσθαι dicuntur qui se parant certamini, quod campestriati luctarentur olim, caetera nudi. Vnde haec ipsa vox ἀποδύνεσθαι, quoties transfertur ad rem animi, velut ad disputandum aut repugnandum carni, prouerbii vim habet. Ita frequenter vsurpat diuus Chrysostomus ac diuus Basilius. Simile est id quod alibi dicitur *Aut bibat aut abeat*.

100

[H]

CRISONEM HIMERAEM PRAECVRRERE

3687

Prodigiosa celeritas Crisonis videtur locum dedisse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonem in Protagora, rogatus vt institutam cum Protagora disputationem perageret: Βουλοίμην ἂν χαρίζεσθαι σοι, εἴ μου δυνατὰ δέοιο· νῦν δὲ ἐστὶν ὥσπερ ἂν εἰ δέοιό μου Κρίσωνι τῷ Ἱμεραίῳ δρομεῖ ἀκμάζοντι ἔπεσθαι, ἢ τῶν δολιχοδρόμων τῶ ἢ τῶν ἡμεροδρόμων διαθεῖν τε καὶ ἔπεσθαι, id est *Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis meae facultatis esset. Nunc perinde est ac si me roges vt Crisonem Himeraeum, insignem cursorem, sequar aut dolichodromon quempiam aut hemerodromon perpetuo aequem cursu sequarque*. Himera Siciliae ciuitas est, quamquam eiusdem nominis est altera in Africa. Vnde Crison dictus est Himeraeus, celeritate currendi celebris, qualem refert libro septimo Plinius fuisse Philippidem et Canistium Lacedaemonium cumque his Philonidem, Alexandri Magni cursorem. Dolichodromi dicebantur qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebant, hemerodromi qui totum diem a mane vsque ad vesperam citra respirationem currebant. Plinius scribit puerum nouem natum annos a meridie vsque ad vesperam continuasse cursum. Vnde Graeci poetae solem appellant ἡμεροδρόμον, quod singulis diebus cursum suum peragat, quasi vero noctu requiescat in diuersorio Thetidis.

110

115

[H]

CHARADRION IMITANS

3688

Χαραδριὸν μιμούμενος, id est *charadrion imitans*, dici solitum de dissimulante ac rem vilem occultante. Suidas refert hunc senarium scazonem ex Hipponacte:

120

LB 1120

Καὶ μὴν καλύπτει μῶν χαραδριὸν περνᾶς; | id est
Et num charadrion, quaeso, venditor caelat?

Item Aristophanes in Auibus:

125

Ἄλλως ἄρ' οὐπωψ, ὡς ἔοικ', εἰς τὴν λόχμην
 Ἐμβὰς ἐπῶζε χαραδριὸν μιμούμενος, | id est

Alioqui vrpupa, vt videtur, saltum ingressa abdidit sese, charadrion imitans. Quo loco interpres fere cum Suida consentiens narrat huic aui vim inesse medicam, vt

illius aspectu facile sanentur qui laborant ictero siue regio morbo eamque ob causam qui vendunt occultant eam, ne licitator remedium sentiat priusquam emerit. Addit eam auem mutare colorem ad similitudinem eorum quibus admouetur; non deesse tamen qui sentiant non aspectum, sed esum auis habere remedium. Vocem autem distingui accentu, nam si pronuncies vltima acuta χαραδριόν decla-

94, 96 ἀποδύεσθαι *H I*: ἀποδύεσθαι *MS*.
 95 dicuntur *H I*: *om. MS*.
 97–98 Ita... Basilius *H I*: *om. MS*.
 100 Himeræum *H I*: Imeræum *MS*.
 102 institutam *H I*: ex institutas *corr. MS*.
 103 βουλοίμην *MS*: βουλοίμην *H I*.
 108 aequem cursu sequarque *H I*: equare cursu sequique *MS*.

3686

92 Plat. *Theaet.* 169 a–b (94 ἀποδύεσθαι).
 95 *campestriatii* ‘clothed with an apron’; Aug. *Civ.* XIV, 17.
 97–98 *frequenter*... Basilius Chrys. uses ἀποδύ-
 ναι in a metaphorical sense in e.g. *De sacer-*
dotio 3, 10, *SC* 272, p. 180, ll. 198 f.: καθάπερ
 ἰμάτιον τὴν ἡρεμίαν ἀποδύναι; 6, 13, p. 356, ll.
 16 f.: τὸ σῶμα ἀποδύντα. Basil.: e.g. *Hom. de*
gratiarum actione 3, Migne *PG* 31, 224 b: ἐπὶ
 τὸ τῆς εὐσεβείας στάδιον ἀποδύντα. *Regulae*
fusius tractatae, prooem. 2, Migne *PG* 31, 892
 c; *Enarr. in proph. Isaiam*, prooem., Migne
PG 30, 120 b: ἀποδύεσθαι μὲν τὸν παλαιὸν
 ἔνθρονον. See also Lampe, s.v. ἀποδύω.
 98 *alibi Adag.* 947 (Aut bibat aut abeat).

3687

102 Plat. *Prot.* 335 e.
 108–109 *Himera*... *Africa* Steph. Byz. Ἰμέρα.
 110 Plin. *Nat.* VII, 84 (III Anystis: *canistius*
 v.l.).
 112 *Dolichodromi*... *decurrebant* Suid. δόλιχος
 1339.
 113–114 *hemerodromi*... *currebant* Liv. XXXI,
 24, 4.
 114 Plin. *Nat.* VII, 84.
 115 *Graeci*... ἡμεροδρόμον Hesych. ἡμεροδρό-
 μος 468 Latte: ἀλληγορικῶς ὁ ἥλιος.
 116–117 *diuersorio Thetidis* Er. means the
 Ocean; see Hesych. Θέτις 419 Latte: ἡ μήτηρ
 Ἀχιλλέως. καὶ ἡ θάλασσα.

3688 Most materials are taken from
 Brassicanus, *Prou.* 91 (Vita charadrii).

119–122 *Χαραδριὸν* ... *caelat*? The expression,
 its explanation as well as the line of Hip-
 ponax have been taken from the entry
 χαραδριός 90 in Suidas. There χαραδριὸν

109 altera *H I*: *om. MS*.
 111 cumque his *H I*: et *MS*.
 115 Graeci poetae *H I*: greci poaete *MS*.
 123–127 Item... consentiens *H I*: *add. MS*.
 126 charadriion *H I*: charadrium *MS*.
 127 narrat *H I*: ex Narrant *corr. MS*.
 128 siue regio *H I*: *om. MS*.

μιμούμενος is said to be a παροιμία... ἐπὶ
 τῶν ἀποκρυπτομένων. The χαραδριός, a bird
 of uncertain identity according to D.W.
 Thompson (*A Glossary of Greek Birds*,
 Oxford, 1895, pp. 185 f.) and E.R. Dodds
 (see his commentary on Plat. *Gorg.*, 494 b
 6), has been identified as the stone curlew by
 N. Dunbar in her commentary on Aristophanes’
Birds (Oxford, 1995), p. 226. For the
 ancient belief concerning its healing power
 see also J. Huizinga, *Van den vogel charadrius*,
 in: *Verzamelde werken*, I, Haarlem, 1948, pp.
 173–187.

120 Suid. loc. cit., where περνᾶς is the correct
 reading. Er., who takes the final word of the
 line to be a participle, translates *venditor*
 instead of ‘vendis’. Hipponax, fr. 55 Degani,
 fr. 52 West I, pp. 124 f.

123 Aristoph. *Au.* 265 f. (124 οὔποψ; ἔς; 125
 ἐσβάς ἐπῶζε: ἐμβάς ἐπῶζε [ἐπῶζε v.l.]
 schol.). See Dunbar’s commentary ad loc.,
 who proposes *ἐπόπωζε: (the hoopoe) “cried
 hoo-poo”.

126 *abdedit sese* Er.’ interpretation of χαραδριὸν
 μιμούμενος as ‘going into hiding’ is in itself
 correct and in accordance with both Suidas
 and the scholia on Aristophanes. However,
 his translation of ἐπῶζε (‘whooped, cried’, as
 scholium 266 a suggests) as ‘went into hid-
 ing’ is erroneous, even though it is supported
 by one of the scholia (see 266 a, where
 ἐκρύπτετο is given as an alternative explana-
 tion).

127 *interpretes* Schol. on Aristoph. *Au.* 266
 (b–d).

Suid. loc. cit.

rari auem, si penultima acuta *χαράδριον*, diminutiuum a *χάραδρα*, significari voraginem siue terrae hiatus, quod in hunc delabens aqua melodiam quandam reddere videtur. Tantum ex his quae indiligenter a Suida sunt congesta tradere licuit. Meminit huius auis et alias Comicus in eadem fabula:

Ἵδωρ ἐφόρου κατώθεν εἰς τὸν ἀέρα

Oī *χαράδριοι*, id est *Aquam ex imo portabant in aerem charadrii*. Interpres addit aui nomen inditum, quod in voraginibus gaudeat versari. Socrates apud Platonem in Gorgia, quum Callinicen eo pellexisset vt fateretur beatam vitam non esse sitam in copia rerum, sed in perpetuo influxu – nam qui satur est aut non sitit, quoniam nec molestiam sentit nec voluptatem, lapidis more viuit potius quam hominis – ita subiicit: *Χαράδριου τινὰ αὖ σὺ βίον λέγεις, ἀλλ' οὐ νεκροῦ οὐδὲ λίθου: Rursus tu charadrii quandam narras vitam, non mortui lapidisue*. Marsilius vertit *auem*, quum Socrates videatur sentire de voragine, in quam quum perpetuo decurrat aqua, nunquam tamen expletur; nisi forte charadrius auis est de numero voracium, quemadmodum et Iarus, vt hinc nomen inuenerit, a 'charadra' ductum.

[H]

QUANTVM PEDIBVS POTES

3689

Socrates in Gorgia Platonis ita loquitur: *Σωφροσύνην μὲν διωκτέον καὶ ἀσκητέον, ἀκολασίαν δὲ φευκτέον ὡς ἔχει ποδῶν ἕκαστος ἡμῶν*, id est *Temperantiam quidem sectari atque exercere oportet, contra intemperantiam fugere quantum quisque nostrum pedibus valet*.

Id quo longius transfertur a rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quod in corpore sunt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expectimus aliquid aut refugimus.

[H]

VASIS INSTAR

3690

Ἀγγείου δίκην, id est *vasis instar* loqui dicitur qui, quum ob imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita profert. Fons ex se liquorem habet, vas, ni aliunde infuderis, siccum est. Homines autem qui vacant eruditione per aures implentur. Socrates in Phaedro Platonis: *Ὅτι μὲν οὖν παρὰ τε ἑμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ἐννεόησα, εἶ οἶδα, συνειδῶς ἑμαυτῷ ἀμαθείαν. Λείπεται δὴ, οἶμαι, ἐξ ἀλλοτριῶν ποθὲν ναμάτων διὰ τῆς ἀκοῆς πεπληρῶσθαι με, δίκην ἀγγείου*, id est *Nihil horum ex me ipso excogitavi, fateor, imperitiae mihi conscius. Superest igitur, opinor, vt alicunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus, instar vasis*.

[H]

VT LVPVS OVEM

3691

Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, id est *Vt lupus ouem amat* qui sui commodi gratia simulat amorem. Nam is vulgo dicitur amor, quum reuera sit odium. Iuuenis enim quum puellam venatur, vt illi pudicitiam, thesaurum incomparabilem, eripiat, vt pro

LB 1121 honesta fama turpi rumore traducat, vt parentibus, amicis ac bonis omnibus
171 inuisam reddat, denique vt, quod est omnium charissimum, bonam mentem eripiat – quaeso, quid deterius hostis faciat hosti? Socrates citat carmen in Phaedro veluti populari vsu iactatum:

175 Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ' ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί, id est
Vt lupi oues, ita amat puerum vesanus amator.

Maro:

*Torua leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cytisum sequitur lasciuia capella.*

Et Horatius:

180 *Non ego te tigris vt aspera
Getulusue leo frangere persequor.*

133 auem *H I*: autem *MS*.

133 diminutiuum a χάραδρα *H I*: add. *MS*.

135 sunt congesta *H I*: ex congesta sunt corr. *MS*.

136–139 Meminit... versari *H I*: add. *MS*.

137 ἄερα *MS*: ἄερα *H I*.

138 χαραδριοί *scripsi*: χαραδριοί *MS H I*; id est... charadrii *H I*: om. *MS*.

139 in voraginibus *H I*: in charadris hoc est in voraginibus *MS*.

147 et *H I*: est *MS*.

150 μὲν *H I*: δ [*sed δ del.*] μὲν *MS*.

152 exercere *H I*: exercerere *MS*.

154 Id *H I*: ex Hoc corr. *MS*.

155–156 Quod... refugimus *H I*: om. *MS*.

160 infuderis *H I*: ex infunderis corr. *MS*.

162 ἐννενόηκα *H I*: ex ἐννενόηκα corr. *MS*.

171 est *H I*: add. *MS*.

172 citat... Phaedro *H I*: in phaedro citat carmen *MS*.

173 populari *H I*: ex propulari corr. *MS*.

174–181 id est... persequor *H I*: om. *MS*.

133 *penultima* Probably a mistake for 'ante-penultima'. – Et. writes incorrectly χάραδρα (for χαραδρα).

134–135 *quod... videtur* Suidas suggests that the words χαραδριός (a bird) and χαραδρα (mountain-stream) are etymologically related, since both are 'melodious'.

136 Aristoph. *Au.* 1140 f. (137 δ' ἐφόρου; ἐς).

139 Schol. ad loc. (1141).

Socr., quoted by Plat. *Gorg.* 494 b.

140 *Callinicen* Not Callinices, but Callicles.

145 *Marsilius* Ficino translates the passage as follows: "Charadrii avis tu rursus vitam dicis, non autem mortui aut lapidis" (from the Lyon 1557 edition, p. 247 a).

quum Socrates... voragine But Socrates refers to the bird (χαραδριός), which was apparently said to be very greedy, not to a chasm or mountain-stream (χαραδρα); see a scholium ad loc., p. 157 Greene: χαραδριός ἕρως τις ὃς ἄμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει. Hence,

Ficino's translation "charadrii avis" is correct.

147 *inuenerit* The subject is *charadrius*.

larus For this greedy bird see *Adag.* 1133 (*Larus*) and 1948 (*Larus hians*).

148 a '*charadra*' ductum See l. 139.

3689 The same quotation appears also in Brassicanus, *Prov.* 90 (Quantum pedes nostri possunt).

150 Plat. *Gorg.* 507 d.

3690

158 Plat. *Phaedr.* 235 d.

161 Plat. loc. cit. (c–d) (παρά γε; 162 ἀμαθίαν).

3691

167 Plat. *Phaedr.* 241 d.

172 Plat. loc. cit. (174 ἄρνας ἀγαπῶσιν: ἄρνα φιλοῦσιν v.l.). In a scholium ad loc. (p. 78 Greene) the passage is characterized as proverbial.

176 Verg. *Ecl.* II, 63 f.

179 Hor. *Carm.* I, 23, 9 f.

[H]

IN NAVIBVS EDVCATVS

3692

Ἐν νηυσὶν τεθραμμένως, id est *in nauibus educatus*, dicebatur qui rudis esset et alienus a moribus liberalibus sensuque communi. Solet enim fere nauticum
 185 genus suo elemento respondere, quod a ciuiliū hominū commercio submo-
 tum uiuat. Ita Plato in Phaedro: Πῶς οὐκ ἂν οἶεϊ αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ἐν ναυσὶ
 που τεθραμμένων; id est *An non putas illum existimaturum sese audire homines in nauibus alicubi educatos?* Plautus in Cistellaria mores agrestes appellat *maritimos*, imo potius inconstantes, quod mare vicibus aestuariis accedat recedatque. Plauti
 190 verba sic habent: *Ita me Amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat non dat, deludit. Modo quod suasit dissuadet, quod dissuasit id ostentat. Maritumis moribus mecum experitur: ita meum frangit amantem animum.*

[H]

QVOD VTILE HONESTVM

3693

Τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν, τὸ δὲ βλαβερόν αἰσχρόν, id est *Quod utile est honestum est, quod autem noxium turpe*. Hoc Plato De republica quinto refert quasi vulgo iactatum: Κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν, τὸ δὲ βλαβερόν αἰσχρόν, id est *Nam pulcherrime profecto hoc et dicitur et dicitur, quod utile est, id esse honestum, quod noxium, id esse turpe*. Agit enim illic
 200 de foeminis ad omnia masculorum munia pariter vocandis, si modo reperiantur aequae vtilis reipublicae. Vult igitur illarum corpora nudari ciuitatis custodibus et, si videantur habiles, vna cum masculis publicitus exerceri. Vehementer autem contemnit illos qui rideant nudata foeminarum corpora modo ob reipublicae commodum. Dubitat et M. Tullius an turpe sit viro bono nudum saltare in foro,
 205 si liceat eiusmodi saltatione seruare rempublicam. Sed hominum vulgus inuertit sententiam, honestum esse quicquid est vtile, quum philosophis nihil sit vtile nisi quod honestum est.

[I]

MAGIS QVAM SOL HERACLITI

3694

Qui sine spe reparationis deficiunt, eos Socrates apud Platonem De republica libro vi. μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου ἀποσβέννυσθαι, hoc est *magis ipso Heracliti sole extingui* dixit. Agit illic de senibus, qui ad perdiscendas philosophiae difficultates idonei non sunt, in adolescentia defatigati. Heraclitus enim existimauit solem scaphae speciem habere eiusque lumen deficere, quoties cauum ad superiora vertitur, sed rursus fieri lucidum, postquam inuertitur. Non dissimile somnium de sole prodidit Xenophanes, qui putauit eum in occasu perire, sed exortu nouum fieri solem. At senes nunquam renouantur ad vigorem iuuenilem. Huc alluisse videtur Horatius in Odis:
 215

*Damna tamen celeres reparant coelestia lunae:
 Nos ubi decidimus et caetera.*

220 [H] COENVM BARBARICVM 3695

Βόρβορος βαρβαρικός, id est *coenum barbaricum*, pro vehementi stupore mentis apud Platonem libro De republica ii. ponitur. Laudat enim illic dialecticam, quae sola mentem ignorantiae immersam erigit attollitque a vulgaribus opinionibus ad solidam veri cognitionem. Καὶ τῷ ὄντι, inquit, ἐν βορβόρω βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἡρέμα ἔλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, id est *Ac re vera barbarico quodam coeno demersum animi oculum paulatim trahit subuehitque sursum.* 'Barbarus' a 'borboro' per contemptum dictum videtur.]

LB II22 [H] NON E QUERCV AVT SAXO 3696

230 Οὐκ ἐκ δρυὸς ἢ ἐκ πέτρας, id est *non e quercu saxoue*, quum significamus non constare materia externa, sed ex animi virtutibus. Veluti vulgus 'ciuitatem' appel-

184 sensuque communi *H I: add. MS.*

186 ναυσί *H I: ναίτης MS.*

188-193 Plautus... animum *H I: om. MS.*

196 quasi vulgo *H I: quasi vox [sed vox del.]*
vulgo *MS.*

205 si *H I: ex modo si corr. MS.*

205-207 Sed... est *H I: om. MS.*

208-219 Magis... et caetera *I: Extinguitur magis quam Heracliti sol. σβέννυται μᾶλλον τοῦ ἡρακλειτείου ἡλίου, id est extinguitur magis quam sol Heracliti. Apparet Heraclitum scripsisse solem quum occidit, Oceanoque mergitur, non aliter quam ignem extingui, sed eundem sub exortum redacendi. Plato libro de republica 6. disputans*

eos qui primos annos externis negotiis contriuerunt, vbi iam senes sese ad disserendi philosophiaeque studium contulerunt, frigere plerosque, frustra que niti. ἀποσβέννυνται inquit, πολὺ μᾶλλον τοῦ ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὔθις οὐκ ἐξάπτονται, id est hoc magis extinguntur quam Heracliti sol, quod non redaccenduntur *MS H. Adiunxit H verba haec: Ab occasu solis expectatur exortus, a senectute non est reditus ad iuuentutem.*

223 ignorantiae *H I: ceno ignorantiae MS.*

225 κατορωρυγμένον *H I: κατ- ex καρ- corr. MS.*

227 Barbarus... videtur *H I: om. MS.*

3692 After Brassicanus, *Prou.* 115 (In navibus nutritus).

183 Plat. *Phaedr.* 243 c.

186 Plat. loc. cit. (αὐτὸν; ναύταις).

188 Plaut. *Cist.* 215 ff. This fragment of a canticum is printed as prose in *H* and *I*. It is also quoted in *Adag.* 3529 (Maritimi mores), ll. 372-376; see n. ad loc.

189 mare... recedatque See *Adag.* 2569 (Fortuna aestuaria), *ASD* II, 6, p. 376, ll. 665 f. "Quemadmodum autem mare habet accessus ac recessus aestuarios, ita nihil est in rebus humanis perpetuum."

3693

195 Plat. *Rep.* V, 6, 457 b.

204 Cic. *Off.* III, 24, 93.

3694

209 Plat. *Rep.* VI, 11, 498 a ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ ἡρακλειτείου ἡλίου.

212-216 Heraclitus... fieri solem After a

scholium ad loc., pp. 240 f. Greene. See also Heracl., pp. 267 ff. Kirk.

215 Xenophanes See fr. 41 Diels I, p. 125.

217 Hor. *Carm.* IV, 7, 13 f.

3695

221 Plat. *Rep.* VII (!), 14, 533 d, also quoted in *Adag.* 1020 (Barbarus ex triuio).

3696

229 Plat. *Rep.* VIII, 2, 544 d.

230-233 vulgus... consensus Ordinary people, when using 'ciuitas' and 'ecclesia', have outward, material structures in mind, buildings that is, whereas in fact they ought to be aware of the true meanings of these words, namely, 'community based on the moral qualities of its members' and 'the consensus of all Christian believers'. Er' censure is to be understood in a moral sense and not as a linguistic observation. It is the theologian speaking here, not the grammarian. Er. him-

lat muros ac domos e lapidibus lignisque constructas, ‘ecclesiam’ appellat structuram simili materia congestam, quum re vera ciuitas constet hominum moribus et ecclesia sit animorum in vera religione consensus. Plato libro De republica viii.: Ἡ οἶει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ’ οὐχὶ ἐκ τῶν ἡθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν; id est *An existimas e quercu qualibet aut e saxo respublikas fieri ac non potius ex moribus eorum qui in ciuitatibus versantur?*

[H]

PSALLIUM INIICERE

3697

Ψάλλιον ἐμβάλλειν, id est *psallium iniicere*, dicuntur qui ferocientem animum moderamine quopiam premunt. Metaphora sumpta ab equis animosioribus. 240 Plato libro De legibus iii.: Ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι σπαργώσαν καὶ θυμουμένην ἀρχὴν ὄρων, οἷον ψάλλιον ἐνέβαλεν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, id est *At tertius vobis seruator luxuriantem etiamnum frementemque conspiciens principatum veluti psallium illi iniicit ephorum potentiam*. De Lacedaemoniorum republica loquitur, in qua quinque ephori sunt instituti ad temperandam regiam potentiam. 245 Psallium autem est circulus qui freno additur, vnde et pro *freno* ponitur interdum. Nisi forte allusit ad bubalos, qui circulo ferreo naribus iniecto circumaguntur, vnde prouerbium *naribus trahere*, quod alio dictum est loco.

[H]

PRINCIPIVM, MEDIVM, FINIS

3698

Plato libro De legibus quarto refert hoc quasi vulgo decantatum, deum vniuersitatem rerum omnium complecti, hoc est principium, medium et finem. Ab illo enim omnium quae sunt initium, incrementum et summa. ‘Ἄνδρες’ τοίνυν φῶμεν πρὸς αὐτούς, ‘ὁ μὲν δὲ θεός, ὡσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων, εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος’, id est *Sic igitur illis loquamur: Deus quidem, o viri, quemadmodum et vetere prouerbio dicitur, omnium quae sunt principium, finem ac medium continens, rectum peragit cursum, secundum naturam circumiens.*’ 255

[H]

ORPHICA VITA

3699

Ὀρφικὸν βίον, id est *Orphicam vitam*, Plato libro De legibus sexto dixit vitam innoxiam et a luxu sanguinolentisque dapibus puram. Huiusmodi siquidem vitae rationem Orpheus instituisse videtur, vt non solum sanguine pecudum non inquinarent aras deorum, verum ne vesci quidem vliius animantis carnibus sustinerent, sed libis ac frugibus melle conspersis sacra facerent nec aliis ipsi vescerentur. Platonis verba sunt haec: Ἄλλ’ Ὀρφικοί τινες λεγόμενοι βίοι ἐγένοντο ὑμῶν τοῖς τότε, id est *Sed Orphica quaedam, vt dicitur, vita tum erat vestris illo seculo.* 260 Videtur Orpheus hoc conatus apud Thraces quod Pythagoras tentauit apud Ionios, Numa apud Romanos.

[H]

CANDIDVS SERMO

3700

Λευκός λόγος Graecis dicitur oratio dilucida perspicuaque, a colore qui inter caeteros plurimum habet lucis. Vnde λευκότερον εἰπεῖν dicuntur qui clarius efferunt quod sentiunt, hoc est σαφέστερον, et λευκή φωνή dicitur quae facile penetrat aures auditorum. Huiusmodi metaphorae sunt quae sumuntur e propinquo, ut quum 'sentire' dicuntur aut 'videre' qui rem intelligunt, 'tenere' qui meminerunt, 'odorari' qui suspicantur, 'caecutire' qui errant. E proximo ducuntur, quum quod oculorum est transfertur ad aures, velut hoc.

- 231 lapidibus lignisque *H I*: lignis lapidibusque *MS*.
 233 vera *H I*: *add. MS*.
 234 ἢ ἐκ πέτρας *H I*: *add. MS*.
 241 οἶον *H I*: *add. MS*; ἐνέβαλλον *H I*: ἐνέβαλλον *MS*.
 247 vnde ... loco *H I*: *om. MS*.
 250 medium & *H I*: medium ac *MS*.

- 254 loquamur: Deus *H I*: loquamur, viri [*sed viri del.*] Deus *MS*.
 263 Platonis... haec *H I*: *om. MS*; Ἄλλ' *H I*: Ἄλλὰ *MS*; ἐγένοντο *H I*: ἐγένοντο *MS*.
 264 vestris *H I*: nostris *MS*.
 265-266 Videtur... Romanos *H I*: *om. MS*.
 270 hoc est σαφέστερον *H I*: *add. MS*.
 271-274 Huiusmodi... hoc *H I*: *om. MS*.

self frequently uses 'ciuitas' in the material sense of 'town', e.g. *Adag.* 3675 ('Ἐν πλάτει), p. 112, l. 929; 3860 (*Vsurae nauticae*), p. 208, l. 663; *Epp.* 1603, l. 15; 2728, l. 8. He gives the original meaning of 'ecclesia' (assembly) at the beginning of his *Ecclesiastes*, where he defines it as "concio, hoc est, populus euocatus ad audiendum de reipublicae negociis". He sometimes uses it to denote the mystical body of Christ ("coelesti corpore, quod est ecclesia", *Adag.* 2201 (*Silenei Alcibiadis*), *ASD* II, 5, p. 183, ll. 480 f.) or the consensus of all Christian believers (see the passages quoted by J.B. Paynes, *Er.: His Theology of the Sacraments*, Peoria, Ill., 1970, pp. 31-33). He does not condemn categorically its use in the sense of 'church'. In fact, it is so used by such authors as Origen, Chrysostomus, Cyprian, Lactantius, and Augustine (see Lampe, s.v., N; A. Blaise, *Dictionnaire latin-français des auteurs chrétiens*, s.v., 7; Blaise, *Lexicon Latinitatis Medii Aevi*, s.v.).

- 233 Plat. loc. cit. Plato alludes to Hom. *Od.* XIX, 163; see *Adag.* 787 (*Ex quercubus* etc.).
 3697
 238 Plat. *Leg.* III, 692 a.
 240 Plat. loc. cit. (241 τὴν ἀρχὴν; ψάλλιον). *Er.* has included the same passage in *Adag.* 1701 (*Seruatori tertius*), *ASD* II, 4, p. 151, ll. 13 ff.
 245 *pro freno* See Hesych. ψάλλιον 43 Schmidt: χαλινός.
 247 *alio... loco Adag.* 1019 (*Naribus trahere*).

- 3698
 249 Plat. *Leg.* IV, 715 e-716 a (252 ὡσπερ καὶ: ὡσπερ v.l.; 253 εὐθεία: εὐθεῖαν v.l.).
 3699
 258 Plat. *Leg.* VI, 782 c.
 260-263 *non solum... vincerentur* After Plat. loc. cit.
 263 Plat. loc. cit. (ἐγένοντο ἡμῶν).
 265-266 *quod Pythagoras* etc. See e.g. *Ov. Met.* XV, where Pythagoras' speech on vegetarianism and the migration of souls (75 ff.) is followed by a reference to King Numa (481).

- 3700
 268 In *Eccles.* II, *ASD* V, 4, p. 256, ll. 230 f. *Er.* asserts likewise that λόγος λευκός was a set phrase denoting an "orationem claram et euidentem". However, it is not attested in ancient literature. The nearest parallel is τὴν τε τοῦ λόγου λευκότητα in Athan. *De sententia Dionysii* 24, Migne *PG* 25, 516 C.
 269 λευκότερον εἰπεῖν Athan. *De decr. Nicaenae synodi* 19, Migne *PG* 25, 449 A and C; 452 B; see also *Epist. ad Afros episc.* 5 and *Or. quarta contra Arianos* 21, Migne *PG* 26, 1037 C and 500 B. Eusebius, too, frequently (22 times) uses λευκότερον in the sense 'more clearly, plainly', e.g. *Praep. evang.* XI, 14, 4 and 10, *SC* 292; *Demonstr. evang.* III, 2, 48; IV, 15, 58; V, 3, 12; *Comm. in Ps.*, Migne *PG* 23, 192 C, 384 B, 548 A, 593 C, 649 D.
 270-271 λευκή... auditorum Suid. λευκόν 332.
 271-274 *Huiusmodi metaphorae* etc. See *Adag.* 581 (*Odorari ac similes aliquot metaphorae*).

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA OCTAVA

[H]

AMBRONES

3701

Ambrones olim vulgo dicebantur qui rapto malisque artibus viuerent. Originem indicat Festus Pompeius admonens eam fuisse Galliarum gentem, quam quum
 5 mare inundans finibus suis depulisset, per aliena oberrantes rapinis ac praedatio-
 LB II23 nibus se suosque alere coeperunt. Manus erat formidabilis non | numero tantum
 – dicuntur enim fuisse triginta milia –, verumetiam tum animorum ferocia, tum
 ratione pugnandi. Siquidem conferti rhythmis et concentu quodam in hostem
 ferebantur, subinde intonantes: Ambrones! Ambrones!, siue vt hac voce suos in
 10 vnum conuocarent, siue vt hostibus terrorem incuterent. Ab his victi fuerant
 Romani duces Manlius et Cepio, sed primum a Liguribus fracti sunt, mox a C.
 Mario prostrati, tandem ad Aquas Sextias vna cum Cimbris ac Teutonibus delati
 sunt. Ita ferme Iulius Florus in epitoma libri lxxviii. et Plutarchus in vita C. Marii.
 Simili modo Cilicis vocabulum abiit in conuicium rapacitatis ac praedationis.

15

[H]

VINARIA ANGINA

3702

De ἀργυράγχη, id est *angina argentaria*, quae multis praeter Demosthenem
 vocem intercipit, iam antea diximus. At Festus Pompeius indicat ioco iactatum in

4 admonens *H I*: indicans *MS*.

5 finibus *H I*: *om. MS*; aliena *H I*: alienas *MS*.

8 rhythmis *H I*: rithmis *MS*.

11 Liguribus *H I*: Lyguribus *MS*.

14 abiit *H I*: *ex abigit corr. MS*.

15–29 *Formam adagii breuem exhibet MS in f. 109 (54)^v: Angina vinaria. De Cynanche argentaria ante dictum est. Sed prouerbiali*

ioco dicebatur angina vinaria, qua [*ex quum corr.*] homines vino praefocantur. Meminit Pompeius festus. Hoc morbi genus complures infestat apud germanos. *Versionem auctiorem exhibet MS in f. 129 (11)^v.*

16 ἀργυράγχη, id est *H I*: *om. MS*; praeter Demosthenem *H I*: *om. MS*.

17 ioco *H I*: vulgari ioco *MS*; in *H I*: *om. MS*.

3701 The basic materials are taken from Brassicanus, *Prou.* 32 (Ambrones).

3 Fest. pp. 15 f. Lindsay.

6–13 *Manus... delati sunt* After Plut. *Mar.* 19, 2 and Liv. *Periochae* LXVIII, 2 f. For Florus see *Adag.* 3548, p. 49, n.l. 620.

14 *Cilicis* etc. See *Adag.* 2125 (Cilicium exitium).

3702

17 *antea Adag.* 619 (Argentanginam patitur). Fest. p. 25 Lindsay.

eos qui vino praefocantur, laborare *vinaria angina*, quam οὐνάγχην possis dicere. Ipse noui Romae quendam haud vulgariter eruditum qui hac angina serio periit.
 20 Hermicus appellabatur, natione Lusitanus. Correptus erat febricula vir corpore supra modum obeso et ob id spirituosus. Decumbentem inuisit Christophorus Fischerus, patria Anglus. ‘Vin tu’ inquit ‘Hermice, auscultare medicis meras nugas praescribentibus? Bono vino rectius proluetur hoc malum’ simulque iussit adferri vinum Corsicum quadrimum. Propinauit aegroto, iubens bono esse
 25 animo. Ille persuasus hausit affatim ac mox intercluso spiritu coepit animam agere.

Quosdam ebrietas e taciturnis reddit loquacissimos, quosdam contra tam mutos quam vllus est piscis, citra valetudinis periculum. Vtinam haec οὐνάγχη minus frequens esset apud Germanos!

30 [H] TITIVILLITIVM 3703

Titivillitium vox erat olim nullam quidem rem certam declarans, sed velut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis est apud Graecos πεπαλό. Plautus citante Festo Pompeio:

Non ego isthuc verbum emptitem titivillitio.

35 Locus autem est in Cassina. Similis vox est apud eundem Festum *buttubata*, qua tamen vsus sit Neuius pro nugatoriis nihilique rebus. Nonius autem putat *pipolo* conuicii fuisse vocem. Plautus in Aulularia:

*Ita me bene amet Lauerna, iam nisi vasa reddi
 Iubes, pipolo hic differam ante aedes.*

40 [H] NIHIL POTEST NEC ADDI NEC ADIMI 3704

De perfectis operibus ita vulgo dici solitum indicat Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum secundo: “Ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, ὅτι οὐκ ἀφελεῖν ἔστιν οὔτε προσθεῖναι, id est *Vnde de operibus quae bene habent ita solent praedicare: Nec adimere possis nec addere.* Nam vt bene sit aliquid praestat mediocritas, tollit excessus aut defectus. Excessum inducit qui addit, defectum qui adimit. De Lucillio scripsit Horatius:

Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.

De Demosthene ac Cicerone dictum est illi nihil posse demi, huic nihil posse addi.

50 [H] VIRTVS SIMPLEX 3705

Dubitari possit vtrum versus sit vulgo iactatus quem vt omnibus notissimum citra nomenclaturam retulerit Ethicorum ii. Aristoteles, an imprudenti exciderit

versus pentameter. Disserens enim e sententia Pythagorae, errorem esse infinitum, virtutem finitam, quemadmodum in nemore mille modis aberratur a recta
 55 via, quum ea sit vnica, eoque vicium esse in procliui, virtutem in arduo, quemadmodum facile est a scopo aberrare, sed scopum attingere difficile est, subiungit:

Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἀπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί, id est
Est simplex virtus, omnigenum vicium.

[H]

EXTRA FVMVM ET VNDAM

3706

60 Aristoteles eodem libro refert versum Homericum vt vulgo decantatum:

Ἵς τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
 Nῆα, | id est
A fumo nauim simul atque a fluctibus arce.

LB II24

18 quam... dicere *H I: om. MS.*

19 serio *H I: om. MS.*

21 et ob id spirituosus *I [spiritosus H]: om. MS.*

28-29 Vtinam... Germanos *H I: om. MS.*

30, 31 Tituillitium *H I: ex Tituilitium corr. MS.*

34 ego *H I: add. MS;* emptitem *H I: empsitem MS.*

18 *quam* οὐνάγγην *possis dicere* Added by Er.; οὐνάγγη is a playful invention, inspired by "angina vinaria" (Fest.), after the analogy of οὐνάγγη and ἀργυράγγη (on which see *Adag.* 619).

20 *Hermicus* Henrique Caiado from Lisbon; he died in Rome, 1509. See *Contemporaries* I, s.v.

21 *spirituosus* I.e. 'short of breath'. A non-classical word, which is not attested in any dictionary of medieval Latin either. Er. uses it also in *Eccles.* I, *ASD* V, 4, p. 68, l. 676. He uses the form "spiritosus" in Ep. 957, l. 16; *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 46, l. 63; p. 88, l. 477; *De ciuil.*, *LB* I, 1034 C.

27-28 *tam mutos... piscis* The expression, taken from Lucian, is the subject of *Adag.* 429 (Magis mutus quam pisces).

3703 See *Adag.* 708 (Vitiosa nuce non emam).

31 Fest. p. 504 Lindsay (tittibilicium).

32 πεπαλό Er. gives this word, which is not attested, as πιπολό in *Adag.* 708.

Plaut. *Cas.* 347, quoted by Fest. p. 504 Lind-

35 Locus... Cassina *H I: om. MS;* buttubata *H I: Buttubuta MS.*

36-39 Nonius... aedes *H I: om. MS.*

46-49 De Lucillio... addi *H I: om. MS.*

52 Ethicorum ii. *I: ibidem MS H.*

53 versus pentameter *H I: metrum pentametrum MS.*

57 παντοδαπῶς *H I: ex παντοδαπῶς corr. MS.*

63 *alt. a H I: om. MS.*

say (34 istud verbum empsi cum tittibilicio).

35-36 *apud... rebus* Fest. p. 32 (Buttubatta).

36 Non. p. 222 Lindsay (pipulo).

37 Plaut. *Aul.* 445 f., quoted by Non. loc. cit. (38-39 Te iam, nisi reddi mihi vasa iubes, pipulo te; aedis).

3704

41 Aristot. *Eth. Nic.* II, 6, 9 (42 οὔτ').

46 Hor. *Serm.* I, 4, 11.

48-49 *De Demosthene* etc. Quint. *Inst.* X, 1, 106 "illic nihil detrahi potest, hic nihil adici" (*illi... huic* v.l.).

3705

52 Aristot. *Eth. Nic.* II, 6, 14.

54-55 *quemadmodum... arduo* Added by Er.

55 *virtutem in arduo* Cf. Ov. *Pont.* II, 2, 113; Otto 161; *Nachträge zu Otto*, p. 43.

57 Ἐσθλοὶ etc. The source of the verse is unknown.

3706

60 Aristot. *Eth. Nic.* II, 9, 3. Hom. *Od.* XII, 219. Er. read ὡς (for ὡς?) τοῦ (l. 61) instead of τοῦτου.

65 Aristoteles indicat esse verba Calypsus adhortantis Vlysem vt neque nimium litori vicinus nauiget, fumum sequutus, neque se profundo credat pelago, sed in medio secet viam, quod ibi periculum sit a saxis et vadis, hic ab vndis. Argropylyus autem interpres ea verba tribuit Circe, quid sequutus nescio.

[H]

COMMVNIS TANQVAM SISAPO

3707

Prouerbiali schemate sine controuersia dictum est. M. Tullius Philippica secunda:
 70 *Domum dico? Quid erat in terris vbi in tuo pedem poneres praeter vnum Misenum, quod cum sociis tanquam Sisaponem tenebas?* Sensit Antonium Misenum non habuisse vt veram possessionem, sed vt venam redemptam ad quaestum. Plinius libro xxxiii., capite vii. docet minium, quod Graeci *μύλτον* appellant, nonnulli cinnabar, apud priscos non tantum summo in precio, sed etiam in magna reli-
 75 gione fuisse. Nam festis diebus simulachra deorum minio oblinebantur, quemadmodum et triumphantes, quod tamen Galba senex in se fieri passus non est, vt refert Cornelius Tacitus. Sisapo autem Beticae oppidum est, olim Romanis vectigale, venas habens miniarias. Neque enim temere Romam aliunde minium aduehebatur. Negat autem Plinius vllius rei Romanis fuisse diligentiore custodiam.
 80 Neque enim ibi fas erat perfici minium excoquique vbi nascebatur: vena signata, ad dena milia fere pondo annua, Romae lauabatur. In vendendo lex praescribebat precii modum, ne in immensum excederet. Sed multis modis adulterabatur, *vnde*, inquit, *praeda societati*. Et mox de minio adulterino: *Hoc ergo adulteratur in officinis sociorum*. Ex his liquet eam regionem in multos socios fuisse diuisam, quem-
 85 admodum et hodie metalla argentaria aurariaue iuxta certos tractus a redemptoribus occupantur.

[H]

QVANTA VIX COELO CAPI POSSIT

3708

Hac hyperbola M. Tullius Philippica secunda famae celebritatem expressit, de his loquens qui C. Iulium tyrannidem affectantem occiderunt: *Praesertim quum illi*
 90 *eam gloriam consequuti sint quae vix coelo capi posse videatur*. Vergilius:

Imperium terris, sed famam terminat astris.

At Maro Daphnidem facit et vltra sidera notum. Et Horatius:

Sublimi feriam vertice sydera.

Apud M. Tullium frequenter obuium est *in coelum* laudibus *ferre*.

95 [H]

MODO PALLIATVS, MODO TOGATVS

3709

In hominem inconstantem ac lubricae fidei diuersarumque partium eleganter torquebitur. Veluti si quis subinde mutato vitae genere nunc cidarim gestet theologiam, nunc cum paludamento militari incedat. M. Tullius Philippica quinta:

100 *Accipietne excusationem is qui quaestioni praeerit Graeci iudicis, modo palliati, modo togati?* Pallium Graecorum est, vt toga Romanorum. Vtraque tamen vestis pacis est, quemadmodum saga sunt belli.

[H]

AD SAGA

3710

105 Sagum tunica erat militaris. M. Tullius non sine specie prouerbii aliquoties dicit *ad saga iri* pro eo quod est 'apparari bellum' et 'ad arma procurrere'. Ita Philippica sexta: *Properent, quod video facturos; vos saga parate. Est enim ita decretum vt, si ille auctoritati senatus non paruisset, ad saga iretur.* Rursus in eadem: *Iustitium edici, saga sumi dixi placere.* Et superius in quinta: *Iustitium indici, saga sumi dico oportere.* Post in septima: *Arma, saga, bellum flagitauerunt.* Rursus viii.: *Delectus tota Italia decreti sublatis vacationibus; saga cras sumentur.* Iterum in eadem: *Equi-*

64 Calypsus *H I*: Calipsus *MS*; Vlysem *H I*: Vyllem *MS*.
65 profundo *H I*: profundat *MS*.
66 hic *H I*: ibi *MS*.
67 interpres *H I*: *om. MS*; quid sequutus nescio *H I*: *om. MS*.
69 M. Tullius *H I*: M. Tullio *MS*; post secunda duas litteras del. *MS*.
76 se *H I*: *add. MS*.
77 oppidum *H I*: regio *MS*; vectigale *H I*: vectigalis *MS*.
80 nascebatur *H I*: nascebatur, sed Romam

perferebatur *MS*.
88 famae celebritatem *H I*: famam celeberrimam *MS*.
89 C. *H I*: *om. MS*.
92-94 Et Horatius... ferre *H I*: *om. MS*.
96 inconstantem ac *H I*: *add. MS*.
98 cum *H I*: *om. MS*.
101 quemadmodum... belli *H I*: *om. MS*.
104 est *H I*: erat *MS*.
106 paruisset *H I*: paruisset *ex parata est* [?] *corr. MS*.

64 *Aristoteles*... *Calypsus* Actually the words are said by Odysseus, conveying to his steersman Circe's advice to avoid the whirlpool of Charybdis, which will engulf them all, and to steer nearer to the monster Scylla, who will devour only some of them. Aristotle quotes Homer from memory.
66-67 *Argyropylos* etc. Joannes Argyropoulos corrects Aristotle in his translation, replacing Calypso by "Circa" (*Opus Aristotelis de moribus ad Nicomachum*, Cologne, 1508, f. 14^v).
3707 Otto 1658.
69 *Cic. Phil.* 2, 19, 48.
72 *Plin. Nat.* XXXIII, 115.
75-76 *festis*... *triumphantes* After *Plin.*, III.
76-77 *quod tamen*... *Tacitus* Source not identified.
77-84 *Sisapo*... *sociorum* After *Plin.*, 118 f. (80 excoctique: *excoquique* v.l.; 81 bina: *dena* v.l.).
85-86 *hodie* etc. See M. Baelde, *Financiële politiek en domaniale evolutie in de Nederlanden onder Karel V en Filips II, 1530-1560*, Tijdschrift voor Geschiedenis 76, 1963, pp. 14-33.
3708 Otto 1658.

88 *Cic. Phil.* 2, 44, 114.
90 *Verg. Aen.* I, 287 "imperium Oceano, famam qui terminet astris." Er. quotes from memory.
92 *Verg. Ecl.* V, 43 (usque ad sidera); 51 (ad astra); 58.
Hor. Carm. I, 1, 36 (sidera vertice).
94 *Cic. Phil.* 4, 3, 6; *De or.* III, 36, 146; *Att.* VI, 2, 9; XIV, 18, 1; XVI, 6, 2; 7, 5; *Fam.* IX, 14, 1; XII, 25, 7. See also the end of *Adag.* 500 (In coelo esse).
3709
98 *Cic. Phil.* 5, 5, 14 (99 *Graeculi*).
3710 Inspired by *Brassicanus, Prov.* 71 (*Saga sumere*).
104 *Cic. Phil.* 6, 3, 9 (105 *properent legati; esse facturos*).
106 *Ibid.* 6, 1, 2.
107 *Ibid.* 5, 12, 31 (*edici*).
108 *Ibid.* 7, 8, 21.
Ibid. 8, 2, 6 (*Dilectus*).
109 *Ibid.* 8, 11, 32 (110 *solent esse; in sagis; 112 rei publicae* [the reading *populum Romanum* may have originated from the abbreviation "r.p."]).

110 *dem, patres conscripti, quanquam hoc honore vsi togati esse solent, quum est in armis*
ciuitas, statui tamen a vobis caeterisque ciuibus in tanta atrocitate temporis tantaque
 LB 1125 *perturbatione populum Romanum non differre vestitu. Rursus Philippica xiii.: Te*
non intelligis delectu tota Italia habito, consulibus missis, | Caesare ornato, sagis
 115 *denique sumptis, hostem iudicatum? Ac xiiii. frequenter: ad saga issemus, cras sagati*
prodeamus, ad saga sumenda discedere, ad saga iuisse, redisse ad togas. Actione in
Verrem tertia coniungit similia: Quum coegeris homines miseros et calamitosos quasi
desperatis nostris legibus et iudiciis ad vim, ad manus, ad arma confugere.

[H]

IGNI FERROQUE MINARI

3711

120 Qui extremam denunciant inimicitiam *igni ferroque minari* dicuntur, quod ver-
 bum et hodie vulgo tritissimum est. Qui ciuilius bellum gerunt tantum abigunt
 praedas, a caede incendioque abstinere. M. Tullius Philippica xiii.: *Sanctiore*
erunt, credo, iure legati quam duo consules, contra quos arma fert, quam Mutina,
quam obsidet, quam patria, cui igni ferroque minitatur! Rursum Philippica xii.:
Huic vrbi ferro ignique minitantur.

125 Venustius erit, quoties ad animi res transfertur, veluti si quis dicat philosophos
 cuiquam igni ferroque minitari, quod in eum parent atrociter scribere. Sic qui-
 buscum nolumus nobis quicquam esse commercii, iis aqua et igni interdiciamus.

[H]

NEQVE TERRAE MOTVS TIMET NEQVE FLVCTVS

3712

130 Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum iii., docens eos qui non habitu virtu-
 tis, sed immanitate quadam naturae nihil omnino formidant nequaquam appel-
 landos esse fortes, sed *μαινομένους καὶ ἀναλγήτους*, hoc est *insanos et stupidos sen-*
susque expertes, Εἴη δὲ inquit ἂν τις μαινόμενος καὶ ἀνάλητος, εἰ μὴθὲν φοβοῖτο,
 μήτε σεισμοὺς μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτοὺς, id est *Fuerit autem quis-*
 135 *piam insanus ac doloris sensu vacans, si nihil metuat, neque terrae concussionis*
neque fluctus, quemadmodum de Celtis praedicant. Nihil enim horribilius mari
 commoto, terrae vero concussio videtur inferorum ad superiorum sedem eruptio-
 nem minitari. Tanta autem erat quarundam Galliae Germaniaeque gentium
 immanitas vt nec his terrentur quae maxime sunt natura horrenda. Quod
 autem Aristoteles *μαινόμενον* et *ἀνάλητον* pro eodem vsurpat, arbitror huc
 140 respexisse Diogenem, qui rogatus quis ipsi videretur, *‘Socrates μαινόμενος’* inquit,
 videlicet eo quod aduersus omnem corporis molestiam obduruerat, quum alioqui
 esset omnium iniuriarum tolerantissimus. Nisi forte Diogenes hoc quoque stu-
 pori tribuebat, non virtuti, quod ne colaphis quidem prouocari posset vt vel tan-
 tillum excandesceret.

145 [H]

CALCEOS MVTVARE

3713

Non sine specie prouerbii Ciceroni dictus est *mutasse calceos* qui nullo suo merito
 senatoriam dignitatem vsurpauit, cuius insigne erat nigro calceo addita lunula

150 circa talum. M. Tullii verba sic habent: *Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse a se. Apertam vidit curiam post Caesaris mortem: mutauit calceos, pater conscriptus repente factus est. Quemadmodum clauus aureus in toga signum erat senatoriae dignitatis, ita nigra aluta circa talos addita declarabat eandem dignitatem.*

[H]

CAMPANA SVPERBIA

3714

155 Felicitatis comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italiae quondam fuisse regionem longe beatissimam testantur tum alii complures, tum Plinius libro iii.,

115-117 *Actione... confugere H I: add. MS.*
 116 *tertia H I: 6. MS.*
 120-121 *Qui ciuilius... abstinent H I: om. MS.*
 121 *Sanctiore H I: Sanctiores MS.*
 123 *cui igni H I: cui ferro [sed ferro del.] igni MS.*
 125-126 *philosophos cuipiam H I: Ciceronianos hypologo MS.*
 127 *iis aqua H I: iis ferro [sed ferro del.] aqua MS.*
 130 *nequaquam H I: negat MS.*
 132 *inquit H I: om. MS.*
 133 *Fuerit H I: Erit MS.*
 135 *quemadmodum... praedicant H I: om. MS; enim H I: est MS.*
 138 *vt nec H I: vt his [sed his del.] nec MS.*

140 *Diogenem H I: ex Digenem corr. MS.*
 144 *post exandesceret scripsit Erasmus in MS: Libet obiter commemorare... rhapsodiis tribuendum. Quem passum deinde delevit atque adiunxit adagio 1778. Vide ASD II, 4, p. 198, l. 71-p. 200, l. 88 [82 e corruptione H I: e patens [sed patens del.] corruptione MS].*
 148 *talum H I: talum. Nec vero Exitius philadelphi frater praetermittendus [ex praetereundus] est MS [sed Nec... est del.]; M. Tullii... habent H I: om. MS.*
 149 *vidit curiam H I: curiam vidit MS.*
 150-152 *Quemadmodum... dignitatem H I: om. MS.*
 155 *testantur tum H I: testatur quum MS.*

112 *Cic. Phil. 13, 10, 23 (113 dilectu).*
 114 *Ibid. 14, 1, 1; 2; 3 (115 isse).*
 115-116 *Verr. 2, 1, 32, 82.*
 3711
 120 *hodie vulgo* The reference is to the Dutch expression "the vier ende the swaert ontsegghen"; Sartorius, *Adag.* 3036, quoted by Suringar 254. See *Woordenboek der Nederlandsche taal*, X, s.v. ontzeggen, 2057 f.
 121 *Cic. Phil. 13, 21, 47 (quoted in abridged form).*
 123 *Phil. 11 (!), 14, 37.*
 125-126 *philosophos cuipiam... scribere* Et. refers more pointedly to the Ciceronians and their invectives against his *Ciceronianus* in the original draft of this adage (see the app. crit.). "Hypologus" is in fact the name of the interested questioner in his well-known dialogue of 1528.
 127 *aqua* etc. E.g. *Cic. Phil. 6, 4, 10.*
 3712
 129 *Aristot. Eth. Nic. III, 7, 7 (132 μαινόμενος ἢ ἀνάληγτος; 133 σεισμὸν).*
 140 *Diogenem... inquit* Diog. Laert. VI, 54 Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τινος, Ἐρωτῆς τίς σοι ὁ Διο-

γένης δοκεῖ; Ἐρωτῆς εἶπε μαινόμενος. (Diogenes, on being asked by somebody "What sort of a man do you consider Diogenes to be?" said: "A Socrates gone mad.")
 141 *aduersus... obduruerat* See e.g. *Plat. Symp.* 219 e-220 b; *Diog. Laert. II, 27; Xen. Mem.* I, 6, 2; *Adag.* 4056 (Socratis gallus aut callus).
 143-144 *ne colaphis* etc. *Diog. Laert. II, 21.*
 3713
 146 *Cic. Phil. 13, 13, 28.*
 147-148 *cuius insigne... talum* After a scholium on *Iuv. 7, 192* "Iunula nam adsuta calceis discernuntur patricii a noviciis."
 148 *Cic. loc. cit. (149 curiam vidit).*
 151-152 *nigra* etc. After *Iuv. 7, 192* "Appositam nigrae lunam subtextit alutae."
 3714 Most of the materials are taken from *Brassicanus, Prou.* 54 (Campana superbia). Otto 313.
 154 *Felicitatis... ferocia* Perhaps after *Gell. VI, 3, 14* (quoting *Cato*) "Scio solere plerisque hominibus rebus secundis... superbiam atque ferociam augescere".
 155 *Plin. Nat. III, 60 (156 Campania: Campania est v.l.).*

capite v. *Hinc, inquit, felix illa Campania est, ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles et temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto atque, ut veteres dixerunt, summum Liberi patris cum Cerere certamen et caetera quae sequuntur de fertilitate simul et amoenitate Campaniae. Constat autem Capuam olim cum Roma de principatu concertasse. Hinc Campana superbia et Campana arrogantia in prouerbium venit. M. Tullius in oratione Pro Rullo: Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione et consilio maiores nostri ad inertissimum ac desidiosissimum ocium perduxerunt. Sic et crudelitatis infamiam effugerunt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, et multum in posterum prouiderunt, quod neruis urbis omnibus exectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.* In eadem aliquanto post Capuam domicilium superbiae sedemque luxuriae vocat: *Itaque electi coloni Capuae in domicilio superbiae atque in sedibus luxuriae collocati, quemadmodum in Oratione habita in senatu post reditum suum Capuaene inquit te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore?* Rursus in fragmento orationis contra eundem: *Qui locus propter vbertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur.* Ac mox: *Si luxuries Annibalem ipsum Capuae corrumpit, si superbia nata inibi esse ex Campanorum fastidio dicitur.* Titus item Liuius libro primae decadis ix. scribit *Campanis ingentem esse superbiam.* Ad haec Aulus Gellius libro xi., capite xxiii. Naeuium epitaphium, quod in eo seipsum tumidius praedicat, ait esse *plenum Campanae superbiae.* Opinor autem Naeuium non fuisse Campanum. Ita, quemadmodum olim omnem insignem perfidiam populus Punicam appellabat, sic cuiuslibet ferociam Campanam appellabat.

At nunc de moribus gentis nihil dicam, caeterum quum ipse per Campaniam iter facerem, nusquam repperi succum illum *per omnes terras inclytum.* Nusquam gutta vini *Phalerni, Caleni, Massici, Setini, Cecubi, Surrentini.* Imo minimum abfuit quin in ipsa quae nunc monstratur Capua vinaria angina fuerimus praefocati. Impleuimus totam phialam saccharo contuso: vicit vinum quouis aceto acerbis. Fere defrutis vtuntur, quod alioqui non durent vsque ad proximam vindemiam. Et vbi sunt illa laudata vina? Quorum nomen patriamque vetustas deleuit. Pulueris affatim hausimus. Adeo natura nihil in rebus humanis patitur esse perpetuum.

[H]

ATTOBOAN

3715

Ante retulimus prouerbium *Αὐτὸς αὐτὸν ἀλεῖ*, id est *Ipse sui tibicen est.* Huic simillimum est quod vnico verbo Graeci dicunt *αὐτοβοᾶν*, si quis sua voce seipsum praedicat, hoc est: ipse sui praeconem agit. Solent enim praecones hominum venalium artes ac dotes euulgare, quo magis emptorem iritent. Ridiculum autem habetur hominem sui praeconem esse. Congruit cum eo quod alibi diximus *Οἴκοθεν ὁ μάργος.* Prouerbium refertur apud Suidam. Simili figura dicunt Attici: *Αὐτοῖς ῥήμασιν ἀπόλοιο:* *Vna cum ipsis dictis pereas.* Et Aristophanes in Equitibus: *Τὸν Παφλαγόνα*

Ἀυταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί,
Ipsis cum consiliis perdant dii.

Et mox: αὐταῖς διαβουλαῖς, id est *vna cum ipsis calumniis.*

- 162 inertissimum *H I: ex inerissimum corr. MS.*
 166 Itaque *H I: Atque MS [166-173 Atque electi... dicitur add. MS].*
 167 collocati *H I: collocato MS.*
 167-170 Quemadmodum... tempore *H I: om. MS.*
 174 esse *H I: fuisse MS.*
 175 eo scripsi: ea *MS, om. H I.*
 176 non *MS: om. H I.*
 178 prius appellabat *MS: appellat H I; sic H I: ex ita corr. MS.*
 180 succum *H I: ex liquorem corr. MS; inclytum H I: ex inclytam corr. MS; gutta H I: guta MS.*
 181 Setini *H I: Sentini MS.*
 185-186 Pulueris... perpetuum *H I: om. MS.*
 189 Graeci *H I: om. MS.*
 191 euulgare *MS: emulgare H I.*
 193-198 Simili... calumniis *H I: add. MS.*
 193 dicunt *H I: ex dix... [?] corr. MS.*
 194 Vna... pereas *H I: om. MS.*
 195 Παφλάγωνα *H I: paphlagóna MS.*
 196 βουλαῖς *H I: ex βουλαῖσι corr. MS.*
 196-197 Paphlagonem... dii *H I: simul cum ipsis dictis pereas, et paphagonem ipsis cum consiliis perdant dii MS.*
- 159-160 *Capuam... concertasse* Cic. *Leg. agr.* 1, 6, 18 ff.; 2, 35, 95.
 160 *Campana superbia* E.g. Cic. *Leg. agr.* 1, 7, 20.
Campana arrogantia E.g. *Leg. agr.* 2, 35, 95.
 161 Cic. *Leg. agr.* (the speech is directed against Rullus) 2, 33, 91.
 165 *Ibid.* 35, 97 (166 atque; 167 luxuriosis).
 168 Cic. *P. red. in sen.* 7, 17.
 170 Cic. *Leg. agr.* 1, 6, 18.
 172 *Ibid.* 7, 20 "Quid enim cavendum est in colonis deducendis? Si luxuries, Hannibalem ipsum Capua (*Capuae* v.l.) corruptit, si superbia, nata inibi esse haec ex Campanorum fastidio videtur."
 173 Liv. IX, 6, 5 (superbiam ingenitam Campanis).
 174 Gell. I (1), 24, 2 (176 superbiae Campanae).
 176 *Naevium... Campanum* Gellius is the only author to give evidence as to Naevius' extraction.
 177-178 *olim... appellabat* Cic. *Leg. agr.* 2, 35, 95. See *Adag.* 728 (Punica fides).
 179-180 *quum ipse... facerem* Er.' trip to Campania probably dates back to the end of his stay in Italy (1506-1509; see L.-E. Halkin, *Er. en Italie*, in: J.-C. Margolin, ed., *Colloquia Erasmiiana Turonensia*, I, Toronto, 1972, p. 43). He visited Cumae and the cavern of the Sibyl (*Adag.* 4120, p. 326, ll. 301 ff.; see also a letter of Beatus Rhenanus (1540), Allen, *Op. ep.* I, p. 62, ll. 210 ff.).
 180-181 *nusquam... Surrentini* Er. reacts against Pliny's eulogy of Campania, from which he quotes above, ll. 156 ff., and which continues as follows: "Hinc Setini et Caecubi protenduntur agri, his iunguntur Falerni, Caleni, dein consurgunt Massici, Gaurani Surrentinique montes."
 182 *vinaria... praefocati* As happened to Henrique Caiado, who choked drinking Corsican wine; see *Adag.* 3702 (Vinaria angina).
 3715
 188 *Ante Adag.* 1486 (Ipse semet canit).
 189 *Graeci... αὐτοβοῶν* Suid. Ἀὐτοβοῶς etc. 4484.
 190-191 *Solent... iritarent* See *Adag.* 1977 (In eo ipso stas lapide, in quo praeco praedicat).
 190 *Solent* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.
 191-192 *Ridiculum... praeconem esse* See *Adag.* 1659 (Teipsam laudas). "Iam vero", Folly says in the *Moria*, "non huius facio sapientes istos qui stultissimum et insolentissimum esse praedicant, si quis ipse laudibus se ferat" (*ASD* IV, 3, p. 72, ll. 30 f.).
 192 *alibi Adag.* 1206 (Domesticus testis).
 193 Suid. loc. cit.
 193-194 *Simili... ἀπόλοιο* The scholia on Aristoph. *Equ.* 3 observe on αὐταῖσι βουλαῖς: Ἀπτικὸν τὸ σχῆμα. As regards the phrase Ἀυτοῖς βήμασιν ἀπόλοιο (not in the scholia) I assume that Er. made it himself to express the basic pattern of the phrases quoted in ll. 196 and 198.
 194 Aristoph. *Equ.* 3-4.
 198 *Equ.* 7.

[H]

STERILEM FVNDVM NE COLAS

3716

200 Στεῖρον ἀγρὸν μὴ σπείρειν, id est *Agrum sterilem ne colas*. Refertur inter leges Platonicas. Hoc aenigmate lex apud Platonem verecunde deterret a venere mascula, si satis commemini. In octauo De legibus ait illos facere sementem in petras. Potest tamen ad alios vsus accommodari: ‘Ne doceas indocilem’, ‘Ne felicitatem quaeras in diuitiis; non enim pariunt homini beatitudinem.’ Plautus in Amphitryone:

205

*Nam uxorem usurariam
Perinde est praerberier ac si agrum sterilem sarriendum colloces.*

[H]

SCARABEVS CITIVS FACIET MEL

3717

Ad τῶν ἀδυνάτων classem pertinent quae referuntur in epigrammate Palladae:

210 *Citius mel faciet scarabeus aut lac culex:*

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος ἢ γάλα κώνωψ, id est
Mel citius faciet scarabeus et ante culex lac.

[H]

TERRAM VIDEO

3718

Qui molesti prolixique laboris finem adesse significabat dicere solet: Γῆν ὁρῶ, id est *Terram video*. Sumptum a nauigantibus. Quintus Curtius libro iiiii.: *Haud secus quam profundum aequor ingressi terram oculis requirunt*. Plautus in Mercatore: *Equidem iam me censebam esse in terra*. M. Tullius in oratione Pro L. Murena: *Quod si portu soluentibus ii qui iam in portum ex alto inuehuntur praecipere summo studio solent et tempestatum rationem et praedonum et locorum, quod natura affert ut eis faueamus qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus ingrediantur, quo tandem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem in hunc cui video maximas reipublicae tempestates esse subeundas?* Idem in Catone seniore: *Quasi terram videam*, sentiens instare vitae finem. Diogenes, quum prolixum | volumen recitans tandem eo peruenisset vt libri finem videret,

215

220

LB 1127 Bene habet, inquit amici, γῆν ὁρῶ, id est *terram video*.

225

[H]

INCANTATIONE QVAVIS EFFICACIVS

3719

Πάσης ἐπωδῆς ἐνεργότερον, id est *quauis incantatione efficacius*. Priscis persuasum erat prodigiosam inesse vim vocibus incantatorum, adeo vt mysticus quoque psalmus mentionem faciat *venefici incantantis sapienter* et populum numinis iussis nequaquam obtemperantem comparat *aspidi surdae*. Plato in epistola ad Hermiam, Erastum et Coriscum: Οἶμαι γὰρ δίκη τε καὶ αἰδοῖ τοὺς παρ’ ἡμῶν ἐντεῦθεν ἐλθόντας λόγους ἐπωδῆς ἥστινοῦν μᾶλλον ἂν συμφῦσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προὑπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν, id est *Arbitror enim sermones hinc*

230

235 *a nobis profectos iustitia ac pudore vos quauis incantatione magis conciliaturos ac redacturos in pristinam concordiam.*

[H]

INVIDVS VICINI OCVLVS

3720

240 Aliclytus Eucymoni: Δυσμενής γὰρ καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός, φησιν ἡ παροιμία, id est *Maleuolus et inuidus vicinorum oculus, inquit prouerbium.* Respexit, ni fallor, ad Hesiodium dictum de figulo, cantore et vicino, quod alibi retulimus. Sic Ouidius:

*Fertilior seges est alieno semper in agro
Vicinumque pecus grandius vber habet.*

201-207 Hoc... colloces *H I: om. MS.*

209 Palladae *H I: Palladis MS.*

214 adesse *H I: adesset MS.*

217-223 M. Tullius... vitae finem *H I: Cicero in Catone seniore, quasi terram videam. Idem pro L. Murena, Quo tandem animo me esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram videntem in hunc [ex huic], cui*

video maximas temp. tempestates esse subeundas *MS.*

223 Diogenes *H I: ex Digenes corr. MS.*

225 amici *H I: om. MS; γῆν ὄρω H I: add. MS.*

236 oculus *MS H: oculos I.*

237 Aliclytus *H I: Aliclypus MS.*

240-242 Sic... habet *H I: om. MS.*

3716

200 Not in this form in the works of Plato. Er.' starting-point is a passage in his Plautus edition which he quotes in the final sentence, and in which the words *agrum sterilem* remind him of a statement in Plato's *Laws*. He then reconstructs it from memory.

202 Plat. *Leg. VIII*, 838 e (men are prohibited from having homosexual intercourse:) τοῦ μὲν ἄρρενος ἀπεχομένου... μὴδ' εἰς πέτρας τε καὶ λθούς σπείροντας... Ficino translates "nec infocundos marium *agros* praeter naturam serat."

203 'Ne doceas indocilem' Er. often uses the phrase 'docere indocilem', e.g. *Adag.* 340, *ASD II*, I, p. 442, l. 842 and 362, p. 454, l. 103.

204-207 *Plautus* etc. The quotation is not found in Plautus, but in a supplement that anonymous humanists made to fill the gap in the *Amphitruo* between ll. 1034 and 1035. The supplement appeared for the first time in the Venice 1495 edition of Plautus and is now read in L. Braun, *Scenae suppositiciae oder Der falsche Plautus*, Göttingen, 1980; the quotation in the adage under discussion appears on p. 124, ll. 24 f.

3717

209 τῶν ἀδύνατων *classem* Er. gives a classification of proverbs ("impossibilia, necessaria, absurda, contraria, similia") in the introduction to the *Adagia*, *ASD II*, I, p. 68, ll. 514 ff.

See also *Adag.* 342 n.

Palladae Not Palladas, but Ammonios is the author of the epigram; *Anth. Pal.* XI, 227.

3718 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 88 (*Terram video*). Otto 1766.

214 *solet* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, n.l. 565.

Γῆν ὄρω Diog. Laert. VI, 38.

215 Curt. IV, 7, 11 (216 requirebant).

216 Plaut. *Merc.* 196 (217 me iam: iam me v.l.).

217 Cic. *Mur.* 2, 4 (218 e portu: portu v.l.; ei; 221 me esse animo).

223 Cic. *Cato* 19, 71 (terram videre videar).

223-225 *Diogenes* etc. Diog. Laert. VI, 38. See Er. *Apophth.* III, Diogenes 48, *LB IV*, 177 D "Bono animo estote, viri, terram video."

3719 *Collect.* 629 (Quauis incantatione melius).

227 After Plat. *Epist.* 6, 323 b.

229 *Ps.* 57, 5-6 "furor illis secundum similitudinem serpentis / sicut aspidis surdae et obturantis aures suas / quae non exaudiet vocem incantantium / et venefici incantantis sapienter."

230 Plat. loc. cit. (232 λόγους, εἰ μὴ τι τὸ λυθὲν μέγα τύχοι γενόμενον, ἐπωδῆς ἡστινοσοῦν).

3720

237 Alciphron I, 18 (Ἀλικτύπος Ἐγκύμωνι).

239 Hes. *Erg.* 23-26, quoted in *Adag.* 125 (Figulus figulo inuidet, faber fabro).

240 Ov. *Ars I*, 349 f. (241 alienis; agris. Er. quotes from memory).

[H]

EODEM COLLYRIO MEDERI OMNIBVS

3721

Leges, admonitiones et obiurgationes non oportet omnibus easdem admouere, sed pro gentium, temporum et ingeniorum varietate sermonem attemperare. Hanc dexteritatem beatus Hieronymus enarrans Epistolam ad Ephesios laudat in apostolo Paulo, qui factus est omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citantur distinctione xxix.: *Nec ad instar*, inquit, *imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare*. Alibi retulimus ex Galeno *Eundem calceum omni*
 245
 250 *pedi inducere*.

[H]

FVNDITVS, RADICITVS ETC.

3722

Quod prorsus ac citra spem instaurationis perditur *funditus* ac *radicitus* tolli dicitur. Quorum alterum sumptum est ab aedificio, quum aequatur solo, alterum ab arboribus, quum non solum amputantur rami, verum etiam ipsa stirps inciditur aut vna cum radicibus tollitur. Acinetus Phoebianae exprobrans amicae quod ab ea rebus omnibus exutus iam fastidiretur, Οὕτως inquit ὅλον μὲ αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα δουλεύειν ἐπιγράκασας, id est *Sic, ubi me iuxta prouerbum totum subuertisti, insuper et in seruitutem redegesti*. Plautus in Trinummio:

260 *Qui illius sapientiam
 Et meam fidelitatem et celata omnia
 Pene ille ignauus funditus pessundedit.*

Idem in Mustellaria pro eodem dixit *cum fundamento*:

265 *Non videor mihi
 Sarcire posse aedes meas quin totae perpetuo ruant,
 Quin cum fundamento perierint, nec quisquam esse auxilio queat.*

Quod nos dicimus *radicitus* siue *a stirpe* Graeci dicunt ἐκπρεμνίζειν, quasi dicas *extirpare*. Quo verbo vsus est Cicero libello De fato: *Extirpari autem et funditus tolli, vt is ipse* et caetera. Idem Pro Sexto Roscio Amerino: *Et ex eo Titus Roscius non paululum nescio quid in rem suam conuertit, sed hunc funditus euertit*. Idem In Verrem libro iiii.: *Nam me dies, vox, latera deficient, si hoc nunc vociferari velim, quam miserum indignumque sit istius nomine apud eos diem festum esse qui sese istius opera funditus extinctos esse arbitrantur*. Rursus in eundem libro v.: *Labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus euerterat*. Idem Pro domo sua ad pontifices: *Et funditus euerteres ciuitatem*. In eadem: *Vt eius qui perniciose reipublicae consilia coepisset omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur*. Item in epistola ad Q. fratrem prima: *Sin autem omnibus in rebus obsequemur, funditus eos perire patiemur*. Rursus ad eundem: *Rempublicam funditus amisimus*. Item in eadem: *Videsne me non radicitus euellere omnes actiones tuas?*

280 Multum accedet gratiae, si ad animum deflectatur, veluti si quis dicat ambitionem, auaritiam ac libidinem funditus ac radicitus ex animo reuellendam.

[H]

IN ORE ATQVE OCVLIS

3723

LB 1128

285

290

Quae propalam fiunt in ore atque oculis omnium fieri dicuntur. M. Tullius In Verrem libro v.: *Quum haec confessus eris quae in foro palam Syracusis in ore atque oculis prouinciae gesta sunt.* Rursus in Diuinatione: *In mentem tibi non venit quid negotii sit causam publicam sustinere, vitam alterius totam explicare atque eam non modo in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere?* et caetera. 'Os' fortassis hic dixit pro 'aspectu'. Alioqui *in ore omnium* dicuntur esse de quibus rumor est publicus. Et *in oculis ferre* dicimur quos obseruamus curaeque habemus.

251-281 *Formam adagii pristinam exhibet MS in f. 134 (16)^r: Funditus subuertere. Acinetus phoebianae exprobrans amicae quod ab ea rebus omnibus exutus iam fastidiretur* οὐτως inquit βλον με αὐτῆ κατά τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα [ex ἀναστρέψασασα] δουλεύειν ἐπὶ τὴν ἀγκασσας, id est Sic vbi me iuxta prouerbiū totum subuertisti, insuper et in seruitutem redelegisti. *Formam recentiorem exhibet MS in f. 107 (52)^r.*

252 funditus *H I: fundicitus MS.*

253 quum aequatur solo *H I: add. MS.*

254-255 quum non... tollitur *H I: add. MS.*

255-265 Acinetus... queat *H I: om. MS.*

267-268 Quo verbo... et caetera *H I: om. MS.*

268 Idem... Amerino *H I: M. Tullius pro*

Sexto [Sexto add.] Roscio Comoedo [sed Comoedo del.] Amerino *MS.*

269 euertit *H I: cuertit bonis MS.*

270 hoc *H I: om. MS.*

272 lib. v. *H I: ex libro 4. corr. MS.*

273 iam *H I: add. MS.*

274 ad *H I: apud MS.*

274-279 Et funditus... tuas? *H I: videsne me non radicitus euellere omnes actiones tuas. In eadem: et funditus euerteres ciuitatem. Iterum in eadem: Vt eius qui perniciosā reip. consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur MS.*
280-281 Multum... reuellendam *H I: om. MS.*
285-290 Rursus... habemus *H I: om. MS.*

3721 The title is taken from Alciato, *De verb. sig.* IV, p. 81. Otto 409.

246 Hier. *Comm. in Epist. ad Eph.*, prooem., Migne *PL* 26, 470.

247 *qui factus... lucrifaceret* After I. *Cor.* 9, 22. Er. translates Paul in his edition of the New Testament as follows (*LB* VI, 708 B): "Factus sum infirmis quasi infirmus, vt infirmos lucrifaciam. Omnibus factus sum omnia, vt omnino aliquos seruem."

249 *Alibi Adag.* 3356 (Eundem calceum omni pedi inducere).

3722

255-258 *Acinetus* etc. Alciphron II, 6 (Ἀνίκητος; 256 αὐτῆ... κατὰ Meineke: αὐτῆ κατὰ v.l.; 257 κατηνάγκασσας). The passage is the subject of *Adag.* 2023 (Totum subuertere); see *ASD* II, 5, p. 55, n.l. 806.

258 Plaut. *Trin.* 163 ff.

262 *Most.* 146 ff. (264 perpetuae; 265 cum Ritschl: *quin cum* codd.).

266 ἐκπρεμνίζειν E.g. Demosth. 43, 69.

267 Cic. *Fat.* 5, 11.

268 S. *Rosc.* 39, 115.

269 *Verr.* 2, II, 21, 52 (270 deficient; 271 se; 272 arbitrentur: *arbitrantur* v.l.).

272 *Verr.* 2, III, 18, 47.

274 *Dom.* 13, 35.

Dom. 43, 114 (275 cepisset).

276 *Ad Q. fr.* I, 1, 11, 32.

277 *Ad Q. fr.* I, 2, 5, 15.

278 *eadem Dom.* 13, 34.

3723

283 Cic. *Verr.* 2, II, 33, 81 (285 in oculis).

285 *Div. in Caec.* 8, 27.

288 *hic* The reference is to l. 284.

in ore omnium esse See *Oxford Latin Dictionary* s.v. os, 3 a.

289 *in oculis ferre* See *Adag.* 581 (Odorari ac similes aliquot metaphorarum) and 4150 (Oculis ferre et similia).

[H]

MYCONIORVM MORE

3724

Μυκονίων δίχην, id est *Myconiorum more*, dicebantur ad conuiuium accedere qui vltro venirent non vocati. Myconus vna Cycladum est. Ipsa gens ob rerum inopiam cogebatur sese conuiuuiis ingerere, vnde iocus prouerbialis. Apud Athenaeum Archilochus lacerat Periclem, quod inuocatus irrueret in conuiuia
 295 Μυκονίων δίχα; quem locum et alibi retulimus.

Myconiorum morum vestigia videas et hodie in quibusdam Hybernis. Qua de re clarissimus vir Guilhelmus Montioius olim fabulam mihi non illepidam recitauit, imo non fabulam, sed rem ipso teste gestam. Hybernus quidam ignotus
 300 ingressus aulam principis tempore prandii non inuitatus accubuit mensae regionum satellitum. Qui videntes auem peregrinam rogarunt cuias esset. Professus est patriam. Rogarunt num quod officium haberet in aula. ‘Nullum,’ inquit ‘sed habere cupio.’ Illi demirantes hominis impudentiam iusserunt surgere atque abire. ‘Hoc’ inquit ‘faciam pransus.’ Quid multis? Vicit improbitate nec locum
 305 in acie deseruit Hybernus. Tandem ira versa in risum rogarunt hominem qua tandem fronte ausus esset ignotus et alienus sese in regiam familiam ingerere. ‘Quoniam’ inquit ‘sciebam regem satis esse diuitem ad dandum mihi prandium.’

[H]

SOLEM ADIVVARE FACIBVS

3725

Alibi retulimus: Τὸ φῶς ἡλίῳ δανύζεις. Huic simillimum est quod refert Gratianus ex Anacleto papa, causa vi., quaestione prima, in eos qui hic vsurpant sibi diuinum iudicium, quod nullus hominum poterit effugere; nam incerta sunt hominum iudicia neque secus sese habent ad iudicia Dei quam fax ad solem. *Si omnia*, inquit, *in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent.*
 310 *Superuacuis laborat impendiis qui solem certat facibus adiuuare* et caetera. Quamquam in libris vulgaribus librarii pro ‘facibus’ deprauarant ‘fascibus’.

[H]

CENSORIA VIRGVLA

3726

Tritissimum est apud eruditos *ensoriam virgam* appellare iudicandi autoritatem, praesertim cum supercilio. A magistratu Romano sumptum. Cuius formae est
 320 quod ait beatus Hieronymus in Dialogo aduersus Luciferianos: *Nemo potest Christi palmam sibi assumere, nemo ante diem iudicii de hominibus iudicare.* Videtur autem Hieronymus alluisse ad caput Deuteronomii xxv., vbi *iusticiae palma* dicitur quae a iudicibus tradebatur ei qui probasset suam innocentiam causamque vicisset. Hanc palmam vere Christus habet nec eam tradit indigno, quoniam
 325 solus iudicio non fallitur, quum in humanis iudiciis plurimum sit et erroris et caliginis.

[H]

TROCHI IN MOREM

3727

LB 1129

330

335

Βέμβικος δίκην, id est *trochi in morem*, de versatilibus et inconstantibus dici solitum. Est enim bembix trochus quem pueri flagello circumagunt. Suidas citat ex Aristophane Βέμβικος οὐδὲν διαφέρειν δεῖ, id est *Non oportet quicquam a trocho differre*. Locus is est in Auibus. Hesychius dictum putat in eum qui in fuga non tenuerit rectam viam, sed in orbem fuerit circumactus. Quod mihi quondam vsu venit a Sletstadio petenti Basileam. Forte incidimus in quendam equitem, quo duce quum in nemore diutius obequitarem, rogabam an certo nosset viam. Aiebat. Quum non esset finis, 'Oportet' inquam 'nos errare. Nam tres iam horas versamur in nemore, quod intra horam solemus emetiri.' Quid multis? Compertum est minimum abfuisse quin eo rediremus vnde veneramus.

Bembix autem magno impetu mouetur, sed in orbem, vt fugiens non effugiat. Simili tropo stultorum inconstantiam notat Sirach ille sapiens Hebraeus capite

292 δίκην *H I: ex δίκην corr. MS.*

294 ingerere *H I:ingere MS.*

295 irrueret *H I: irruerent MS.*

298 olim *H I: om. MS; mihi H I: om. MS.*

299-308 Hybernus... prandium *H I: om. MS.*

310 Alibi *MS H: Alioqui I; est H I: add. MS; refert Gratianus H I: refertur MS.*

313 solem *H I: solem* Quoniam inquit diuinae gratiae plenitudo adiectione [?] humanarum indiget [*sed Quoniam... indiget del.*] *MS.*

314 seculo *H I: secula MS.*

316 vulgaribus *H I: vulgatis MS.*

321 Christi palmam sibi *H I: ex sibi Christi palmam sibi [sibi add.] corr. MS.*

324-325 quoniam solus *H I: quia MS.*

328 versatilibus *H I: ex versatibus corr. MS.*

331 Locus... Auibus *H I: Locus est in auibus add. MS.*

334 an *H I: num MS.*

338 autem *H I: autem autem [sed autem del.] MS.*

3724

292-293 Μυκονίων ... non vocati Suid. Μυκωνίος γέλιων 1400.

293 Myconus vna Cycladum est Steph. Byz. s.v. 293-294 Ipsa... ingerere After Athen. I, 7 f.

294 Athen. loc. cit. (296 δίκην).

296 alibi See the close of *Adag.* 1007 (Myconius caluus).

298 Guilhelmus Montioius William Blount, Lord Mountjoy; see the note on p. 101 above.

3725 The title is taken from Alciato, *De verb. sign.* IV, p. 81.

310 Alibi *Adag.* 658 (Lumen soli mutuas). *Decretum Gratiani* causa 6, quaestio 1, c. 7.

313-316 *Decretum Gratiani* loc. cit. (315 facibus: fascibus edd. vet.).

3726 *Collect.* 765 (Aristarchi obelisci asteriscisque. Censoria virgula). Otto 370.

318 eruditus E.g. Quint. *Inst.* I, 4, 3; Hier. *Epist.* 50, 4; 61, 2; 84, 7. The standard form of the phrase is "censoria virgula". Er. himself uses it in e.g. *Adag.* 1801, *ASD* II, 4, p. 216, ll. 27 f. See also *Adag.* 458.

319 cum supercilio I.e. 'with a frown', 'looking sternly'. See *Adag.* 749 (Attollere supercilium, ponere supercilium).

320 Hier. *Contra Lucif.*, Migne *PL* 23, 186.

322 *De.* 25, 1.

3727 Inspired by Brassicanus, *Prov.* 18 (Turbine versatilior).

328 Hesych. βέμβικος δίκην 503 Latte.

329 *Est... circumagunt* Suid. βέμβηξ 236, where Aristoph. *Au.* 1461 is quoted (330 βέμβηκος, but Aristophanes has the form βέμβικος).

331 Hesych. loc. cit.

332-337 *Quod mihi... veneramus* Er. travelled from Sélestat (Schlettstadt) to Basel more than once (in August 1514 for the first time; see Ep. 305, ll. 171 ff. and J.D. Tracy, *Er. Becomes a German*, Renaissance Quarterly 21 (1968), p. 282). It is tempting relate the unpleasant experience described here to Er.' trip of 1521 or 1522, when illness forced him to return from Sélestat to his home in Basel (Ep. 1302, l. 45; 1342, ll. 300-305).

339 *Sir.* 33, 5.

340 xxxiii.: *Praecordia fatui quasi rota carri et quasi axis versatilis cogitatus illius.* Apud Plautum interdum dicitur aliquis ‘trocho’ aut ‘rota figuli versatilior’.

[H]

PRAESTAT CANEM IRITARE QVAM ANVM

3728

Refertur ex Menandro

345 Πολλὸν χεῖρόν ἐστιν ἐρετίσαι γραῦν ἢ κύνα, id est
Plus est periculi anum lacessere quam canem.

Hebraeorum sententiae negant ullam iram atrociorē esse ira muliebri. Iritabile enim ac vindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam verae magnanimitatis est quasdam iniurias negligere neque quosuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier, quum ad
 350 sexus viciū accedit senectus. Canis iritatus tantum oblatrat, interdum et mordet, at aniculae praeter linguae venenum interdum instructae sunt malis artibus, veneficiis et incantamentis. Itaque nonnulli ingenti suo malo experti sunt esse verissimum quod dixit Menander.

[H]

PECVNIOVS DAMNARI NON POTEST

3729

355 M. Tullius In Verrem actione secunda ait hoc omnium sermone percubuisse, non apud Romanos tantum, verum etiam apud exteras nationes, in iudiciis illorum temporum *pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari.* Et in eundem oratione tertia *Reus est enim inquit nocentissimus. Qui si condemnatur, desinent homines dicere his iudiciis pecuniam plurimum posse; sin absoluitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare.* Huic affine quod aliquoties reperitur
 360 apud Salustium in Bello Iugurthino *Romae esse venalia omnia.* Nunc amisit Roma imperium, vtinam et dictum non haereret!

[H]

INTER MANVM ET MENTVM

3730

365 Festus Pompeius indicat esse prouerbiū apud Latinos, sed ex illo Graeco ductum Πολλὰ μεταξύ πέλει κύλικος καὶ χεῖλεος ἄκρου. Cuius originem ita refert: quum Chalcas vitem sereret, quidam augur vicinū praeteriens dixit illum errare: non enim ei fas esse nouum vinum degustare. Tantum colligere licuit e fragmentis quae nobis quorundam stoliditas superesse voluit ex autore vndiquaque doctissimo.

370 Prouerbiū admonet in hominum vita nihil esse certi. Nam saepenumero fit vt quod nos maxime tenere credimus casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti quum quis manu tenet poculum minimumque spaciū sit inter manū et mentum, tamen interdum fit vt is moriatur, antequam bibat. Hoc prouerbiū variis
 LB 1130 modis effertur eiusque originem alii aliter prodiderunt; de quibus satis, opinor, dictum est in prouerbio *Multa cadunt inter calicem supremaque labra.* Hic ideo
 375

retulimus quod aliis verbis commemoretur a Festo, in quibus nonnihil est gratiae ex prosonomasia: *manum et mentum*.

[H]

COLOPHONIVM CALCIAMENTVM

3731

380 Κολοφώνειον ὑπόδημα, id est *Colophonium calciamentum* dicebatur cauum. Nam antiqui fere soleis vtebantur, quae infimam pedum partem tantum munirent. Vidi apud nostrates calciamenti genus ex ligno cauato confectum, quod vulgata lingua *cauum truncum* appellant. Vnde quadrabit in hominem stolidum et incompositum et rusticanum. Per lutum ituris conuenit tale calciamentum. Venuste itaque dixeris in sordidis autoribus versaturo opus esse calceis Colopho-

340 carri MS: curri H I.

340–341 Apud... versatilior H I: om. MS.

344 χεῖρον H I: χεῖρόν MS.

345 periculi H I: pericli MS.

349 homines H I: om. MS; formidabile H I: formidabilius MS.

351 sunt H I: om. MS.

352 Itaque H I: Ita MS.

355 secunda H I: 5. MS.

357 pecuniosum H I: pecuniosum hominem

340–341 Apud Plautum etc. In Brassicanus, Er. read: "Plautus dixit: versutior rota figulari." See Plaut. *Epid.* 371 "Vorsutior es quam rota figularis."

3728

343 Menander, fr. 587 Koerte II, quoted by Stob. IV, 22, 158 (344 ἐρεθίσαι).

346 *Hebraeorum sententiae* Sir. 25, 23 "non est ira super iram mulieris."

346–353 *Iritabile* etc. Er. expresses contempt for the female sex in some other adages too; see 2921 (Foemina nihil pestilentius), 1922 (Mulierum exitia) and 3097 (Mulierem ornat silentium). Even so, Heinimann (*ASD* II, 5, p. 281, n.ll. 913–914) cautions against taking Er.' occasional sharp remarks as expressions of misogyny.

351 *linguae venenum* "Mulieres lingua melius quam viri belligerantur", Er. remarks in *Adag.* 2700 (Canes timidi vehementius latrant).

3729

355 Cic. *Verr.* 1, 1, 1.358 *Verr.* 2, 1, 2, 6.361 Sall. *Iug.* 8, 1 (Romae omnia venalia esse); cf. 20, 1; 28, 1; 31, 25; 35, 10.

3730 Otto 1035.

364–365 Fest. p. 132 Lindsay "*Manum et mentum* proverbium est ex Graeco ductum...". As regards the Greek proverb, Er. also quotes it (from Gell. XIII, 18, 3) in an adage of ear-

MS.

357–362 Et... haereret H I: om. MS.

367 ei H I: add. MS.

375–377 Hic... mentum H I: om. MS.

380 antiqui H I: veteres MS.

383 incompositum H I: incompositum. Itidem Scythicae grecis est calciamenti genus, inconditum MS.

383–393 et rusticanum... videri H I: om. MS.

lier date, namely 401 (Multa cadunt inter calicem supremaque labra).

366 *Chalcas* For *Chalcas* instead of Calchas see *ASD* II, 1, p. 217, app. crit., n.l. 110; II, 6, p. 487, l. 117.

367 *degustare* There is a lacuna in the text of Festus on this point. Er. has supplied the verb from other sources; see *Adag.* 401.

368 *undiquaque* 'in every respect'. A non-classical form, compounded from 'unde' and 'quaque' after the analogy of 'ubiquaque'. Er. also uses the variant 'vndequaque' (*Adag.* 3767, p. 162, l. 775 and 3836, p. 196, l. 393).

375 *proverbio... labra* *Adag.* 401.

377 *prosonomasia* Er. frequently uses *prosonomasia* instead of the correct term 'paronomasia', e.g. in *Adag.* 297 (Septem conuiuium, nouem conuicium).

3731 The second part (ll. 385 ff.) is taken from Brassicanus, *Prou.* 73 (Calcei Sicyonii).

379 Hesych. Κολοφώνια 3391 Latte: ὑποδήματα κοῦλα. There is no evidence that this was a proverbial expression. Er.' suggestion that one may use it in a metaphorical sense was perhaps prompted by the Cicero passage quoted in ll. 387 ff., in which there is mention of 'Sicyonian shoes' in a comparison.

379–385 *Nam... Colophonis* Added by Er.

382 *cauum truncum* A literal translation of the Dutch word 'holsblok' (wooden shoe, clog).

385 niis. Huic contrarium videtur calciamentum Sicyonium, cui cognomen inditum
 a Sicyone, ciuitate Peloponnesi, vt indicat Stephanus atque etiam Sextus Pom-
 peius Festus. Neuter tamen indicat vsum adagii. M. Tullius indicat Sicyonios cal-
 ceos fuisse perbellos, sed aptiores foeminis et effoeminatis quam viris. M. Tullii
 390 verba subscribam: *Quin etiam, quum et scriptam orationem disertus orator Lysias*
attulisset ad Socratem, quam si videretur edisceret ac pro se in iudicio vteretur, non
inuitus legit et commode scriptam esse dixit; 'sed' inquit 'vt, si mihi calceos Sicyonios
attulisses, non vterer, quamuis essent habiles et apti ad pedes, quia non essent viriles',
sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri.

[H]

MANDUCES

3732

395 *Manduces* dicebantur vehementer famelici aut qui minis inanibus terrorem incur-
 terent. Festus Pompeius tradit in pompis olim inter caeteras ridiculas ac formi-
 dosas imagines ire solere effigiem magnis malis, late dehiscente rictu et ingen-
 tem dentibus sonitum facientem. Eam 'manducem' appellabant. Apud Plautum
 in Rudentibus ita loquitur Charmides parasitus:

400 *Quid si aliquo ad ludos pro manduce me locem?*
Quapropter? Quia pol clare crepito dentibus.

Enatarat parasitus e naufragio totusque horrebat prae frigore. Vnde paulo post
 dicit se *omnia corusca* loqui. Aut de hac aut de simili effigie sentire videtur Mar-
 tialis, quum ait:

405 *Sum figuli lusus, rufi persona Bataui.*
Quae tu derides, haec timet ora puer.

Hoc genus imaginum Graeci vocant *μορμολόκια*, quod lupina specie terrent
 pueros, vt a plorando desisterent.

[H]

VBI TV CAIVS, IBI EGO CAIA

3733

410 Plutarchus in Problematibus Romanis quaerit vnde mos ille natus sit vt qui spon-
 sam ad sponsum deducerent iuberent illam haec verba profari: "Οπου σὺ Κάτιος,
 ἐγὼ Κάτια, id est *Vbi tu Caius, ego Caia*, dubitatque an prisci voluerint sponsam
 his verbis depecisci cum sponso vt inter ipsos omnia essent communia pariterque
 imperarent in familia, quasi diceret: 'Vt tu dominus domus et autor, ita ego
 415 domina domus atque hera.' Forma sermonis sumpta videtur a iurisconsultis, qui
 pro quibusuis nominibus ponunt *C. Seium* et *L. Titium*, quemadmodum philo-
 sopher *Dionem* ac *Theonem*. Vnde et illud prouerbiū quod alibi citauimus ex
 Varrone *Idem Actii quod Titii*, quum par duorum ius significatur. An potius omni-
 nis causa Caia nominetur, quod fuerit quaedam Caia Cecilia, mulier quum ele-
 420 ganti forma tum probatissimis moribus, antea dicta Tanaquil, quae nupsit vni e
 filiis Tarquinii, videlicet Tarquinio Prisco. Huic Caiae Romani posuerunt sta-
 tuam aeream in templo Sancti – sic enim scribit Plutarchus: ἐν τῷ τοῦ Σάγκτου

ἱερῶ. Is erat deus olim hoc nomine cultus apud Romanos, vnus e numero duodecim selectorum. Ibidem antiquitus erant reposita illius sandalia et colus, quorum illa testabantur eam domi manentem familiae curam habuisse, haec industriam significabat, quod muliebres operas diligenter obierit, lanificii studiosa. Huius itaque nominis mentio sponsam admonebat vt talis esset suo marito qualis Caia Cecilia fuerat suo. Inter priscas nuptiarum ceremonias seruabatur et illud, | quod inauspicatum habebatur vel sponsum vel sponsam propriis appellare nominibus. Quin et in hodiernum vsque diem obseruatur vt sponsa relicto cognomento gentilitio transeat ad cognomen viri, vt: Hectoris Andromache.

LB 1131
430

398 Apud Plautum *H I*: ex Apud [add.] Plautus corr. *MS*.
399 ita... parasitus *H I*: add. *MS*.
400 aliquo *H I*: add. *MS*.
401 Quia pol *H I*: add. *MS*.
402-406 Vnde... puer *H I*: add. *MS*.
407-408 Hoc... desisterent *H I*: om. *MS*.
410 Romanis *H I*: add. *MS*.
411 sponsum *H I*: sponsam *MS*.
415 iuriconsultis *H I*: iureconsultis *MS*.
417 Dionem ac *H I*: add. *MS*.
417-418 quod... Varrone *H I*: add. *MS*.
419 Caia Cecilia *H I*: ex Cecilia Caia corr. *MS*.

420 antea dicta Tanaquil *H I*: om. *MS*.
421 videlicet Tarquinio Prisco *H I*: om. *MS*;
posuerunt *H I*: posuerant *MS*.
423-424 Is... selectorum *H I*: om. *MS*.
424 erant reposita *H I*: reposita erant *MS*.
426 significabat *H I*: significabant *MS*; lanificii studiosa *H I*: om. *MS*.
429 propriis *H I*: add. *MS*.
431 ad *H I*: in *MS*; vt *H I*: add. *MS*; Andromache *H I*: Andromache, et Margareta Ropera, quod cognomen est marito, quum antea Mora diceretur *MS*.
433 sororem *H I*: ex sorem corr. *MS*.

385 *calciamentum Sicyonium* Hesych. σικυώνια
627 Schmidt: ὑποδήματα γυναικεῖα.
386 Steph. Byz. Σικυών. Fest. p. 455 Lindsay.
387 Cic. *De or.* I, 54, 231 (389 ei; disertissimus;
390 attulisset, quam si ei videretur edisceret,
ut ea pro; 392 atque [et v.l.] apti ad pedem).
Unlike Brassicanus, Er. does not bother here
to quote accurately. See also *Apopht.* III,
Socratica 65, *LB IV*, 161 F.

3732

395 *Manduces* Fest. p. 115 Lindsay. The correct form is 'manduci'. Er. has adopted the wrong form from the Aldine edition of 1513 (col. 1165) or, possibly, from Giambattista Pio's Plautus commentary; see n.l. 398 below.

396 Fest. loc. cit.

398 Plaut. *Rud.* 535 f. (400 me pro manduco: me pro manduce Pio ad loc.). This passage is also found in Festus, but Er. quotes it directly from Plautus.

402 paulo post Rather, 'paulo ante': *Rud.* 526.

403 Mart. XIV, 176 (405 russi). Er. owes this reference to Pio, who quotes the same passage (reading "rusi") in his Plautus commentary.

407 *Hoc genus...* μορμολόγια Cf. *Erym. mag.* μορμολυκεῖον 590, 51-58.

3733

410 Plut. *Mor.* 271 e (411 Γάιος; 412 Γαῖα).

415-417 *Forma...* *Theonem* Again after Plut. loc. cit. Cf. Otto 1790 and *Nachträge zu*

Otto, p. 119.

417 *alibi Adag.* 977 (Idem Accii quod Titii).

418 Varro, *Men.* 543 Buecheler, quoted by Gell. III, 16, 13 "Attio idem quod Titio ius esto".

418-419 *An potius...* *nominetur* The clause depends on *dubitatque* (l. 412). The syntactic structure, which closely follows the passage in Plutarch, is awkward; it may be taken as a symptom of hasty writing and of lack of revision.

418-422 *An potius...* *Sancti* The primary source is Plut. loc. cit., to which Er. adds details taken from Fest. p. 85 Lindsay.

422 *Sancti* So Plutarch, but the real name of the god was Sancus; see F. Bömer's comment on Ovid. *Fast.* VI, 213.

424-426 *Ibidem...* *significabat* Plut. loc. cit.

426 *lanificii studiosa* After Fest. loc. cit.

431 *vt: Hectoris Andromache* In the first version of the present adage, preserved in *MS*, Er. gave a second example, namely "et Margareta Ropera, quod cognomen est marito, quum antea Mora diceretur." It is unclear why Er. on second thought decided to reject this homage to More's esteemed daughter Margaret (it is not deleted in *MS*). She married William Roper in 1521 and corresponded with Er.; see *Contemporaries II*, s.v. and C. Béné, *Cadeau d'Er. à Margaret Roper: Deux hymnes de Prudence*, *Moreana* 26 (Mélanges Marc'hadour) (1989), pp. 469-480.

Prouerbiū e coniugio natum inter coniuges maneat, nisi quod potest et ad sororem fratremque accommodari.

[H] RVMOR PVBLICVS NON OMNINO FRVSTRA EST 3734

435 Carmen Hesiodi celebratissimum citat Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum vii.:

Φήμη δ' οὔτοι πάμπαν ἀπόλλυται ἤντινα λαοὶ
Πολλοὶ φημίζωσιν, id est
Haud quaquam in totum rumor perit ille, per ora
440 *Qui volitat populis compluribus.*

Philosophus hunc versiculum adducit velut argumentum probabile voluptatem esse summum bonum, quod eam et homines expetant et bruta animantia.

[H] QVADRATVS HOMO 3735

445 Aristoteles Moralium Nicomachiorum primo disputans aduersus eos qui felicitatem hominis bonis externis definiunt, quae fortunae arbitrio dantur simul et eripiuntur, dicit ad hanc rationem felicem chamaeleontem quempiam induci, vt qui subinde mutatis rebus nunc felix sit, nunc infelix, quemadmodum chamaeleon ad speciem rerum quibus admouetur mutat colorem, quum vera felicitas praecipue sita sit in bonis animi. Vnde colligit, qui vere beatus sit nihil obstare quo
450 minus per omnem vitam sit beatus, ac subiicit: Ἀεὶ γὰρ ἡ μάλιστα πάντως πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς ὃ γ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου, id est *Semper enim aut quammaxime omnino faciet et contemplabitur quae sunt virtutis, ac fortunae casus optime feret ac prorsus omni ex parte modulate, is sane qui vere bonus est et*
455 *quadrangulus, carens omni vitio.* Libro Rhetoricorum tertio meminit huius dicti inter genera metaphorarum. Haec autem figura, in quamcunque partem voluatur, sui similis est; ita sapiens, quaecunque inciderit fortuna, non mutat animum.

Venustius erit, si viri fortis animum nec vllis fortunae casibus labefactabilem dicamus τετράγωνον.

460 [H] MERCES AMICO CONSTITVATVR 3736

Plutarchus in vita Thesei tradit fuisse quendam Pittheum, auum Thesei matrem, a quo Hippolytus ille pudicus fuerit institutus. Is gnomologiis, quae tum temporis praecipua habebatur sapientia, clarus erat. Ex eius sententiis hanc vnam fuisse ferunt:

465 Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω, id est
Aequa viro merces fac praestituatur amico.

470 Aristoteles nono Moralium Nicomachiorum narrat Protagoram cum nemine discipulorum solere pacisci, verum vbi iam didicissent quae volebant, iussit ipsos dispicere, quanti aestimarent ea quae didicerant, et quicquid ab illis dabatur accipiebat. Hoc animo qui sunt, iis in hoc genere commerciorum putat esse satis Pitthei praeceptum, qui iubet amico viro statui mercedem iustam et aequam.

475 Bene haberet, si medici quoque nihil paciscerentur, sed aegro leuato acciperent quod daretur. Nam quod Aristoteles inibi refert de quibusdam sophisticis qui neminem recipiebant in disciplinam nisi numerata mercede, mox acceptis nummis non praestabant quod erant polliciti, videmus interdum fieri a chirurgis ac medicis malae fidei; ac fere comperiuntur esse impostores qui stipulantur ingens praemium nec admouent manum nisi aut tota summa aut maxima pars statim numeretur.

[H]

A BONIS BONA DISCE

3737

480 Aristoteles Moralium Nicomachiorum nono, ostendens virtutem optime disci conuictu bonorum, quod amici se mutuo corrigunt, si quid erratum est, et sese vicisim ad honestas excitant actiones, citat carmen veluti notum: Ἐσθλῶν μὲν

434 non omnino frustra est *H I: om. MS.*435 citat Aristoteles *H I: citat Ho [sed Ho del.] Aristoteles MS.*436 vii. *H I: om. MS.*437 οὔτοι *H I: οὔτι MS.*442 summum *H I: ex summam corr. MS.*447 sit *H I: appareat MS.*449 sita sit *H I: sit om. MS.*452 ἀληθῶς ἀγαθὸς *H I: ἀγαθὸς ἀληθῶς ex ἀλ. ἀγ. corr. MS.*453 aut *H I: aut certe MS; et H I: om. MS.*454 sane *H I: om. MS.*456 partem *H I: add. MS.*458-459 Venustus... τετράγωνον *H I: om. MS.*461 quendam Pittheum *H I: Tittheum quendam MS.*462 quae *H I: ex quum [?] corr. MS.*463 sapientia *H I: sapietia MS.*467 nono *H I: ex.... [?] corr. MS.*469-470 accipiebat *H I: accipiebant MS.*477 tota *H I: toa MS.*482 citat *H I: ex notat [?] corr. MS.*

3734

435 Hes. *Erg.* 763, quoted by Aristot. *Eth. Nic.* VII, 13, 5 (437 οὔτις; οὔτι γε v.l.).438 φημίζωσιν In Aristot. *Eth. Nic.* the line breaks off after πολλοί. The verb in Er.' version may have been supplied directly from Hesiod, or from Aeschines (I, 129 or 2, 144), who quotes Hesiod more fully (φημίξωσι: φημίζωσι v.l.); see *Adag.* 4076, ll. 737 ff.

3735

444 Aristot. *Eth. Nic.* I, 9 f. The chameleon is referred to in I, 10, 8.450 *Eth. Nic.* I, 10, 11 (πάντων).455 Aristot. *Rhet.* III, 11, 2.456 *Haec figura* i.e. the square.

3736

461 Plut. *Thes.* 3, 2-4.462-464 *Is gnomologiis... ferunt* Er. misinterprets Plutarch. Not Pittheus, but Hesiod was famous for his maxims; one of these is ascribed to Pittheus, as Plutarch says (*Thes.* 3, 3). The verse is found in Hes. *Erg.* 370.462 *gnomologiis γνωμολογίας* Plut.467 Aristot. *Eth. Nic.* IX, 1, 5.473 Aristot. *ibid.*, 6-7.

3737

480 Aristot. *Eth. Nic.* IX, 12.482-484 *citat... Socratis* Aristot. *Eth. Nic.* IX, 12, 3. The line is indeed from Theognis (*Eleg.* I, 35). Er. inferred this from Xen. *Symp.* 2, 4, where the name of the poet is given. The same line is quoted by Xen. *Mem.* I, 2, 20, but without the name of an author. Hence, Er.' reference to Xen. *Mem.* is due to a mistake.

γάρ ἀπ' ἐσθλά. Versus autem est Theognidis, cuius meminit Xenophon in com-
 485 melius olere quam quo vngebantur athletae, amaracinum et foliatum foeminis
 esse relinquenda. Rogatus quid deceret olere senes, respondit: 'Probitatem.' Dein
 rogatus vbi hoc vnquentum venderetur, Theognidis hemistichio respondit:

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλά διδάξεαι, id est
 Qui bonus est, ab eo bona discito.

490 Ididem et noster γνωμογράφος: *Disce, sed a doctis.*

[H]

ASINVS STRAMENTA MAVVLT QVAM AVRVM

3738

Aristoteles libro *Moralium Nicomachiorum* decimo, disputans non eandem
 omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis
 homo, citat Heraclitum, qui dixerit ὄνους σύρματ' ἂν ἐλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν·
 495 ἦδιον γὰρ χρυσοῦ τροφή ὄνοις, id est *asinus stramenta malle quam aurum, quod asi-*
nis pabulum auro sit iucundius. Atque hac quidem in parte asini plus sapiunt
 quam homines. Illi rem aestimant vsu, nos inutilibus atque etiam noxiis rebus ex
 inani persuasione ingentia statuimus precia. Notus est apologus de gallo qui gem-
 mam in sterquilinio repertam contempsit. Gallus enim mauult putre granum
 500 quam margaritum aut adamantem. Ita qui ventris sunt mancipia computationem
 temulentam omnibus disciplinis liberalibus anteponunt.

[H]

IOCANDVM VT SERIA AGAS

3739

Eodem libro refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos qui seria agunt vt
 iocentur, quum iocus in hoc interdum admittendus sit vt seriis rebus vacare
 505 liceat. Velut qui per omnem vitam magnis laboribus hoc agunt vt fiant boni sal-
 tatores aut egregii tibicines. Aristotelis verba sunt haec: Σπουδάζειν δὲ καὶ πονεῖν
 παιδιᾶς χάριν ἡλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν. Παίζειν δὲ ὅπως σπουδάζῃ, κατ'
 Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ, id est *Studere vero ac laborare ludendi gratia stoli-*
dum videtur atque admodum puerile. At ludere vt agas seria, iuxta Anacharsidis sen-
 510 *tentiam, recte videtur habere.*

[H]

CYCLOPVM MORE

3740

In eodem rursus libro *Cyclopicam vitam* appellat vbi nullis publicis legibus viui-
 tur, sed quisque suo arbitrato res gerit: Ἐν δὲ ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων ἐξημέλ-
 515 ηται: περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ζῆ ἕκαστος ὡς βούλεται, Κυκλωπικῶς θεμιστεύων
 παίδων ἢ ἀλόχου, id est *In caeteris autem ciuitatibus super his* (hoc est educatione
 liberorum) *nulla est habita cura, sed quisque viuit vt vult, Cyclopum ritu de liberis*
et vxore fas nefasque statuens. Cyclopes enim sparsim habitare feruntur in monti-
 bus, nulla specie vitae ciuilis, sed in suo quisque antro facit quod lubet. Ne reli-
 gio quidem apud illos vlla. Κύκλωπος βίος alibi nobis dictus est.

520 [H]

IN LEPORINIS

374I

Ἐν λαγῶσις, id est *in leporinis carnibus* viuere dicebantur qui laute atque in delitiis vitam agebant. Nam leporinam olim in delitiis habitam declarat Martialis:

*Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

525 Attestatur et prouerbium *Tute lepus es, et pulpamentum quaeris*. Aristophanes in *Vespis Sunt* inquit *mille ciuitates quae nunc nobis tributum soluunt. Harum vnicuique si quis imperet ut viginti alat viros,*

Δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῶσις
Καὶ στεφάνοισιν παντοδαποῖσιν καὶ πύῳ καὶ πυαρίτῃ, id est

530 *Viginti milia popularium viuerent in omnibus leporinis omnigenisque coronis et pyo et pyarite.* Πύον autem Graeci vocant lac quod animal primum reddit a partu et *pyariten* hinc factam decoctionem. Interpres citat carmen, ex Homero, ni fallor:

Πύον δαινόμενοι κ' ἐμπιπλάμενοι πυαρίτην, id est
Epulantes pyo et explentes sese pyarite.|

483 γὰρ H I: add. MS.

483-490 Versus... doctis H I: om. MS.

492 Moralium H I: om. MS; eandem H I: eadem MS.

493 voluptatem H I: voluptati MS.

494 citat H I: ex cit corr. MS.

496 pabulum H I: pabulum ex part [sed rt del.] MS.

498 inani MS: animi H I.

498-501 Norus... anteponunt H I: om. MS.

503 seria H I: serio MS.

504 iocentur H I: iocentur, iocent [? sed iocent del.] MS.

505 Velut H I: Veluti [?] MS.

506 Aristotelis H I: Aristoteles MS.

514 θεμιστεύων H I: ex θεμιστεύων corr. MS.

517 et H I: et et MS.

518 lubet H I: vult MS.

525 Attestatur... quaeris H I: om. MS.

527 alat H I: alant MS.

530 popularium MS: populorum H I.

531 lac H I: om. MS.

484-489 *Aiebat... discito* After Xen. *Symp.* (!) 2, 3-4. Er. quotes the same passage more fully in *Apophtb.* III, Socratica 69, *LB* IV, 162 C.

490 *noster* γνωμογράφος Cato *Dist.* IV, 23 "Disce sed a doctis, indoctos ipse doceto." For Er.' edition of the *Disticha* see *ASD* II, 4, p. 91, n.ll. 91-93.

3738 *Collect.* 29.

492 Aristot. *Eth. Nic.* X, 5, 8.

494 Heraclitus, fr. 9 Diels I, p. 152.

498 *apologus* Phaedr. III, 12, 1-2 "In sterquilino pullus gallinacius / dum quaerit, escam margaritam reperit."

3739

503 Aristot. *Eth. Nic.* X, 6, 6.

505-506 *Velut... tibiines* Added by Er.

506 Aristot. loc. cit.

3740

512 Aristot. *Eth. Nic.* X, 9, 13 (515 ἦδ'). Cf.

Hom. *Od.* IX, 114 f.

519 *alibi* *Adag.* 969 (*Cyclopica* vita).

3741 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 6 (*Inter meros lepores*).

521 Aristoph. *Vesp.* 709.

522 Martial. XIII, 92 (523 quid; certum est; 524 mattea: *gloria* v.l.).

525 *prouerbium* *Adag.* 507.

Aristoph. *Vesp.* 707 ff. (528 μυριάδ' ἄν Dobree: μυριάδες codd.; 529 πύῳ; πυριάτη; πυαρίτη ed. Ald.).

531 Πύον... *partu* Hesych. πύον 4377 Schmidt: γλά τὸ πρῶτον; cf. Suid. πύος 3179.

532 *pyariten* The correct form is *πυριάτην*.

Interpres Schol. on Aristoph. *Vesp.* 710 (533 Πύον; δαινόμενοι Porson: δαινόμενοι ed. Ald.; καὶ; πυριάτη; πυαρίτην v.l. [πυριάτην ed. Ald.]). The line is from Cratinus' *Odyssees*, fr. 149 *PCG* IV.

- LB 1133 Rursus Aristophanes in Equitibus, quum Cleon et aduersarius certatim promit-
536 tunt lautissimas epulas populo, multis deliciarum generibus nominatis promit-
tuntur et leporinae carnes quasi summae exquisitaeque deliciae.

[H] MATREM SEQVIMINI, PORCI! 3742

540 "Ἐπεσθε μητρί, χοῖροι, id est
Post matrem adeste, porci!

Id subinde repetitur apud Aristophanem in Pluto. Interpres admonet iocum esse prouerbialem in stupidos et indoctos. Sus enim Mineruae opponitur iuxta prouerbium. Veluti si quis diceret indocti praeceptoris indoctis discipulis: "Ἐπεσθε μητρί, χοῖροι. Quadrabit et in gulae ventrique deditos.

545 [H] ARISTYLLI MORE 3743

Idem eodem in loco: Σὺ δ' Ἀρίστυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς: *Tu vero Aristyllus sub-*
hians dices. Interpres admonet Aristyllum fuisse poetam deformem ore semper
hiante, quem obiter taxat Aristophanes, cuius et meminit ἐν Ἐκκλησιαζούσαις.
Tragicum autem est et histrionum ore nimium diducto loqui. At mihi videtur
550 magis taxatus Aristyllus, quod ore paululum diducto loqueretur, vt vox magna ex
parte prodiret per nares stridula, qualis est porcorum; quod viciū in quorun-
dam pronuntiatione cantuque videmus.

[H] CITERIA 3744

555 *Citeriae* conuicium in homines impendio loquaces olim iactatum est. Cato in M.
Caelium: *Quid ego dicerem amplius, quem denique credo in pompam vectitatum iri*
ludis pro citeria, atque spectatoribus sermocinaturum. Festus Pompeius admonet
'citeriam' dictam fuisse quandam effigiem argutam ac loquacem, quae ridiculi
gratia in pompis vehi soleat, crepitum et strepitum assidue aedens.

560 Nunc in pompis non circumfertur citeria, sed multi citerias habent domi, fac-
titiis illis multo magis obstreperas.

[H] OSTREI IN MOREM HAERET 3745

"Ὡσπερ λεπὰς προσίσχεται, id est *Ostrei* siue *conchylii in morem adhaeret.* Aristo-
phanes dixit in anum quae aegre a iuvene diuellebatur:

565 Ὡς εὐτόνωος, ὦ Ζεῦ Βασιλεῦ, τὸ γρατῆδιον
"Ὡσπερ λεπὰς τῷ μειρακίῳ προσίσχεται, id est
O Iuppiter, quam fortiter conchae modo
Isthaec anicula adhaeret adolescentulo!

Est concharum genus quod capillamentis quibusdam inter se cohaeret, quo tutius sit aduersus vndarum motus.

570 [H]

HODIE NIHIL SVCCEDIT

3746

Plautinus Amphitryo in sui nominis fabula citat adagii titulo:

Nihil est, vt dici solet, quod hodie bene succedat mihi.

575 Allusit autem ad vulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspicati, quidam infelices. Quod si vnum atque alterum parum successit ex sententia, hinc existimantes totum diem, dicunt: 'Hodie nihil succedet' et ab omnibus negociis abstant.

535-537 Rursus... carnes *H I: add. MS.*
 537 quasi... deliciae *H I: om. MS.*
 537 sequimini *H I: sequamini MS, sed sequimini scripsit amanuensis in indice, f. 114^o.*
 540 Post *H I: add. MS.*
 547 deformem *H I: add. MS.*
 548 ἐν *H I: in MS.*
 549 histrionum *I: histrionicum MS H.*
 555 quem *H I: quem ego MS.*

558-560 crepitum... obstreperas *H I: om. MS.*
 562 λεπὰς *H I: ex λέπας corr. MS.*
 565-569 id est... motus *H I: om. MS.*
 571 Plautinus... citat *H I: Plautus in Amphitryone cita MS.*
 572 bene *H I: om. MS.*
 573 quidam *H I: ex quibam corr. MS.*
 574-576 Quod si... abstant *H I: om. MS.*
 575 existimantes *I: aestimantes H.*

535 Aristoph. *Equ.* 1192 and 1199. The lack of grammatical sequence in the final sentence indicates that Er. worked hurriedly and did not allow himself time for a careful revision.

3742

539 Aristoph. *Plut.* 308 and 315.

541 *Interpres* Schol. ad loc.

542-543 *Sus...* *proverbium* See *Adag.* 40 (*Sus Mineruam*).

3743

546 Aristoph. *Plut.* 314.

547-548 *Interpres...* Ἐκκλησιαζούσας Schol. ad loc.; the reference is to *Eccl.* 647.

551-552 *quod vicium* etc. See *De ciuil.*, *LB I*, 1034 C "Ridiculum naribus vocem emittere, nam id cornicinum est et elephantorum."

3744

554 *Fest.* p. 52 Lindsay.

Cato, fr. 83 Sblendorio Cugusi, quoted by *Fest.* loc. cit. (555 *Quid ego cum illo disserterem: Quid ego dicerem* edd. vet.; quem ego denique credo in pompa vectitatum ire; 556 atque cum spectatoribus: *atque spectatoribus* edd. vet.). Er. quotes the same passage in *Adag.* 1644 (*Archytæ crepitaculum*),

ASD II, 4, p. 116, ll. 664 ff.

555 *pompam* So *MS, H*, and *I*.

556 *Fest.* loc. cit.; Er. has added *crepitum... aedens*.

558 *soleat* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565. 559-560 *multi...* *obstreperas* Er. may well be thinking of his own housekeeper Margarete, whom he likes to portray as a nasty bitch; see e.g. *Ep.* 2467, l. 12; 2735, ll. 50-51; *Contemporaries I*, s.v. Büsslin.

3745

562 Aristoph. *Plut.* 1096.

564-565 *Plut.* 1095 f. (565 προσείχετο: προσίσχεται v.l.).

568 *capillamentis* Cf. Aristot. *Hist. an.* IV, 529 a τὰ τριχώδη.

3746

571 The quotation is not found in Plautus, but in a supplement to the *Amphitruo*, composed by humanists; see *Adag.* 3716, p. 139, n.ll. 204-207. The line appears in Braun, *Scenae suppositiciae*, p. 136.

573-574 *vulgi...* *infelices* See *Adag.* 3988 (*Nullus dies omnino malus*).

[H]

NEC CVRRIMVS NEC REMIGAMVS

3747

Aristophanes ἐν Ἐκκλησιαζούσαις facit mulieres hoc molientes vt occupent rempublicam, quod hactenus ab omni functione submotae nihil egerint:

580 Νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν οὔτ' ἐλαύνομεν, id est
Neque currimus nunc nec iuuamur remige.

Metaphora sumpta est a nautis ad reipublicae gubernationem. Nautae 'currere' dicuntur, quum venti sunt secundi, ἐλαύνειν, quum destituti ventis remigio nauim impellunt; qui cursus dicitur *secundarius*: ὁ δεύτερος πλοῦς. Sentiunt se
 585 nec pace nec bello ad vlla vocari munia.

Apte torquebitur et in illos qui frustra conantes nihil proficiunt, videlicet aduersante fortuna.

[H]

VT LVTI BAIVLI

3748

590 Ὡσπερ πηλοφοροῦντες, id est *vt lutum baiulantes*. Apud Aristophanem in
 LB 1134 Concionatricibus queruntur foeminae populum Atheniensem non conuenire ad
 concionem | nisi dato singulis obolo, quum ante suo victu consultarent de repu-
 blica. Πηλοφορίαν autem posuit pro omnium quaestuariarum artium sordidis-
 595 sima. Apte torquebitur in eos qui functionibus honestis ad abiectum quaestum
 abutuntur, veluti qui concionantur, sacrificant, sepeliunt, ministrant sacramenta,
 non facturi nisi detur aliquid in manum, ὥσπερ οἱ πηλοφοροῦντες. Nota est sacra
 historia de Hebraeis apud Aegyptios ἐν πῆλῳ καὶ πλύνθῳ seruientibus.

[H]

TAM MVLTA QVAM SAPIENS

3749

600 Aristoteles libro Rhetoricorum tertio admonens ne orator nimium crebris enthy-
 mematibus vtatur, sed tantum intermisceat, subiicit hoc carmen, Homeri, ni fal-
 lor, ceu vulgo iactatum:

ᾧΩ φίλ', ἐπεὶ τόσα εἶπες ὅσ' ἂν πεπνυμένος ἀνήρ.
Quandoquidem nobis tam multa loquutus, amice, es
Quam multa prudens vir diceret atque peritus.

605 Conueniet in hominem multa loquentem potius quam opportuna. τόσα inquit
 Aristoteles, ἀλλ' οὐ τοιαῦτα, id est *tam multa, at non talia*. Neque enim perinde
 refert quam multa loquamur, sed quam ad rem facientia, quemadmodum philo-
 sophus quidam dixit non eos pro doctis habendos qui multa didicissent, sed qui
 vtilia.

[H]

HOC IAM ET VATES SCIVNT

3750

610 Idem aliquanto post, disserens quod in consultationibus apud populum dicere
 multo sit difficilius quam in iudiciis causas agere – eo quod qui suadet de futuris

loquitur, qui accusat aut defendit de praeteritis et ad haec legem habet pro fundamento, quo habito facile est reperire demonstrationem —, subiungit Epimenidis Cretensis sententiam “Ο ἐπιστητὸν ἤδη καὶ μάντεσι, id est *Quod* (videlicet *factum*) *sciri iam potest et a diuinis*. Addit Epimenidem solere non de futuris, quae sciri non possunt, sed de praeteritis vaticinari, verum occultis. Nam est hoc quoddam diuinandi genus. Beatus Paulus Epimenidem *prophetam* appellat.

Apte torquebitur iocus in rem tandem compertam quae diu fefellerat.

[H]

NOVI NVMMI

3751

620 Ex Plauto apparet non esse nouum publicam monetam in singulos annos cudi deteriolem. Sic enim praefatur in Cassinam:

*Qui vtuntur vino vetere sapientes puto
Et qui libenter veteres spectant fabulas.
Antiqua enim opera et verba quum vobis placent,
625 Aequum placere est ante veteres fabulas;
Nam nunc nouae quae prodeunt comoediae
Multo sunt nequiores quam nummi noui.*

579 submotae H I: *add. MS.*

580 γὰρ H I: *add. MS.*

581 remige H I: *ex rege corr. MS.*

586–587 Apte... fortuna H I: *om. MS.*

589 Aristophanem H I: *ex Aristophanes corr. MS.*

592 artium H I: *om. MS.*; sordidissima H I: *ex sordissima corr. MS.*

593 qui H I: *qui qui [sed qui del.] MS.*

595–596 ὡσπερ... seruientibus H I: *om. MS.*

605–608 Neque... vtilia H I: *om. MS.*

614 ἤδη H I: *add. MS.*; videlicet factum H I: *add. MS.*

615 *et MS: om. H I.*

616 praeteritis vaticinari H I: *praeteritis sa [sed sa del.] vaticinari MS.*

617 Beatus... appellat H I: *om. MS.*

3747

578 Aristoph. *Eccl.* 109. Er. quotes the same line in *Adag.* 318 (Remis velisque), *ASD* II, 1, p. 424, l. 415 and 2371 (Altera nauigatio), II, 5, p. 275, l. 796; see the notes ad loc.

584 *cursus*... πλοῦς See *Adag.* 2371.

3748

589 Aristoph. *Eccl.* 310.

595–596 *sacra historia Iudith* 5, 11 (ἐν πόνῳ [πηλῶ v.l.] καὶ πλίνθῳ).

3749

598 Aristot. *Rhet.* III, 17, 6, where Hom. *Od.* IV, 204 is quoted.

605 Aristot. loc. cit.

606–607 *philosophus quidam* Aristippus, quoted by Diog. Laert. II, 71. Er. quotes this passage more fully in *Apophth.* III, Aristippus 18, *LB* IV, 167 C–D “Quemadmodum non hi qui plurimum edunt excernuntque melius

valent his qui sumunt quantum opus est, ita non qui plurima, sed qui vtilia legerunt studiosi et eruditi sunt habendi.”

3750

610 Aristot. *Rhet.* III, 17, 10.

613–614 Epimenides, fr. 4 Diels I, p. 33, quoted by Aristot. loc. cit. (τοῖς μάντεσιν).

617 *Paulus Tit.* 1, 12. However, St. Paul does not mention the name of Epimenides. Er. identified the Cretan prophet with Epimenides on the authority of Jerome. See *Adag.* 129 (Cretiza cum Cretensi), *ASD* II, 1, p. 245, ll. 777 ff.; 1778 (Ventres), *ASD* II, 4, p. 198, ll. 54 ff. and the notes ad loc.

3751

620 Plaut. *Cas.* 10.

621 *Cas.* 5–10 (624 Antiqua opera; 625 est placere ante alias veteres).

[H]

ΘΡΑΤΤΕΙΝ

3752

Dictum est nobis in superioribus Κρητίζειν abiisse in prouerbiū fraudulentiae.
 630 Idem obscurius indicatur per θράττειν. Quae vox Graecis significat *turbare* aut
molestum esse, quod si respicias ad Θράττας, quae sunt ancillae Thraciae, signifi-
cat decipere et Thraciis dolis tractare. Theodorus de Nicone citharoedo dixit: θράτ-
 τει σε. Nicon autem erat Thrax. Hoc si nescias, dictum amittit gratiam. Refert
 Aristoteles libro Rhetoricorum iii. Arbitror huc alluisse Aristophanem in Equiti-
 635 bus, vbi Nicias iussus audacter eloqui quod haberet, respondit: Ἄλλ' οὐκ ἔνι μοι
 τὸ θρέττε. Interpres admonet θρέττε barbaricam esse vocem, quae *fiduciam* signifi-
 ficet et ad audendum animet, quasi quis dicat: Sume Thracum audaciam!

[H]

NEQVE DICTA NEQVE FACTA

3753

Μήτε δεδραμένα μήτε εἰρημένα. Non dubium quin prouerbiali schemate vehe-
 640 menter falsa dicamus *neque dicta neque facta*, quod genus illud *neque scriptum*
neque pictum; nam de veris mendacio mixtis dicimus *facta atque infecta*. Aristo-
 phanes in Concionatricibus: Ἄλλὰ πέραινε μόνον μήτε δεδραμένα μήτε εἰρημένα
 πω πρότερον: *Age, perora tantum neque facta neque dicta unquam prius*. Comicus
 ioco monet vt omnia noua dicat, quod vetera cum fastidio audiantur. Egregie
 645 vero nouum sit oportet quod neque dictum est antea neque factum, quum iuxta
 sapientis Hebraei dictum *nihil sit nouum sub sole*. M. Tullius in orationibus |
 LB 1135 frequenter *nouo more* factum ait cuius nullum vnquam extitit exemplum.

[H]

SALVETE, EQVORVM FILIAE!

3754

Apparet ioco vulgari fuisse iactatum in eos qui emolumentū gratia blandiuntur.
 650 Refert Aristoteles libro Rhetoricorum iii. In certamine mulorum quum is qui
 vicerat dixisset exile precium pro carmine, Simonides recusauit, indignans mulos
 celebrare suo poemate. Verum vbi victor dedisset satis magnum praemium, car-
 men tale fecit:

Χαίρετ' ἄλλοπόδων θυγατέρες ἵππων.
 655 *Saluetote, volucripedum soboles equorum!*

Siluit enim quod essent ex asinis quoque nati et quod honestius erat expressit,
equorum filias appellans.

[H]

MITHRAGYRTES, NON DADVCHVS

3755

Is qui in functione quapiam sordidas contemptasque partes agit Mithragyrtes
 660 dicetur, daduchus esse negabitur. Eoque Iphicrates Calliam Μιθραγύρτην, οὐ
 δαδοῦχον appellabat, significans illum non fuisse initiatum sacris, sed tamen velle
 videri. Mithras apud Persas sol dicitur, quem illi deorum summum iudicant.

665 Vnde Mithragyrtae dici videntur qui obambulant cum simulatis mysteriis ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum et olim fuisse declarat Apuleius Asinus, non dissimiles iis qui hodie diui Antonii, Cornelii aut Ioannis Baptistae reliquias ad quaestum circumferunt potius quam ad pietatem.

632 Thraciis *H I*: creticis *MS*; citharoedo *H I*: citharedo *MS*.
 633 erat Thrax *H I*: erat erat Cretensis *MS*.
 634–637 Arbitror... significet *H I*: *add. MS*.
 635 Nicias *H I*: Nicia *MS*; quod *H I*: quid *MS*.
 636 *alt.* θρέττε *H I*: Thrette *MS*.
 637 et ad... audaciam *H I*: *om. MS*.
 640 neque scriptum *H I*: *om. MS*.
 645 antea *H I*: *om. MS*.

645–647 quum... exemplum *H I*: *om. MS*.
 652–653 carmen tale fecit *H I*: fecit tale carmen *MS*.
 655 soboles *H I*: vos filiae *MS*.
 656 nati *H I*: natae [?] *ex nati corr. MS*.
 659 partes *H I*: parteis *MS*; agit *H I*: agut *MS*.
 663 Mithragyrtae *H I*: Mythragyrte *MS*.
 665 dissimiles *H I*: dissimile *MS*.
 666 potius... pietatem *H I*: *om. MS*.

3752

629 *superioribus Adag.* 129 (Cretiza cum Cretensi).
 630 θράττειν Aristot. *Rhet.* III, II, 6.
 630–631 *turbare aut molestum esse* Hesych. θράττειν 699 Latte: ἐνοχλεῖν, ταραττειν. See also *Etym. mag.* 454, 19 and Suid. s.v. 465.
 632 *Thraciis dolis* Concerning the unreliable character of the Thracians see *Adag.* 928 (Thracium commentum).
 634 Aristot. loc. cit. – Aristoph. *Equ.* 17.
 636–637 *Interpres* etc. The scholiast does indeed relate τὸ θρέττε το θάρρειν (to be of good courage). Er. himself connects this with the Thracians.
 3753
 639 Aristoph. *Eccl.* 579.
 640–641 *neque... pictum* Plaut. *Asin.* 174 (neque pictum neque scriptum).
 641 *facta atque infecta* Verg. *Aen.* IV, 190. Aristoph. *Eccl.* 578 f.
 644 *quod vetera... audiantur* After Aristoph., I, 580.
 646 *sapientis Hebraei* *Eccl.* I, 10 “nihil sub sole novum.”
 Cic. *Mur.* 21, 44; *Verr.* 2, II, 27, 67; 46, 114; V, 27, 68.
 3754
 650 Aristot. *Rhet.* III, 2, 14.
 651 Simonides, fr. 10 *PMG*, p. 247, quoted by Aristot. loc. cit. (654 θύγατρεις: θυγατέρες v.l.).
 3755
 660–662 *Iphicrates... videri* Aristot. *Rhet.* III, 2, 10 (μυτραγύρτην [μυτραγυρτην v.l.] ἀλλ’ οὐ

δαδοῦχον). The correct reading is μυτραγύρτην; it denotes a begging priest of Cybele, as Pier Vettori (Petrus Victorius) first observed in his commentary, Florentiae, 1548, p. 468.

664–665 *Apuleius Asinus* Apul. *Met.* II, 28 f. The collocation *Apuleius Asinus* is strange; see also *Adag.* 376, *ASD* II, I, p. 460, l. 252 “Apuleius Asinus libro primo scripsit...”.
 665–666 *iis qui* etc. The mendicant friars are meant.
 665 *diui... Baptistae* St. Antony of Padua, St. Cornelius (see below), and St. John the Baptist are also referred to in the colloquy ‘Exequiae seraphicae’, *ASD* I, 3, p. 691, ll. 178 f.: “Quid Cornelio mitius? Quid Antonio mansuetius? Quid Ioanne Baptista patientius, dum viuerent? At nunc quam horrendos morbos immittunt, nisi legitime colantur.” As regards Cornelius I assume that he is to be identified with Pope Cornelius (251–253), who corresponded with Cyprian and died in exile. Er. mentions him in his preface to his edition of Cyprian, Ep. 1000, l. 189. He was venerated as a martyr and a saint, and invoked as a patron against cramps and epilepsy. See *Dictionnaire d’histoire et de géographie ecclésiastiques*, XIII, Paris, 1956, s.v. Corneille (Saint); H. Bächtold-Stäubli, ed., *Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens*, II, Berlin, 1929–30, s.v. Cornelius. I disagree with the editors of the *Colloquia*, *ASD* I, 3, according to whom Cornelius the centurion (see *Act.* 10, 1–48) is meant.

[H]

SIBI PARAT MALVM QVI ALTERI PARAT

3756

Versiculum hunc Aristoteles Rhetoricorum tertio citat titulo Democriti Chii:

670 Οἱ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἄνθρωπος ἄλλω κακὰ τεύχων, id est
Ipsē sibi mala cudit quisque alii mala cudens.

Nemo potest alterum iniuria afficere nisi prius laedat seipsum. Qui alium fraudat pecunia seipsum spoliat bona mente, grauius seipsum laedit quam alterum. Verissime itaque dictum est

Ipsus se laedit alium qui laedere quaerit.

675 [H]

TRABEM BAIVLANS

3757

LB 1136

Aristoteles libro Rhetoricorum iii., disputans de quibusdam verbis quae non habent gratiam nisi pronunciatione gestuque adiuuentur, *Alioqui* inquit γίνεταί ὁ τὴν δοκὸν φέρων, id est *fit ille trabem gestans*. Id accidit in dictionibus, praesertim nominibus propriis ac pronomibus et vocibus crebro repetitis, quae tacitam habent emphasim, vt ‘Thersites contemnit Achillem’ et ‘Tu me asinum vocas?’ Similiter et in asyndetis, vt *Veni, vidi, vici* et si qua sunt similia, quae sine commendatione actionis non habent eandem gratiam. Quod genus Terentianum illud: *Exclussit; reuocat: redeam?* et mox:

Egone illam, quae illum, quae me, quae non ...! Sine modo.

685 Rursus illud in Adelphis

Storax! Non rediit hac nocte Aeschinus a coena.

Storax! enim vocantis vox est et ob id clarius pronuncianda; reliqua secum loquitur.

690 Nihil addubito quin assumptum sit ex fabula quapiam, nam ὁ τὴν δοκὸν φέρων finis est iambici trimetri. Qui trabe onustus est non est idoneus ad gestulationem, sed oneri sese accomodet oportet. Talis, opinor, persona risus gratia alicubi producta fuerat in comoedia. Interdum inducuntur σκευοφόροι gestantes sarcinas, cuiusmodi sunt quibus dicitur in *Andria*: *Vos isthaec intro auferte* et in *Hecyra* *Sosia*. Tales aut nihil dicunt aut gestu non respondent pronunciationi. Vide, num Aristoteles sentiat de *Atlantibus*, qui trabibus aedificium sustentibus supponi solent. Videntur enim laborare, quum nihil agant. Actio autem quasi vita est orationis, vitae indicium est motus. Tale quiddam in tragoediis erat *δορυφόρημα*: tantum adstabat nihil agens. Et fortassis pro ὁ δοκὸν φέρων scriptum erat ὁ δορυφορῶν, sed nihil pronuncio. Excutiant eruditi.

700 [H]

QVAE QVIS IPSE FACIT

3758

Aristoteles Rhetoricorum libro ii., disputans de affectibus, refert hoc dictum vt

vulgo iactatum: Ἄ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λέγεται τοῖς πέλας μὴ νειμεσᾶν, id est *Nam quae quis ipse facit, haec dicitur vicinis non vertere vitio*. Conuenit cum illo Terentiano

705 *Homine imperito nil quicquam est iniustius,
Qui nihil nisi quod ipse facit rectum putat.*

Sunt enim qui damnant quicquid ipsi non possunt assequi.

[H]

COGNATIO MOVET INVIDIAM

3759

710 Aristoteles eodem libro, docens inuidiam oriri erga vicina et cognata – nullus enim inuidet olim defunctis aut diuersi generis aut immenso interuallo superioribus inferioribusue –, adducit huius versiculi testimonium:

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται, id est
Etenim inuidere nouit ipsa affinitas.

715 Vnde qui eo altitudinis processerunt vt inuidiam gloria superarint *extra omnem aleam* *extraque inuidiae tela* esse dicuntur.

669–674 id est... quaerit *H I: om. MS.*

676 de *H I: que [i.e. quae] MS.*

678–688 Id accidit... loquitur *H I: om. MS.*

689 ὁ *H I: om. MS.*

692–699 Interdum... eruditi *H I: om. MS.*

702 γάρ *H I: ex γάρ corr. MS; ποιεῖ H I: ποεῖ MS.*

703 quae *H I: om. MS; non vertere H I: non reprehendere [sed reprehendere del.] vertere MS.*

707 Sunt... assequi *H I: om. MS.*

711 inferioribusue *H I: add. MS.*

714–715 Vnde... dicuntur *H I: om. MS.*

3756

668 Aristot. *Rhet.* III, 9, 6.

674 *Ipsus* etc. Walther 12854 a (*Ipsum*). Source not identified.

3757

676 Aristot. *Rhet.* III, 12, 3.

678–679 *Id accidit... repetitis* After Aristot. loc. cit.

679–680 *quae... emphasisim* 'which have an additional significance that is not expressed', namely in the written text of, for example, a play. The reciter or actor must present such words with a special dramatic force, using both his voice and gestures.

680 *Thersites* For this creature see *Adag.* 3280 (*Thersitae facies*).

681 *Veni, vidi, vici* Sen. *Suas.* II, 22; Suet. *Caes.* 37. Otto 1859.

682 Ter. *Eun.* 49 and 65.

685 Ter. *Ad.* 26 (686 a cena Aeschinus).

692 *σκευοφόροι* Aristophanes uses this word in

Ran. 497.

693 Ter. *Andr.* 28 (*istaec*).

694 Ter. *Hec.* 415 ff.

696–697 *Actio... orationis* Er. ascribes this statement to Quintilian in *Adag.* 117 (*Viua vox*), *ASD* II, 1, p. 232, l. 480. See the note ad loc.

698 *δορυφόρημα... agens* See *Adag.* 3414 (*Doryphorematis ritu*).

3758

701 Aristot. *Rhet.* II, 6, 19 (702 οὐ νειμεσᾶν).

704 Ter. *Ad.* 98 f. (705 numquam quicquam iniustius [*iniustus* v.l.]; 706 *Qui nisi quod ipse fecit nihil rectum putat*). Er. quotes from memory.

3759

709 Aristot. *Rhet.* II, 10, 5.

711 Aeschylus, fr. 305 *TrGF* III.

714–715 *extra omnem aleam* Plin. *Nat.*, praef. 7.

715 *extra tela* See *Adag.* 293 (*Extra telorum iactum*).

[H]

SAPIENS NON EGET

3760

Ibidem inter sententias refert hoc carmen:

Χρῆ δ' οὔποθ' ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ, id est
Haud unquam eget qui mente sana est praeditus,

720 siue quod magnae sint opes habere bonam mentem siue quod sapienti facile est ditescere, si velit. Velut Aristippus eiectus naufragio reperit a quibus humaniter exciperetur. Idem, quum Dionysius talentum petenti diceret: 'Nonne docebas sapientem non egere?', 'Da' inquit 'et respondebo.' Dedit rex ac mox exegit responsum. Tum Aristippus: 'Nonne verum dixi sapientem non egere?']

LB 1137

[H]

MVLTA INCREDIBILIA

3761

726 Idem in eodem opere citat hunc senarium ceu prouerbialem:

Ἄπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνει βροτοῖς.

Hac sententia putat vtendum ei qui gaudet mentiri et quod fingit vult haberi pro vero. Et aliquanto post eandem sententiam refert ex Agathone:

730 Τάχ' ἂν τις εἰκὸς αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι,
 Βροτοῦσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα, id est
Probabile hoc fortassis aliquis dixerit
Permulta hominibus inopinata obtingere.

[H]

LECYTHVM HABET IN MALIS

3762

735 Ἐχειν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις, id est *lecythum habere ad malas*, tectum et aenigmaticum conuittium est in anus quae rugas illitis pigmentis dissimulant, qualis erat Phryne meretrix iam vetula nec tamen a quaestu recedens. Aristophanes in Concionatricibus:

740 Φρόνην ἔχουσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις, id est
Phrynen gerentem lecythum iuxta genas.

Lecythum appellat vasculum vnguentarium vnde fucatur facies. Eadem solita est dicere multos bibere fecem ob vini nobilitatem, quod ad illam ἔξωρον propter scorti celebre nomen commearent amantes, quo gloriari possent sibi cum Phryne fuisse rem.

745

[H]

PISCIS EGET SALE

3763

Ἰχθὺς δεῖται ἄλός, id est *Piscis eget sale*. De re absurda et incredibili. Nec enim verisimile est pisces in mari agentes opus habere sale. Hoc videtur a populo reclamatum Androcli Pitensi, quum legem quandam reprehendens dixisset: Δέονται οἱ

νόμοι νόμου διορθώσοντος (id est *Egent leges lege correctrice*), Καὶ γὰρ ἰχθύες ἄλος (Nam et pisces sale). Leges enim in hoc datae sunt vt ad harum regulam corrigantur hominum actiones. Quodsi | ipsae leges indigent correctione, leges non sunt. Idque non minus absurdum sit quam si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis.

[H]

BACCAE EGENT OLEO

3764

755 Ibidem mox subiicit aliud eiusdem formae: Τὰ στέμφυλα δεῖται ἐλαίου, id est *Baccae egent oleo*. Neque enim credible est illi opus esse oleo vnde nascitur

718 οὐποθ' ὅστις *H I*: οὐπόθις *MS*.718–724 id est... egere *H I*: *om. MS*.726 hunc *H I*: huc *MS*.728 gaudet *H I*: putat *MS*.729–731 Et aliquanto... εἰκότα *H I*: *add. MS*.731–733 id est... obtingere *H I*: *om. MS*.739–744 id est... rem *H I*: *om. MS*.747 Hoc *H I*: Hoc est *MS*.748 Pitensi *H I*: pitens *MS*; dixisset *H I*: *add. MS*.752–753 Idque... Rhetoricis *H I*: *om. MS*.

3760

717 Ibidem Aristot. *Rhet.* II, 21, 2 Χρῆ δ' οὐποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνήρ, / παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεισθαι σοφούς (Anyone who is sound of mind should never have his children educated overmuch; Eur. *Med.* 294 f.). In isolating the first line from the next one, Er. involves himself in a weird misinterpretation. It has escaped his attention that he had quoted the same passage from the same source (Aristotle, that is) in an adage of earlier date (3100, Odi puerulos praecoci sapientia). Oddly enough, he there gives both lines, which he correctly translates: "Quisquis sapit, non vnquam oportet plus satis / Docendo pueros mox philosophos reddere." – Er.' translation of χρῆ as *egēt* is in itself understandable; see Liddell-Scott, s.v. χρῆ (he 'desires').

721–722 *Aristippus*... *exciperetur* The story is recorded by Gal. *Protrepticus* 5 Marquardt and Vittr. VI, 1.

722–724 *Idem* etc. Diog. Laert. II, 82. Er. has included the same anecdote in *Apophth.* III, *Aristippus* 58, *LB IV*, 171 C.

3761

726 Aristot. *Rhet.* II, 23, 1 (727 συμβαίνειν: συμβαίνειν v.l.). The line is attributed to Euripides, fr. 396 Nauck.

728–729 *Hac sententia*... *vero* Actually Aristotle merely gives here instructions on how to construe enthymemes.

729 *aliquanto post Rhet.* II, 24, 10. Agathon, fr. 9 *TrGF I*, p. 164.

3762

735 Aristoph. *Ecc.* 1101.

737 Aristoph. loc. cit.

741–744 *Eadem* etc. After Plut. *Mor.* 125 a: ἔλεγεν ἡ Φρόνη πρεσβυτέρα γεγεννημένη τὴν τρύγα πλείονος πωλεῖν διὰ τὴν δόξαν (Phryne, in her advancing years, said that she got a better price for her remnants because of her fame). Er. translates this in *Apophth.* VI, 82, *LB IV*, 319 C as follows: "Phryne iam anus dixit a multis fecem emi propter vini gloriam", adding the following explanation: "sentiens multos ideo secum congregi, vt gloriari possent cum Phryne rem habuisse, sicut vini magni nominis etiam fex emitur, vt iactare possint se tale vinum habere domi."

742 ἔξωρον 'too old for love'. Er. uses the same word (from Lucian) in *Adag.* 2136 (Cestum habent Veneris), *ASD II*, 5, p. 126, l. 515.

3763

746 Aristot. *Rhet.* II, 23, 22.

748–750 Δέονται ... *sale* Aristot. loc. cit. (749 τοῦ διορθώσοντος).

749 Καὶ γὰρ ἰχθύες ἄλος It is not the people who are speaking here, as Er. maintains, but Androcles. By these words ('For fish need salt, after all' – that is, to preserve them) he attempts to justify his statement 'The laws require a law to correct them'.

3764

755 Aristot. *Rhet.* II, 23, 22. (Er. has supplied δεῖται from the context.)

oleum. E baccis autem oliuarum exprimitur oleum. Cognatum illi quod ante retulimus *Ipsi fontes sitiunt*.

[H]

AVIS EX AVIBVS

3765

760 Ὅρνις ἐκ τῶν ὀρνέων, id est *avis ex auibus*, prouerbii forma dictus est Aristophani per ironiam vir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus:

Ἴδὼν ἔποφ' ὄς ὀρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων, id est
Vruram hancce quae prognata ab auibus est avis.

765 Qui de nobilitate gloriantur repetunt ab auis et atauis gentis stemmata. Nam empta nobilitas aut nuper parta non perinde magni fit.

[H]

DA LAPIDI VOLAM!

3766

770 Interpres Aristophanis indicat pueros, si quando viderint aues, dicere solere *Da lapidi volam et cadent omnes*. Conuenit, vbi quis sectatur quae non possit assequi aut minatur iis quibus non potest nocere. In comoedia quispiam ait se velle strepitu excitare aues; alter iocans respondet: Τῶ σκέλει θένε τὴν πέτραν, id est *Tibia lapidem feri!* Atque interim aues nihil habent incommodi, sed manus aut pes percutientis saxum; eoque iubet alter vt ipse capite percutiat lapidem, quo strepitus fiat duplex.

[H]

NE QVAERAS DEVS ESSE

3767

775 Μὴ ζήτει θεὸς γενέσθαι, id est *Ne quaere fieri deus*. In hominem vndequaue beatum in hac vita. Pindarus in Olympiacon hymno quinto: Ὑγιέντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάνεσσι καὶ εὐλογίαν προστιθείς, μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι: *Si quis autem opes cum sanitate coniunctas auget ac suis possessionibus contentus est atque his adiunxit honestam famam, ne petat a diis vt fiat deus*. Itidem apud nostrates vulgo dicitur: Sat fortunatus es: *quid tibi vis? Num postulas esse Deus?*

[H]

OPERI INCIPIENTI FAVENDVM

3768

LB 1139

785 Celebratissimum est *Honos alit artes et Virtus lau|data crescit*. Ita Pindarus Olympiacon hymno vi.: Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρῆθι θέμεν τηλαυγές: *In initio facinoris oportet faciem illustrem addere*, hoc est fauendum aliquid egregii facinoris aggredientibus, simul vt ipsis addatur animus et alii ad aemulationem prouocentur. At nunc plerique moleste obstrepunt, si quis quid tentet eximium. Potest et hic sensus accipi: qui famam affectat, hunc oportet ab egregio quopiam facinore auspicari, permagni siquidem refert, vnde nominis sumas exordia.

[H]

NEC APVD HOMINES NEC IN MARI

3769

790 Ibidem et illud prouerbiali schemate dictum est: Ἀκίνδουνοι δ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐν ναυσι κολαῖς τίμιαι, id est *Virtutes autem periculi expertes neque apud homines neque in cauis nauibus habentur in precio*, pro eo quod erat 'nusquam', quasi dicas 'neque terra neque mari'. Ipsa autem sententia conuenit cum illo Hesiodio decantatissimo:

795 *Virtutem posuere dei sudore parandam.*

Nemo magnam laudem parauit absque periculo, eoque Pindarus bellum appellat κυδιάνειρον, quod viris pariat illustre nomen. Tropus prouerbialis est in his verbis *nec in terra nec in mari*. Et pugnatur terra marique.

757 oliuarum *H I: om. MS.*

760 forma *H I: ex fortuna [?] corr. MS.*

761 vir *H I: om. MS.*

762 ὄς *H I: ὄς ex ὄστις corr. MS; ἐγένετ' H I: ex ἐγένετο corr. MS.*

762-765 id est... fit *H I: om. MS.*

766 lapidi volam *H I: lapidi crus [sed crus del.] volam MS.*

767 Interpres Aristophanis *H I: Interpres Aristophanes in auibus MS.*

768 volam *H I: palmam [ex crus siue brachium corr.] MS; omnes H I: ex aues corr. MS; Conuenit H I: Conueniet MS.*

769 aut... nocere *H I: om. MS; comoedia H I: Comodia MS.*

770 aues *MS H: cues I; Tibia H I: brachio MS.*

771 aut pes *H I: om. MS.*

774 queras *H: queras MS I.*

775 vndequaque *H I: vndiquaque MS.*

776 alt. in *H I: om. MS; ὑγιάνοντα H I: ex ὑγιάνοντα corr. MS.*

777 ἐξαρκεῶν *H I: ἐξ ἀρκέων MS; προστιθεὶς H I: προτιθεὶς MS; ματεύση H I: μαντεύση ex αμτεύση corr. MS.*

778 auget ac *H I: auget, ex possessionibus sufficientibus [sed ex possessionibus sufficientibus del.] ac MS.*

779 adiunxit *H I: adiunxerit MS.*

780 es *H I: om. MS.*

782 artes *H I: om. MS.*

786-788 Potest... exordia *H I: om. MS.*

790 οὔτε *H I: ex οὐδέ corr. MS.*

792-793 nusquam, quasi *H I: nusquam, pro [sed pro del.] quasi MS.*

795 parandam *H I: parandum MS.*

796-798 Nemo... marique *H I: om. MS.*

757 ante *Adag. 659 (Fontes ipsi sitiunt).*

3765

760 Aristoph. *Au. 16.*

764 *Qui... stemmata* Cf. *Iuv. 8 "Stemmata quid faciunt?" etc.*

3766

767 Schol. on Aristoph. *Au. 54 (b) Δὸς τὸ σκέλος τῆ πέτρα καὶ πεσοῦνται τὰ ὄρνεα.*

770 Aristoph. *Au. 54.* The sense is: 'Kick at the rock!'

3767

775 After the scholia on Pind. *Olymp. 5, 23 (54) f.*

vndequaque For this form see *Adag. 3730, p. 145, n.l. 368.*

776 Pind. loc. cit. (777 κτεάτεσσι).

779-780 *apud nostrates* etc. "Hoe woldijt doch hebben? Woldy Godt wesen?" (What the heck do you want? Do you want to be God?), quoted from *Gemeene Duytsche*

Spreck-woorden by Suringar, 138.

3768

782 *Honos alit artes* *Cic. Tusc. I, 2, 4;* quoted by *Aug. Civ. V, 13. Otto 169.* See *Adag. 792. Virtus laudata crescit* *Ov. Pont. IV, 2, 35 (laudataque virtus).* Otto 169.

Pind. *Olymp. 6, 3 (4) f.*

3769

790 Pind. *Olymp. 6, 9 (14) ff.*

794 Hes. *Erg. 289,* quoted in a scholium on Pind. *Olymp. 6 (14 f): τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα θεοὶ προπάρουθεν ἔθηκον.*

796 *Pindarus...* κυδιάνειρον Not Pindar, but Homer uses the epithet.

797 *viris...* nomen Hesych. κυδιάνειρα 4412 Latte: μεγάλους καὶ ἐνδόξους τοὺς ἄνδρας ποιοῦσα.

797-798 *Tropus... in mari* See *Adag. 3926 (Aut terra aut mari).*

[H] IN HOC CALCIAMENTO PEDEM HABET 3770

800 Dictum ibidem et illud adagii forma: Ἰστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδίλῳ δαιμόνιον πόδ' ἔχων, id est *Nouit enim se in hoc calciamento fortunatum habere pedem*, pro eo quod est: Nouit has laudes in ipsum competere. Olim magnae deliciae erant in soleis et calceis. Nam pedilon Gaecis est calciamenti genus varium ac picturatum, dictum παρὰ τὸ τῷ ποδὶ περιειλεῖσθαι, eo quod pedi applicetur. Vt autem non
805 omnis calceus conuenit cuilibet pedi, ita nec quaeuis laus in quemuis congruit.

[H] VIRTVS GLORIAM PARIT 3771

In eodem encomio: Τιμῶντες δ' ἀρετὰς ἐς φανεράν ὁδὸν ἔρχονται· τεκμαίρει δὲ χρῆμ' ἕκαστον, id est *Quibus virtutes in precio sunt, ii perueniunt ad illustrem viam. Nobilitat autem suum quenque opus*. Sentit benefactis potius quam opibus
810 parari veram gloriam nec vno modo contingere honestam famam, sed sua quenque virtute fieri clarum. Homerum illustrauit poetice, Demosthenem eloquentia, Aristidem integritas, Themistoclem res praeclare gestae; itidem et alii aliis modis inclaruerunt.

[H] BONVM EST DVABVS NITI ANCORIS 3772

815 Rursus in eodem: Ἀγαθαὶ δὲ πέλοντ' ἐν χειμερῷ νυκτὶ θοᾶς ἐκ ναὸς ἀπεσκιμφοῦναι δὴ ἄγκυραι: *Bonae sunt in hyberna nocte duae ancorae ad laxandum e celeri nauis*, id est: bonum est duplici praesidio niti, vt, si alterum destituat, altero iuuemur, quemadmodum is victor quem laudat geminam habebat patriam, vt, si quid accidisset alteri, ad alteram se reciperet. De hoc dictum est nobis alias (Ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν).
820

[H] E DOMO IN DOMVM 3773

Hanc sermonis formam aliquoties habemus obuam apud Pindarum et Aristophanem: οἴκοθεν οἴκαδε, quum significant aliquem propriis virtutibus quippiam egregiae laudis peperisse suae domui patriaeue. Velut in eodem encomio: Οἴκοθεν
825 οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων τειχέων, id est *A domo in domum a Stympthali moenibus*. Gratosior minusque inuidiae obnoxia virtus est quae ab auis atausque demanuit ad posteros.

[H] QVOD DICIT SOLET 3774

830 Plautus in eadem fabula rem dictu obscenam tropo subindicat. Iurat illic quidam per omnes deos cuidam nihil esse rei cum puella:

*Vt ille cum illa neque cubat neque ambulat
Neque osculatur neque illud quod dici solet.*

[H]

DOMI PVGNANS MORE GALLI

3775

LB II40

835

'Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ, id est *domi pugnax more galli*. | In eum qui semper domi desidens non audet vel in bellum vel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi; nihil autem confert reipublicae nec ea certamina celebrantur. Ita quidem interpres, sed addubito tamen an scriptum sit 'Ἐνδομάχας, id est *domi abditus*. 'Ἐνδομάχης dictio noue composita ab ἐντός et μάχομαι. Haerebit in istos qui domi perpetuo rixantur, quum foris sint placidissimis moribus. Conuenit cum eo quod alibi diximus, *Domi leones*.

840

800 ibidem *H I*: ibidem inibi [sed inibi del.] *MS*; τούτω *H I*: τούτω *MS*.
 807 Τιμῶντες *H I*: τιμῶντε *MS*; ἀρετᾶς *H I*: ex ἀρετὰν *corr. MS*.
 808 perueniunt *H I*: ex perueniant *corr. MS*.
 812-813 itidem... inclaruerunt *H I*: om. *MS*.
 815 ναὸς *H I*: νηὸς [ex νηος ?] *MS*; ἀπεσκήμφθαι *H I*: ἐπισκήμφθαι *MS*.
 819-820 De... ὀρμεῖν *H I*: om. *MS*.

823 quum *H I*: quum nihil [sed nihil del.] *MS*; quippiam *H I*: aliquid *MS*.
 825 οἴκαδ' *H I*: οἴκαδε *MS*; τειχέων *H I*: τείχεων *MS*.
 825-827 id est... posteros *H I*: om. *MS*.
 828-832 Quod... solet *H I*: om. *MS*.
 837 interpres *MS I*: interpretes *H*.
 838 'Ἐνδομάχας *H I*: ἐνδομάχας vel -ης *MS*.
 838-840 'Ἐνδομάχης... leones *H I*: om. *MS*.

3770

800 Pind. *Olymp.* 6, 8 (12-13).
 803-804 *pedilon*... applicetur *Etym. mag.* πέδιλα 658, 51-52.
 3771
 807 Pind. *Olymp.* 6, 72 (122) ff. (τεκμαίρει χρῆμα').
 809 *Nobilitat*... *opus* According to a more plausible interpretation, τεκμαίρει χρῆμα' ἕκαστον means 'Everything proves it', that is, proves what has just been said. Er. has translated a scholium, namely 123 b: ἕκαστον γὰρ τῶν ἀνθρώπων τὸ ἴδιον πρᾶγμα φανερόν ποιεῖ.
 810-813 *sua quenque* etc. Again Er. draws on the scholia (123), in which Homer and Demosthenes are cited as shining examples. In addition to this he mentions the names of Themistocles and Aristides. On the latter he observes in *Adag.* 1051 (Testulae transmutatio): "Iusti cognomen illi vulgo tributum."
 3772
 815 Pind. *Olymp.* 6, 100 (170) f.
 818 *is victor*... *patriam* After the scholia (170).
 819 *alias Adag.* 13 (Duabus ancoris fultus).
 3773
 822 Pind. *Olymp.* 6, 99 (167) and 7, 4 (6). To

my knowledge the expression is not found in Aristophanes.

824 Pind. *Olymp.* 6, 99.
 826-827 *Gratiosior* etc. For the idea expressed see *Adag.* 3759 (Cognatio mouet inuidiam).
 3774
 829 Plaut. *Bacch.* 896 f. The reference in *eadem fabula* is strange and a symptom of lack of editorial care, as the *Bacchides* is not mentioned in the preceding adages. (The last reference to Plautus so far has been in *Adag.* 3751.) The adage is not found in *MS*. Er. has inserted the Plautus passage into a sequence of quotations from Pindar (3767-3778), perhaps for the sake of variation. There is a cluster of quotations from the *Bacchides* in 4068-4071.
 3775
 834 Pind. *Olymp.* 12, 14 (20).
 835-836 *hoc animal*... *reipublicae* After a scholium ad loc. (20 b).
 838 'Ἐνδομάχας More correctly: ἐνδομάχος. However, Er.' proposal for emendation is unnecessary.
 840 *alibi Adag.* 3480 (In pace leones).

[H]

NEC DEVS NEC HOMO

3776

Hoc schema prouerbiale frequenter obuium est apud poetas: *Diis hominibusque inuitis, Proh deum atque hominum fidem, Ibi de diuinis atque humanis cernitur.* Horatius:

845 *Non dii, non homines, non concessere columnae.*

Pindarus in Pythiis, hymno iii.: Κλέπτει τέ μιν οὐ θεὸς οὐ βροτὸς ἔργοις οὔτε βουλαῖς, id est *Nec deus illum fallit nec homo nec factis nec consiliis.* Laudat Apollinem, qui, quum omnia sciat, nihil tamen mentiatur.

[H]

APVD MATREM MANERE

3777

850 Παρὰ ματρὶ μένειν dicebantur qui per ignauiam semper domi manentes nihil audent praeclari facinoris. Pindarus Pythiorum oda iiii.: Μὴ τινα λειπόμενον τὸν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν, id est *Ne quis immunis a periculo relictus apud matrem maneret.* Loquitur, ni fallor, de Argonautis, qui audaci peregrinatione quaerebant gloriam Iunonis auspiciis. Molles et effoeminati temporibus Augustini μαμμήθρεπτοι dicebantur, siue quod ab auis essent educati, quae nepotulos suos tenerius amant quam ipsae matres, siue quod Graeci μάμμην diminutiue dicunt *materculam.* Quin et hodie vulgus *matris filium* appellat adolescentem delicatius educatum, ac tales dicebantur *matrissare.*

855

[H]

SINE CANIBVS ET RETIBVS

3778

860 Ἄνευ κυνῶν τε καὶ λίνων, id est *absque canibus et retibus.* Hoc quidem schemate Pindarus Nemeorum oda iii. significauit summam celeritatem. Quis enim pedibus assequatur ceruos, nisi aut a canibus remorentur aut implicentur retibus? Conueniet tamen in eos qui clanculariis artibus capiunt praedam. Pindari verba sic habent: Κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν δολίων θ' ἐρέκων, id est *Ceruos occidentem sine canibus ac dolosis retibus.*

865

Dicetur et in eos qui non alienis praesidiis, sed proprio Marte rem gerunt.

[H]

ET SCCELLI FILIVM ABOMINOR

3779

Hic est affectus humanus, vt si quis vel hominem vel quamcunque rem vehementer oderit non solum a commemoratione, verumetiam a cognatis vocibus abhorreat. Id eleganter expressit Aristophanes in Auibus. Ibi persona quaedam sic loquitur:

870

Ἄριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν, id est
Aristocratiam palam est te quaerere.

Altera respondet:

- 875 Ἡκίστα· καὶ τὸν Σκελλίου βδελύττομαι.
Minime, sed ipsum Scellii natum quoque
Abominor.

Scellii filius dictus est Aristocrates. Hoc nomen iure inuisum est detestanti aristocratiam, quod ea vox abominandae rei memoriam renouet.

- 880 [H] LARINVM VERBVM 3780

Λαρινὸν ἔπος, id est *Larinum verbum* appellabant ingens atque egregium, hinc orto prouerbio quod in Larissa boues sint praegrandes ac praepingues. Alii putant 'Larinos' dictos obesos ac praegrandes a Larino quodam pastore supra modum magno corpore, boues autem praegrandes pasci in Epiro, posteritatem boum Geryonis. Aristophanes in Auibus:

Ἄλλὰ λέγειν ζητῶ τι πάλαι, μέγα καὶ Λαρινὸν ἔπος τι, id est

- 843 Ibi... cernitur *H I: om. MS.*
 847 id est *H I: om. MS.*
 851-852 τινα... παρὰ *H I: τινα τὸν ἀκίνδυνον*
 [τὸν ἀκίνδυνον *add.*] λειπόμενον παρὰ *MS.*
 852 immunis a periculo *H I: add. MS.*
 855 quae nepotulos *H I: que nepotulos [ex*
nepulos] MS.
 857-858 Quin... matrissare *H I: om. MS.*
 864 Κτείνοντ' *H I: κτείνοτ' MS.*
 865 canibus *H I: canibus pariter MS.*
 866 Dicitur... gerunt *H I: om. MS.*
 867 abominor *H I: ex adominor corr. MS.*
 876 Scellii *H I: σκellii MS.*
 878 inuisum est *H I: est om. MS.*
 879 quod... renouet *H I: om. MS.*
 884 autem praegrandes *H I: autem hos MS.*
 886 λέγειν *H I: λέσειν MS.*

3776

842-843 *Diis... inuitis* Cic. *Ad Q. fr.* III, 2, 1, also quoted in *Adag.* 74 (*Diis hominibusque plaudentibus*), *ASD* II, 1, p. 186, l. 2.

843 *Prob... fidem* E.g. Ter. *Heaut.* 61 and Plaut. *Epid.* 580, also quoted in *Adag.* 74; see *ASD* II, 1, p. 187, n.ll. 4-5.

Ibi... cernitur Plaut. *Trin.* 479, discussed in *Adag.* 4007 (*Apud mensam verecundari neminem decet*).

844 Hor. *Ars* 373 (845 *Non homines, non di*).

846 Pind. *Pyth.* 3, 29 (53) f.

3777

850 Pind. *Pyth.* 4, 186 (331).

851 *Pyth.* 4, 185 (330) f. (τάν).

854-855 Aug. *Enarr. in Ps.* XXX, II, sermo II, 12, *CSEL* 38, p. 210 "mammothreptus, quales dicuntur pueri qui diu sugunt, quod non decet."

857 *hodie vulgus* The reference is to the Dutch expression "moederszooontje" (Mummy's little boy); see *Woordenboek der Nederlandsche taal*, IX, 933.

858 *dicebantur matrissare* Er. suggests that the

ancients used the verb *matrissare*, but it is attested in medieval Latin only; see F. Blatt, *Novum glossarium mediae Latinitatis*, Hafniae, 1959-69, s.v. *matrizo* (four instances given). The sense is: to take after one's mother. Er.' mistake is understandable, as Plautus (*Pseud.* 442) and Terence (*Ad.* 564) use the analogous verb 'patrissare' (take after one's father).

3778

860 Pind. *Nem.* 3, 51 (89). Er. has replaced δολίων θ' ἐρκέων (see l. 864) by τε καὶ λίνων, taking λίνων from the scholia (89 a). In doing so he achieves a iambic dimeter and a melodious ring (κύνων - λίνων).

861 Pind. *Nem.* 3, 51.

3779

870 Aristoph. *Au.* 125 f.

878 *Scellii... Aristocrates* After scholium 126 b.

3780

881 Aristoph. *Au.* 465.

881-885 *ingens... Geryonis* After the scholia (465 b-d).

885 Aristoph. *Au.* 465.

*Sed tibi**Iam quaero dudum grande verbum dicere**Atque Larinon.*

- 890 Huc pertinet quod Graeci rebus ingentibus *bouem* addunt, vt: βου-φάγος (*edax*).
Simili modo Latini veteres *Lucam* dicebant pro grandi.

[H]

HERNIOSI, IN CAMPVM!

3781

Κόκκυ, ψωλοί, πεδίονδε, id est *Coccy, herniosi, in campum!*, Aristophanes in *Auibus* refert prouerbii loco:

- 895 Τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοῦπος ἀληθῶς: Κόκκυ, ψωλοί, πεδίονδε.

Quorum verborum hic sensus est: *Hoc est vere quod prouerbio dicitur: Coccy, herniosi, in campum!* (subaudi 'venite'), quod haec auis canit paulo ante messem, velut agricolas prouocans ad laborem metendi. Vnde Hesiodus: Ἦμος κόκκυξ κοκκύζει. Quod autem ψωλοί dixit pro 'agricolis', obiter taxauit Aegyptios, apud
900 quos plerique sunt execti, qui omnes ad vocem cuculi coguntur esse in agris. Fingit enim olim apud Aegyptios regnasse cuculum, priusquam fieret auis. Quin hodie parum viri et ob hoc vxores cum aliis habentes communes vulgo *cuculi* vocantur. Alias annotauimus ex Horatio *cuculos* a viatoribus appellari solere qui tum demum venissent ad colendam vineam, quum auditus esset cuculus. Canit
905 autem iam adulto vere, quia sero prorepat e nido, quem sibi parat sub hyemem in cauis arboribus, exuens se plumis atque his sese inuoluens, congestis in comaeatum malis ac pyris. Interpres Aristophanis admonet esse prouerbiū Κόκκυ, ψωλοί, πεδίονδε. Quum segnes ipsum tempus prouocat ad industriam.

[H]

MEΛΛΟΝΙΚΙΑΝ

3782

- 910 Nicias traducebatur, quod cunctator esset in re militari, qualis apud Romanos fuisse narratur Fabius, eoque ioculare vocem finxit vetus comoedia μελλονικιάων, ex μέλλειν, quod est *cunctari*, et Νικίας, qui fuit dux Atheniensibus. Aristophanes in *Auibus*:

- Οὐχὶ νυστάζειν ἔτι
915 "Ὀρα ἴσθιν ἡμῖν οὐδὲ μελλονικιάων,
Ἄλλ' ὡς τάχιστα δεῖ τι δρᾶν, id est
Porro oscitandi tempus haud est amplius
Nec more Niciae decet cunctarier,
Sed oportet aliquid agere quam celerrime.

920 [H]

FVMVS

3783

Καπνός dicuntur promissa magna quidem, sed inania. Vnde *fumos vendere* et *fumos offundere*. Hoc nomen inditum fuit Theageni cuidam qui, quum pauper

888 dudum grande verbum *H I*: dudum, verbum [*sed verbum del.*] grande verbum *MS*.
 890–891 Huc... grandi *H I*: *om. MS*.
 893 ψωλοὶ *H I*: ψωλοὶ *ex* πωλοὶ *corr. MS*;
 Coccy *H I*: *ex* Coccy *corr. MS*.
 895 τοῦπος *MS*: τ'οῦπος *H I*.
 898 agricolas *H I*: *ex* agricolam *corr. MS*.
 899 ψωλοὶ dixit *H I*: dixit psoli *MS*.
 900–903 Fingit... vocantur *H I*: *add. MS*.
 902 hodie *H I*: hodieque *MS*.
 903 cuculos *H I*: cucullos *MS*.

891 *Latini* etc. Er. is thinking of the combination 'Luca bos' (elephant), which he relates to Lucania in accordance with an ancient tradition. Varro, *Ling. lat.* VII, 39.

3781

893 Aristoph. *Au.* 507 'Cuckoo! To the harvest-field, you who are circumcised!' or 'Cuckoo! To the harvest-field, with foreskins drawn back!' It is some sort of shout apparently in use among farmers and familiar to Aristophanes' audience. 'Come on guys, let's go and fuck!' may render the sense. In fact, πεδῖον may here denote the female pubic area, as scholium 507 b has it. See also N. Dunbar's commentary (Oxford, 1995) ad loc. Er. takes the expression in a literal sense, interpreting it as a call to lazy farmers to go out and take on the harvest. The question is how he interpreted ψωλοὶ. He translates *herniosi*, by which he seems to mean 'castrated' (l. 900 *execti* = *exsecti*) and, in a larger sense, 'lacking virility, unmanly' (l. 902 *parum viri*). For this he may have relied on Hesychius, who explains ψωλὸν as τὸν ἀπεσχολυμένον (cut short, mutilated; see ψωλὸν 314 and σχολύψαι 80 Schmidt). That Er. interprets ψωλὸς in this way finds confirmation in Lister's commentary on the *Moria*, who explains it as "carens mentula"; see *ASD* IV, 3, p. 109, n.ll. 680–681. Er. also misinterprets ψωλὸν in Aristoph. *Equ.* 964; see *Adag.* 3124 ('Herniosus vsque ad gulam', where he uses Suidas, namely, the entry Ψωλὸν etc. 130).

895 Aristoph. loc. cit. (τοῦπος: τοῦπος *MS* et ed. Ald. 1498).

897 *haec auis*... *messem* After a scholium on *Au.* 505 (b).

898 Hes. *Erg.* 486, quoted in the same scholium (899 κοκκύσι: κοκκύζει v.l.).

899–900 *Aegyptios*... *execti* After schol. 507 c. There, however, ψωλοὶ is explained as 'circumcised' (οἱ περιτεταμένα [παρὰ- v.l.] ἔχοντες τὰ μόρια); Er. takes this to mean 'castrated'.

900–901 *Fingit*... *auis* *Au.* 504.

901–903 *Quin hodie*... *vocantur* 'Even nowa-

905 parat sub hyemem *H I*: hyemem parat *MS*.

907 admonet *MS I*: admouet *H*.

910 Nicias *H I*: Nicias vulgo *MS*.

911 narratur *H I*: *om. MS*.

912 cunctari *H I*: contari *MS*.

915 ὦράστιν *H I*: ὦρ'άστιν *ex* ὦρ'έστιν *corr. MS*.

918 cunctarier *H I*: contarier *MS*.

921 dicuntur promissa *H I*: dicuntur inania [*sed inania del.*] promissa *MS*; quidem *H I*: quidem illa *MS*; vendere *H I*: *add. MS*.

days unmanly husbands, who share their wives with other men, are commonly called cuckoos.' The reference is to the expression 'cuckoo', which was used in various vernaculars to mock cuckolds, that is, deceived husbands. Folly refers to the same expression when observing about a cuckold: "Ridetur, cuculus... vocatur"; *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 94, ll. 421 f. See Wesseling, *Dutch Proverbs*, pp. 358 f. and, esp., G. Tournoy-T.O. Tunberg, *On the Margins of Latinity? Neo-Latin and the Vernacular Languages*, *Humanistica Lovaniensia* 45 (1996), pp. 162–165.

903 *Alias*... *Horatio Adag.* 3484 (Cuculus); *Hor. Serm.* I, 7, 31.

904–907 *Canit*... *pyris* Source not identified.

907 *Interpres Aristophanis* Schol. on *Au.* 507 (a).

908 *Quum segnes* etc. This observation is not found in the scholia. It is an elliptic sentence – one may supply 'Dici potest', 'Licetbit vti' or similar words –, for which compare e.g. *Adag.* 3594, p. 70, ll. 131 f.; 3696, p. 125, ll. 229 f.; 1526, *ASD* II, 4, p. 38, l. 467; 1528, p. 40, l. 485; 1581, p. 74, l. 321; 1628, p. 106, l. 422.

3782

910 *Nicias*... *militari* After a scholium on Aristoph. *Au.* 639 (a).

911 *Fabius* Q. Fabius Maximus "Cunctator"; see Otto 479.

vetus comoedia Aristoph. *Au.* 640.

912 μέλλειν... *cunctari* Schol. on Aristoph. *Au.* 639 a; Hesych. μελλονικισθ 55 Latte; Suid. μελλονικισθ 534; *Etyim. mag.* μέλλω 578, 2. Aristoph. *Au.* 639 ff.

3783 See *Adag.* 2254 (Theagenis Hecateum).

921 *fumos vendere* See *Adag.* 241.

922 *fumos offundere* Er. uses the same expression in the *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 104, l. 573 "pudor qui fumum offundit animo". Source not identified; see, however, *Adag.* 1843 (Puluerem oculis offundere). He may have thought of "caliginem oculis offundere" (*Liv. XXVI*, 45, 3).

esset, affectauit tamen haberi praediues ac magnificus negotiator, vnde vulgo dicitur est Καπνός. Aristophanis interpres autorem citat Eupolim comicum in fabula cui titulus Δῆμοι.

[H]

PARITER REMVM DVCERE

3784

Qui simul remigant certis numeris impellunt remos, vt inter se consentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Aristophanes in Auibus dixit ὁμορροθῶ pro *assentior* et *eodem enitor quo tu*. Vox composita est ab ὁμοῦ, *simul*, et ῥοθέω, *impetu feror*.
 930 Ὅμορροθῶ, συνθέλω, συμπαρανίσσας ἔχω, id est *Eodem nitor, consentio, collaudo*. Interpres admonet hoc verbum esse sumptum e fabula Sophoclis cui titulus Πηλεύς.

[H]

IPSI ET CHIIS

3785

Αὐτοῖς καὶ Χίοις: non obscurum est has voces ex solenni more vulgo iactatas, quoties aliquis sibi bona precabatur et amicis. Sic enim precatur apud Aristophanem auis: Διδόναι Νεφελοκοκκυγιεῦσιν / ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν / αὐτοῖσι καὶ Χίοισι, id est *Vt detis Nephelococcygiensibus bonam valetudinem et incolumitatem ipsis et Chiis*. Interpres ostendit hunc sermonis colorem ductum ex publica Atheniensium consuetudine, qui in solennibus comprecationibus ac sacrificiis bona a diis precantes | reipublicae addebant: καὶ Χίοισιν, atque huius historiae testem
 LB 1142 citat Theopompum in xii. libro Rerum Philippicarum – opinor, quod e Chio
 941 nonnullam haberent Athenienses commoditatem.

Qui sibi vni bene precatur nulla facta mentione amicorum aut bene meritum, facete succinetur: καὶ Χίοισιν.

945

[H]

ALAS ADDERE

3786

Ἄναπτερεῖν vulgo dicebantur qui verbis alicui adderent animum inque bonam spem erigerent. Aristophanes in Auibus:

Οὐκ ἀκήκοας,
 “Ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ἐκάστοτε
 950 Τοῖς μεираκίοις ἐν τοῖσι κουρείοισιν ταδί;
 Δεινῶς τε μοῦ τὸ μεираκίον ὁ Διοτρέφης
 Λέγων ἀνεπτέρηκεν ὥσθ’ ἵππηλατεῖν, id est
Num tibi auditum illud est
Quod officinis vndique in tonsoriis
 955 *Cani patres loquuntur adolescentibus?*
Mire Diotrepthes et meo adolescentulo
Alas loquendo affixit, vt iam gestiat
Equitare.

960 Narrant Diotrephem fuisse quempiam praediutem qui maiorem in modum delectatus est alendis equis, vnde et postea hipparchus factus est. Huius hortatu exemploque multi iuuenes accendebantur ad curas equestres. Patres autem oderunt hoc studii genus in filiis, quod immodicis constet impendiis.

[H]

ΧΗΝΑΛΩΠΗΞ

3787

965 Theagenes, quod esset garrulus ac stupidus more anserum et versipellis more vulpium, vulgari ioco dictus est Χηναλώπηξ voce composita ex *ansere* et *vulpe*. Quamquam Didymo magis probatur anseris nomen additum, quod auitio ac praesertim anserinis supra modum delectaretur, videlicet vulpium more. Anseris iecur olim in summis erat deliciis. Huius adagii meminit Aristophanes in Auibus.

[H]

CONCINERE

3788

970 Τὴν ξυναυλίαν κλαίειν est iisdem de rebus similiter queri. Aristophanes in Equitibus:

924 Aristophanis *H I*: ex Aristophanes *corr.* *MS.*

927 remigant *H I*: ex regant *corr.* *MS.*

929 enitor *H I*: annitor *MS.*

937 bonam *H I*: ex Bonita *corr.* *MS.*

938 colorem *H I*: colorem esse *MS.*

941 xii. *I*: duodecimo *MS H.*

942 nonnullam *H I*: multam *MS.*

943-944 Qui... Χίσιον *H I*: *om.* *MS.*

950 ἐν... τὰδι *H I*: ἐν [*add.*] τοῖσι κουείοισιν

τὰδι [*ex τὰδε*] *MS.*

951 μειράκιον *H I*: ex μειμάκιον *corr.* *MS.*

952 ἀνεπτέρηκεν *H I*: ἀνεπτώρεκεν *MS*; ὡσθ' *H I*: ex ὡστε *corr.* *MS*; ἱππηλατεῖν *H I*: ἱππηλατεῖν *MS.*

958 Equitare *H I*: Equo *MS.*

961 accendebantur *H I*: accendebabantur *MS*; ad *H I*: *om.* *MS.*

964 ac stupidus *H I*: *add.* *MS.*

967 videlicet vulpium more *H I*: *om.* *MS.*

922-925 *Hoc nomen* etc. After a scholium on Aristoph. *Au.* 822.

924 *Eupolim* See Eupolis, fr. 135 *PCG V.* 3784

927 *Qui... consentiant* After a scholium on Aristoph. *Au.* 851 (c).

928 Aristoph. *Au.* 851.

930 *Au.* 851 f. (συμπαραινέσας).

931 *Interpres* Schol. ad loc. (851 c). Soph., fr. 489 *TGF IV.*

3785

934 Aristoph. *Au.* 879.

938 *Interpres* Schol. on *Au.* 880.

941 Theopompus, fr. 104 *FGrHist II B*, p. 559.

941-942 *e Chio... commoditatem* The inhabitants of Chios were useful allies to the Athenians, as the scholiast points out.

3786

946 Aristoph. *Au.* 1443.

947 *Au.* 1439 ff. (950 τὸ μειράκιον Willems: τοῖς μειρακίοις codd.; κουεριοίς; 951 γέ Bentley: τέ codd.; Διειτρέφης Elmsley: ὁ Διειτρέφης codd.; 952 ἀνεπτέρωκεν).

959-960 *Narrant... factus est* Schol. on *Au.* 1442.

3787

964-965 *Theagenes... vulpe* After a scholium on Aristoph. *Au.* 1295.

966-967 *Didymo... more* But the scholiast merely notes: 'According to Didymus, Theagenes and Philocles have the appearance of birds.' Didymus, fr. 14, 43 Schmidt, p. 255.

967-968 *Anseris... deliciis* Hor. *Serm.* II, 8, 88; Plin. *Nat.* X, 52; Athen. IX, 384 c.

3788

970 Aristoph. *Equ.* 9.

Equ. 8-9.

Ἴνα

Ἐυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον, id est
Modos uti concinamus tibiis Olympicos.

- 975 Ἐυναυλίαν appellant, siue cum plures tibiis eandem cantionem siue cum citharae tibia accinitur. Olympus autem fuit Marsyae discipulus, qui scripsit de modis lugubribus. Quin hoc ipsum ‘Olympi modos’, de querulis, habet prouerbii speciem, quemadmodum ἰαλεμίζειν et *Carica Musa*.

[H]

RESPUBLICA NIHIL AD MVSICVM

3789

- 980 Haec persuasio, quemadmodum olim multorum animos occupauit, ita nunc quoque multis inhaeret, vt credant doctos ac probos viros non esse accommodos ad gubernandam rempublicam. Plato abstinuit, Socrates frustra tentauit, Demostheni ac Ciceroni parum feliciter cessit, denique mater Neronis deterruit filium a studio philosophiae, quod existimaretur inutile gesturo principatum. Ad haec
 985 diuus Augustinus redarguit in epistola quosdam qui iactabant euangelicam philosophiam officere rempublicam administranti. Id venuste expressit Aristophanes in Equitibus. Nam illic principatum recusanti, quod musices esset imperitus, ita respondetur:

- Ἡ δῆμαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ
 990 Ἔτ’ ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους, id est
*At gerere nunc rempublicam non est viri
 Qui musicus sit ac probatis moribus.*

Musices nomine omnem liberalem eruditionem designabant veteres.

[H]

VERBIS COQVINARIIS

3790

- 995 Ῥήματα μαγειρικά, id est *verba coquorum*, venuste dixit in eadem fabula pro verbis mollibus, blandis ac dulcibus. Coquorum enim est condimentis edulcare cibum per se subausterum. Monetur illic quispiam vt populum Atheniensem blandiloquentia demulceat. Carmen sic habet:

- Ὑπογλυκαίνων ῥήμασιν μαγειρικοῖς, id est
 1000 *Deliniens eos coquorum verbulis.*

- LB 1143 Μαγειρικοῖς dixit pro μελιχίοις, hoc est *placidis ac dulci}bus*.

Habebit gratiam, si quis dicat Epicuri philosophiam demulcere vulgarium animos ῥήμασι μαγειρικοῖς, quod voluptatem asserat esse summum bonum.

[H]

LIBA COALEMO!

3791

- 5 Σπένδε τῷ Κοαλέμῳ, id est *Liba Coalemo!* Competit in eum cui sua improbitas fuit bono. Fingit enim Comicus daemionis nomen improbitatem innuens, per-

inde quasi quis dicat: 'Sacrifica Μωρία', si quis morionem agens euectus sit ad opes ac dignitatem. Nam Graecis κοάλεμος *fatuum* ac *stultum* significat, a κοῶ pro νοῶ. Nam Callimachus pro ἐνόησεν dixit ἐκόησεν. Hinc ἀναλόγως κοῦς pro νοῦς; et ἀλέω, quod mente erret.

Simili figura *Gratis litasse* dicuntur qui fortunati sunt in amicitis conciliandis. Habent et temulenti Comum deum et fures deam Lauernam. Itaque furtis ditato facete diceretur: 'Liba Lauernae!'

972-973 ἵνα ξυναυλίαν *H I: ἵνα τὴν [sed τὴν del.] ξυναυλίαν MS.*

974 Modos *MS I: Nodos H; Modos... Olympicos H I: modos [add.] Vti concinamus tibiis modos [? sed modos del.] Olympicos MS.*

975 Ξυναυλίαν appellant *H I: ξυναυλίαν modum [sed modum del.] appellant MS.*

981 probos *H I: ex probros corr. MS.*

984 existimaretur *H I: fortasse existimatur MS.*

987 illic *H I: illi MS.*

993 Musices... veteres *H I: om. MS.*

997 Monetur illic *H I: Monetur ap [sed ap del.] illic MS.*

1-3 hoc est... bonum *H I: om. MS.*

7 Μωρία *H I: Moriae MS.*

8-13 Nam Graecis... Lauernae *H I: om. MS.*

975-977 Ξυναυλίαν ... *lugubribus* After a scholium on *Equ.* 9.

978 λαλεμίζειν See *Adag.* 1986 (*Ialemo frigidior*).

Carica Musa See *Adag.* 779.

3789

982-983 *Socrates... cessit* In the *Moria* (*ASD* IV, 3, p. 96, ll. 478 ff.) Folly satirizes the unworldliness of Socrates, "qui nescio quid publice conatus agere summo cum omnium risu discessit." She praises him, by contrast, "quod censet sapienti a republica tractanda abstinendum esse." She then ridicules Plato's tenet that a state ought to be governed by philosophers. Even Cicero, she observes, "non minus pestilens fuit Romanorum reipublicae quam Demosthenes Atheniensium" (p. 100, ll. 504 f.). See Miller's comments ad loc. Er. mentions Socrates' ineptness in matters political also in *Adag.* 2201 (*Sileni Alcibiadis*), *ASD* II, 5, p. 162, ll. 36-38.

983-984 *mater Neronis... principatum* *Suet. Ner.* 52.

985 *Aug. Epist.* 138, 9-15.

986 *Aristoph. Equ.* 191 f.

993 *Musices* etc. Perhaps after *Hesych. μουσικήν* 1748 *Latte: πᾶσαν τέχνην, οἱ Ἀττικοί.*

3790

995 *Aristoph. Equ.* 216.

999 *Equ.* 216 (*ῥηματῖος*).

3791

5 *Aristoph. Equ.* 221.

6 *Fingit... innuens* After a scholium ad loc.

7 *Sacrifica Μωρία* In the *Moria* Folly claims to be a goddess.

8-9 *κοάλεμος... νοῶ* *Hesych. κοάλεμος* 3168 *Latte.* The etymology is taken from a scholium on *Aristoph. Equ.* 198.

9 *Callimachus... ἐκόησεν* *Suid. ἐκόησεν* 523. *Callim. Hecale* fr. 4 *Hollis.*

10 *ἀλέω... erret* *Er.* derives the second element in *κοάλεμος* from *ἀλέω*, which he takes to mean 'stray, wander'. He may well have consulted *Hesychius*, s.v. *ἄλη* 17 *Latte: πλάνη; ἀλήθη* 23: *ἐπλανήθη; ἀλόω* (!) 65: *πλανῶ*. See also *Etym. mag.* *ἄλη* 62, 13: *πλάνη*. *Er.* claims elsewhere that *ἀλέω* has two senses, namely 'wander' (*aberro*) and 'grind' (*molo*); see the end of *Adag.* 3073 (*Ἀλιτῆριος*).

11 *Gratis litasse* *Diog. Laert.* IV, 2, 6. See *Adag.* 1518 (*Ἄμουσοι*), *ASD* II, 4, p. 32, ll. 295 ff.

12 *Comum* Also mentioned in *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 78, l. 133; see n. ad loc. *Philost. Imag.* I, 2.

fures deam Lauernam See *Adag.* 3003 (*Argiui fures*).

[H]

SPIRAT CAECIAS

3792

15 De caecia vento nubes ad se pertrahente satis dictum est nobis in superioribus. Ad venti naturam alludens Aristophanes in Equitibus dixit:

Ὡς οὗτος ἤδη καικίας καὶ συκοφαντίας πνεῖ, id est
Vt iste spirat caecias et sycophantias iam!

20 Interpres admonet prouerbii. Quanquam in Aldina aeditione pro καικίας deprauate legitur κακίας, quum hanc vocem metri ratio non admittat. ‘Caecias’ autem poeta posuit pro ‘turbis ac litibus’. Notatur enim ibi Cleon vt delator et criminator.

[H]

LATVM ET ANGVSTVM

3793

25 Nemini obscurum arbitror prouerbiali schemate dictum esse apud Aristophanem in Equitibus sub persona Cleonis. Cui cum esset obiectum quod nutricum more male pauisset populum qui paululum praemansi insereret in os, maximam partem ipse deglutiret, respondet:

Καὶ νῆ Δι' ὑπό γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς
 Δύναμαι ποιεῖν τὸν δῆμον εὐρὺν καὶ στενόν, id est
 30 *Ita per Iouem, nam dexteritate ego mea*
Exilem et amplum valeo populum reddere.

Macrescunt enim pueri male pasti, rursus bene pasti fiunt obesi.

Apposite torquebitur in eos qui adolescentes recte docent aut secus quiue populo dextre concionantur aut secus. Siquidem hae res plurimum habent
 35 momenti ad mores populi vel ad honesta formandos vel ad vicia deprauandos.

[H]

SCARABEO CITIVS PERSVASERIS

3794

Θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπεισθεῖη, id est *Citius scarabeum in diuersam sententiam pertraxeris*. De iis qui malis assueuerunt, a quibus tamen reuocari non possunt, eo quod assuetis videantur optima. Lucianus in Pseudologista: Οὐτε γὰρ
 40 αὐτός ποτε βελτίων γένοιο πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν, οὐ μᾶλλον ἢ κάνθαρος μεταπεισθεῖη ἂν μηκέτι τοιαῦτα κυλινδεῖν, ἀπαξ αὐτοῖς συνήθης γενόμενος, id est *Neque enim ipse unquam fieres melior increpatione mea, nihilo magis quam scarabeo persuaderi posset ne amplius talia voluat, posteaquam semel illis assuevit*. Scarabeus foetus suos educat in stercore praecipue caprino et indidem pascit atque ibidem
 45 habitat. Excrementa vero fingunt in sphaerulas easque in nidum deuoluunt capite in terram demisso, posterioribus pedibus in altum erectis.

Nemo facile abducitur a vitiis in quibus natus et educatus est, et quae per se sunt foedissima videntur et pulchra et dulcia diutinae consuetudinis commendatione.

50 [H]

ALIENIS SOLEIS VTI

3795

Ἀλλοτρίοις βλαυτίοις χρῆσθαι, id est *alienis soleis vti*, dicuntur qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolumentum. Aristophanes in Equitibus:

Οὐκ, ἀλλ' ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ' ὅταν χεσειῆ,
Τοῖσιν τρόποις τοῖς σοῖσιν ὥσπερ βλαυτίοισι χρώμαι.

55 Quibus verbis negat se circumuenire populum Atheniensem, sed facere quod solent qui desident in comotationibus et vrgente aluo surgunt, arreptis alienis soleis, siue quod festinant siue quod ebrii sunt. Ita ille abutebatur moribus populi Atheniensis, qui cibo corrumpi volebat et blanda libentius audiebat quam salutaria. Apparet olim Graecos absque soleis solere accumbere. Exituri domum poscebant soleas. Hinc quaestus lopodytis. Quidam etiam nudi accumbebant.]

60

LB 1144

[H]

LONGVM PROOEMIVM AVDIENDI CVPIDO

3796

Prouerbii speciem habet quod est apud Platonem libro De republica iiii.: Μακρὸν τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι, id est *Longum prooemium audiendi cupido*. Qui rem ipsam cupit cognoscere, huic longum est omne prooemium. Vnde illud

20 deprauate *H I*: depraute *MS*; admittat *H I*:
admittit *MS*.
24 esse *H I*: *om. MS*.
28 δὲ ὑπόγειε *H I*: δὲ...γε [*sed...γε del.*] ὑπόγειε
MS.
34 concionantur *MS*: concionatur *H I*.
34-35 Siquidem... deprauandos *H I*: *om. MS*.

47-49 Nemo... commendatione *H I*: *om. MS*.
52 emolumentum *H I*: alimentum *MS*.
57 festinant *H I*: festinat *MS*; ebrii sunt *H I*:
ebrius est *MS*.
58 Atheniensis *H I*: ex Athenienses *corr. MS*.
59 Apparet... accumbebant *H I*: *om. MS*.
63 cupido *H I*: ex cupio *corr. MS*.

3792

15 in superioribus *Adag.* 462 (Mala attrahens ad sese vt caecias nubes).

16 Aristoph. *Equ.* 437.

19 *Interpres Schol.* ad loc. (437 b): ἔλκων εἰς ἑαυτὸν ὥστε καικίας νέφος.

Aldina aeditione The reference is to the Aldine edition of Aristophanes, 1498.

3793

24 Aristoph. *Equ.* 719 f.

3794

37 After Lucian. *Pseudol.* 3.

39 Lucian. loc. cit. (γὰρ ἂν αὐτός).

43-46 *Scarabeus... erectis* See *Adag.* 2601 (Scarabeus aquilam quaerit), *ASD* II, 6, p. 412, ll. 423-447.

3795

51 After Aristoph. *Equ.* 889.

52 *Equ.* 888 f.

56-57 qui desident... ebrii sunt After a scholium ad loc.

60 *lopodytis* 'Clothes-stealers' are mentioned in e.g. Aristoph. *Av.* 497 and *Ran.* 772.

3796

62 Plat. *Rep.* IV, 432 e.

64-67 *illud Terentianum... affectibus* See *Adag.* 2296 (Quid de pusillis magna prooemia?), *ASD* II, 5, p. 238, ll. 700-703 and the notes. Er. there quotes the same passage from Terence: "Etiam prooemium inceptat"; he apparently quotes from memory *Andr.* 709 "Narrationis incipit initium." - *Athenis praeco* etc. (p. 176, ll. 65 ff.). Er. repeats, though incorrectly, what he had observed (after Lucian. *Anach.* 19) in *Adag.* 2296, namely: "Athenis interdicebat praeco dicturis in concione, ne vel praefatione vel affectibus vterentur, rem modo exponerent, ἀνευ προοιμίῳν καὶ παθῶν." As regards the Greek phrase Heinimann (rightly) assumes that Er. coined it himself.

- 65 Terentianum *Vah, etiam prooemium mihi occęptat*. Et Athenis praeco qui dicendi potestatem faciebat rhetoribus praefabatur ἄνευ προοιμιῶν καὶ παθῶν, id est *sine prooemiis et affectibus*, quod haec extra causam sint.

[H]

OMNIA PRAECLARA DICIS

3797

- Socrates apud Platonem in Euthydemo εἰρωνεύων suo more, quod aduersarius absurda quaedam collegisset, videlicet Socratem scire quod nesciebat et rursum nescire quod sciebat, 'Εἶεν' inquit 'ὦ Εὐθύδημε· τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις', id est *'Esto, o Euthydeme, nam, vt dici solet, omnia sane praeclara dicis.'* Marsilius pro *Esto* vertit *En* eoque legisse videtur non Εἶεν, sed Εἶν aut Εἶνί, quod Graecis sonat 'en!', vt sit admirantis εἰρωνικῶς, putoque hanc fuisse germanam
75 Platonis scripturam. Nam 'esto' nihil facit ad praesentem sententiam. Nihil enim concedit, sed vt rem inauditam admiratur per irrisionem – vt omittam interim quod εἶεν magis est optantis quam concedentis.

- Plato aliis aliquot locis adagii titulo citat *Pulcre dicis*, quod arbitror e poeta quopiam desumptum. Nam apud Theocritum Praxinoe loquitur: Ναί, καλὸν
80 εἶπας, id est *Sic est, dixisti pulchre*.

[H]

QVOD RECTE DATVM EST

3798

- Plato in Philebo ostendit prouerbiū a pueris vsurpatum *non oportere reposci quod semel datum est*: 'Ημεῖς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι, id est *Nos autem dicimus id quod solent pueri, quae
85 recte data sunt non licere rursus eripi*. Hoc eo dicebat quod Socrates solet ab integro repetita disputatione quae prius concessa fuerant rursus in dubium vocare. Simile quiddam et hodie iactatur inter pueros, vbi quis quod dedit reposcit. Adeo dicta huiusmodi per tot secula perque tot nationes ad nos vsque demanarunt.

[H]

FVNICVLVM AD LAPIDEM

3799

- Τὴν σπάρτην πρὸς τὸν λίθον ἄγειν, id est *funiculum lapidi admouere*, dicuntur qui curam omnem adhibent ne quid geratur in republica secus quam oportet. Beatus Chrysostomus homilia in priorem ad Corinthos epistolam xxxv.: Σκόπει πῶς πάλιν ἐνταῦθα πρὸς τὴν σπάρτην τὸν λίθον ἄγει, τὴν οἰκοδομὴν πανταχοῦ ζητῶν τῆς Ἐκκλησίας, id est *Considera, vt hic rursus funiculum admouet ad lapi-
95 dem, vbique quaerens aedificationem Ecclesiae*. Translatum est ab architectis, qui non credunt oculis suis, sed ad perpendiculum explorant lapidum aequalitatem. Quod est exactae diligentiae.

[H]

HOC TV MIHI DICIS

3800

Apud Platonem libro De republica ix. Socrati interroganti quo pacto viueret vir

100 tyrannicus, respondet Adimantus: Τὸ τῶν παιζόντων, τοῦτο σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς, id est *Istud tu mihi, quod ioco dici solet, dices.*

Vsus erit, quum responsio inuidiosa reicitur in percontatorem aut quum is qui percontatur talis est vt oporteat ipsum rectius scire quod ab alio cupit discere.

65 Terentianum *MS H: Teretianum I.*
 66 praefabatur *H I: praefabantur MS.*
 67 quod... sint *H I: om. MS.*
 70 videlicet *H I: om. MS; nesciebat H I: ex sci-*
ebat corr. MS.
 72 dicis *H I: ex dixisti corr. MS.*
 73 non *H I: non Non MS; εἰν H I: εἰν MS.*
 74 εἰρωνικῶς *H I: om. MS.*
 75-80 Nihil... pulchre *H I: om. MS.*
 83 datum est *H I: recte datum MS.*
 83 λέγομεν *H I: ex τὸ λεγόμενον corr. MS.*
 85 integro *H I: integra MS.*

3797

69 Plat. *Euthyd.* 293 d.
 73-74 *Marsilius... 'en!'* Ficino (Platonis *Opera*, Venetiis, 1491, f. 93^r) translates "En Euthy-deme, ut proverbio fertur, quam belle loqueris!"
 73-75 *Εἰν ... scripturam* Er.' attempt to emend *Εἶεν* is unnecessary. Furthermore, he does not realize that *εἰν(ι)* is never used as an interjection. He is apparently thinking of the interjection *ἦν* (See there!), which he confuses with the preposition *εἰν*.
 78 *Plato... dicis* The reference is to the phrase *καλῶς λέγεις*, in which *καλῶς* (*pulchre*) is used in a metaphorical sense (*adagii titulo*).
 79 Theocr. 15, 38 (Τοῦτο κα εἴπαις: ναί. καλὸν εἶπας ed. 1516).

87-88 Simile... demanarunt *H I: om. MS.*
 90 τὸν *MS H: τὸ I.*
 94 funiculum admouet ad lapidem *H I: ad*
funiculum admouet lapidem MS.
 95-97 Translatum... diligentiae *H I: om. MS.*
 98 Hoc *H I: Hoc et MS.*
 99 Socrati *H I: add. MS; interroganti quo H I:*
Interroganti quiddam [sed quiddam del.] quo
MS.
 101 *Istud H I: Istuc MS.*
 102-103 aut... discere *H I: om. MS.*

3798

82 Plat. *Phil.* 19 e.
 85 *solet* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.
 87 *hodie* The reference is to the Dutch expression "Eens gegeven, blijft gegeven"; Suringar 192 (no source given; the proverb is not found in Harrebomée). One may also think of the German equivalent "Was gegeben, ist gegeben, darf man keinem wiedernehmen" (quoted from Wander by Suringar, 192).

3799

90 Chrys. *Hom. in Epist. primam ad Cor.* 35, Migne *PG* 61, 300.

3800

99 Plat. *Rep.* IX, 573 d. Er. infers the proverbial character of the expression from a scholium ad loc., p. 267 Greene.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA IX

[H]

NUMMO ADDICERE

3801

Apud iurisconsultos prouerbiale est *nummo addicere* pro eo quod est 'minimo vendere'. Est autem fucus quo legibus imponitur prohibentibus donationes.
 5 Ulpianus libro Pandectarum xix., titulo Locati: *Si quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est, quia et hoc donationis instar inducit*. Idem libro primo, titulo
 LB 1145 De re iudi|cata: *Si quis et conduxit et rogauit precario uti possideret, si quidem nummo vno conduxit, nulla dubitatio est quin et precarium solum teneat*. Verum
 10 addubito num in his exemplis pro 'conduxit' et 'conductio' legendum sit 'condixit' et 'condictio'. Suetonius in Iulio Caesare: *Bello ciuili super alias donationes amplissima praedia nummo addixit*. Valerius Maximus libro ii., capite De gratitudine: *Pollinctoribus exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis praebentibus est addictus*. Iridem Plautus in Pseudolo: *Nunquam hoc eris nummo diuitor*. 'Nummum' dixit pro vilissimo precio.

15 [H]

VERO VERIVS

3802

Quum nihil possit esse vero verius, tamen prouerbiali tropo dicimus *vero verius* quod prorsus indubitatum haberi volumus. Martialis in Gallicum quendam, cui ex more saepe repetebatur illud

3 iurisconsultos *HI*: Iureconsultos *MS*.

6 Idem *HI*: Idem Pandectarum *MS*.

8-10 Verum... condictio *HI*: *om. MS*.

13 in Pseudolo *HI*: *add. MS*.

17 haberi *HI*: habere *MS*.

18 saepe *HI*: subinde *MS*.

3801 Er. owes this adage to Bonifatius Amerbach (see the introd., p. 14).

3 *nummo addicere* Taken from Suet. and Val. Max., quoted below, ll. 10-13.

5 *Dig. XIX*, 2, 46.

6 *Dig. XLI* (!), 2, 10, 2 (7 *conduxerit* et *rogaverit*; 8 *quin ei*).

10 Suet. *Caes.* 50, 2 (11 *praedia ex auctionibus hastae minimo addixit*). Er. has copied this

passage and the next one directly from Amerbach's list.

11 Val. Max. V (!), 2, 10. The passage is given in a free paraphrase.

13 Plaut. *Pseud.* 1323 (nam hinc numquam eris).

3802 Otto 1878.

17 Martial. VIII, 76, 1 and 7-8 (20 *quid: quod v.l.*).

'Dic verum mihi, Marce, dic amabo',

20 *'Vero verius' inquit 'ergo quod sit audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.'*

Non dissimili forma dicimus *certo certius*, quanquam nihil prohibet aliud alio certius esse. Ulpianus libro Pandectarum xxiii., titulo De testamentaria tutela: *Testamento datos sponsores non esse cogendos satisfacere rem saluam fore certo certius est.*

25 [H] VENTO VIVERE 3803

Hodieque vulgo tritissimum est ut eos dicant *vento vivere* qui nullo viuunt impendio, et addunt *more siluri*, quod plerisque creditum est eum piscem aurasaginari, quod idem creditum est de chamaeleonte. Alexander imperator libro Codicis v., titulo De alimentis pupillo praestandis, *Nec ferendus inquit est iuuenis*
30 *qui, quum praesens esset studiisque eruditus atque alitus esset, si ea per alium se consequutum non probet, sumptus recuset, quasi vento vixerit aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit.*

[H] TVAS RES TIBI HABETO 3804

Caius iurisconsultus Pandectarum libro xliiii., titulo De diuortiis ostendit fuisse receptum ut diuortium his verbis perageretur: *Tuas res tibi habeto. Tuas res tibi*
35 *agito.* Quorum altero reddit dotem, altero abdicat ab se tutoris munus in rebus uxoriis. Haec autem forma verborum prescripta est, ne vel non ratum esset diuortium, si nullis solennibus verbis perageretur, vel inauspicatum et odiosum, si verbis inciuilibus perageretur. Itidem in discutiendis sponsalibus visum est uti his
40 *verbis: Conditione tua non vtar.*

Haec prouerbii gratiam habebunt, si cui ciuiliter renunciabimus amicitiam. Sed festiuus erit, si ad res animi transferantur, veluti si quis dicat: 'Monachi vitam professus est. Mundum iussit sua sibi habere, suas sibi res agere.' Item, si quis ambiat consortium nostrum quem iudicamus nobis inutilem, huic apte
45 *dicetur: 'Tua conditione non vtar' pro eo quod erat: Non vtar tua familiaritate.* Eleganter vsus est Plautus in Trinummo, ubi Lysiteles adolescens multa queritur de miseris amantium ac meditatur amorem eicere ex animo:

*Apage sis Amor, tuas res tibi habe,
Amor, mihi amicus ne fuas unquam.*

50 Sine tropo vsus est in Amphitryone:

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

[H] GAMMA BETAM PERSEQVITVR 3805

Procopius libro iii. De bello Wandalico refert Carthagine antiquum prouerbium

55 a pueris iactari solere *quod gamma quandoque betam et rursus beta gammam persequitur*. Suspisor puerorum lusum huc spectasse, quod inter vicinos frequenter oriatur dissidium, verum hic puerile dictum detortum ad rerum euentum, quod Gizericus Bonifacium expulisset, postea Gilimerem Belisarius. Prouerbiū non est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium aenigma fuit velut oraculum eius quod accidit postea.

60 [H]

PVLCHRVM SEPVLCHRI ELOGIO

3806

Non videbatur in prouerbiorum classem referendum nisi nominatim prouerbii titulo referretur apud Procopium libro De bello Persico primo sub persona Augustae Iustinianum maritum sic alloquentis: *Igitur, optime Imperator, volenti nunc viuere procul dubio nullo negotio licet: pecuniae nobis magna vis, mare opportunum, nauigia multa. Considera tamen, ne seruato tibi contingat vitae iucunditatem cum mortis ad extremum acerbitate commutare. Mihi autem antiquum sane placet prouerbiū 'Quam pulchrum est in sepulchri elogio Imperatorem ascribi!'*

LB II46

66

27-28 aura saginari *H I*: aura viuere [sed viuere *del.*] saginari *MS*.

34 iurisconsultus *H I*: iureconsultus *MS*; xliiii *I*: 24. *MS*, 44. *H*.

37 prescripta *MS*: perscripta *H I*; esset *H I*: esse *MS*.

38 inauspicatum... si *H I*: *om. MS*.

38-39 verbis inciuilibus *H I*: inciuilibus verbis *MS*.

39 in discutiendis *H I*: in repudiis [sed repudiis

del.] discutiendis *MS*; vti his *H I*: his vti *MS*.

42 transferantur *H I*: transferatur *MS*.

45 eo *H I*: *om. MS*.

46-51 *om. MS* Eleganter... meas *H I*.

53 Wandalico *MS*: Vuandalico *H I*.

55-59 Suspisor... postea *H I*: *om. MS*.

60 Pulchrum... elogio *H I*: pulchrum sepulchri elogio [ex elgio] *MS*.

67 Imperatorem *H I*: imperatore *MS*.

23 *Dig.* XXVI (!), 2, 17 (24 tutores).

3803 Otto 1865.

26-28 *Hodieque*... saginari The reference is to the Dutch expression "Hy leeft by de windt als een steur". According to a popular belief once current in the Low Countries sturgeons feed themselves on air. See *Woordenboek der Nederlandsche taal*, XV, s.v. steur, 1557; Suringar 235; Harrebomée, II, p. 305.

28 *quod*... *chamaeleonte* Plin. *Nat.* VIII, 122. *Cod. Iust.* V, 50, 2 (30 alitus est; 31 sump-tusque).

3804

34 *Dig.* XXIV (!), 2, 2. Er. quotes the same passage in *Adag.* 1204 (Longum valere iussit).

40 *Dig.* loc. cit. (condicione; utor).

46 Plaut. *Trin.* 266 f. (48 te: sis v.l. et ed. Mediol. 1500; habeto: habe v.l. et ed. Mediol. 1500).

50 Plaut. *Amph.* 928.

3805 Er. owes this adage, and the following two, to Bonifatius Amerbach (see the introd., p. 14). Amerbach quotes Procopius

and Agathias in translation, no doubt that by Cristoforo Persona and Raffaele Maffei of Volterra (*Procopii Caesariensis de rebus Gothorum, Persarum ac Vandalorum libri VII., una cum aliis mediorum temporum historicis*, Basileae, 1531). Clearly Er. looked up the passages given by Amerbach in this translation. He did not consult the Greek text.

53 Procop. III, 21, 14, quoted from Raffaele Maffei's translation, p. 336.

56-59 *hic puerile* etc. After Maffei's translation of Procopius.

3806

62 Procop. I, 24, 36-37, quoted from Raffaele Maffei's translation (see the previous adage),

p. 265 (64 opportunum; 65 iocunditatem; 67 adscribi).

67 *prouerbiū*... *ascribi!* Procop.:... λόγος, ὡς καλὸν ἐντάφιον ἢ βασιλεία ἐστὶ (... that royalty is a good burial-shroud). The Italian translator of Procopius apparently read ἐν τάφῳ or ἐπιτάφιῳ instead of ἐντάφιον.

Quosdam noui qui in extremo vitae magnis impendiis redemerunt galerum cardinalicium, vt in sepulchro titulus asscriberetur.

70 [H] PRIMVM APES ABIGENDAE 3807

Agathius De bello Gotthico libro tertio: *Placebant haec dicta Vlilago Herulorum praefecto. Vnde is usurpatum prouerbium et barbarum et parui momenti, vtile tamen et alicuius energiae identidem praedicabat: primum abigendas apes, deinde et mel subtrahendum.* Sensit Buzes primum hostium copias aduentantes esse submouendas, quo possint Asia potiri. Sumptum a curatoribus apum, qui, quo mel eripiant ex aluearibus, apes fumo aut alio quouis modo abigunt.

[H] PORRIGERE MANVS 3808

Porrigere manus pro ‘auxilio esse’ vulgatissimum est, sed elegans. Vlpianus Pandectarum libro quadragesimosecundo, titulo De re iudicata: *Sed si emptor, cui pignora sunt addicta exequente iudice, precium non soluit, vtrum aduersus emptorem porrigere manus debent iidem iudices qui sententiam exequuntur, videndum est.* M. Tullius in oratione Post reditum: *Qui mihi primus afflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit.*

85 Festiuus erit de rebus animi, veluti si dicas: ‘Animo deiecto manum porrigit philosophia’ aut ‘In theologiae difficultatibus aestuanti saepe manum porrigit dialectica’ aut ‘linguarum peritia’.

[H] OPTIMA QUIDEM AQVA 3809

90 Ἄριστον μὲν ὕδωρ, id est *Optima quidem aqua*, videtur in prouerbium abiisse, quoties rei vehementer laudatae praefertur aliquid melius, quemadmodum Pindarus auspicans Hymnos Olympiacos aquam quidem fatetur esse optimam, sed aurum praefert, quod ignis in morem noctu luceat. Sunt enim haec duo praecipua elementa, aqua et ignis, vnde aqua et igni interdicitur quos vita indignos iudicamus. Aristoteles libro Rhetoricorum tertio vt vulgo iactatum citat: “Ὅθεν, inquit, λέγεται Ἄριστον μὲν ὕδωρ”. Quaedam enim ob id praeferruntur quod sint rariora. Alioqui aqua est magis necessaria quam aurum. Meminit adagii Plutarchus in commentario in quo quaerit vtrum aqua an ignis sit vtilior.

95 Supra modum efferenti philosophiam is qui fateatur quidem philosophiam esse rem praeclaram, sed qua potior sit theologia, facete succinet illud Pindarici carminis fragmentum: Ἄριστον μὲν ὕδωρ.

100 [H] NON OPORTET HOSPITEM SEMPER HOSPITEM ESSE 3810

Aristoteles libro Rhetoricorum tertio nullo autore citat ceu vulgo iactatum Οὐ δεῖ τὸν ξένον ξένον ἀεὶ εἶναι, id est *Non oportet hospitem semper hospitem esse.* Hospites

105 dicuntur ignari eius loci in quo viuunt, sed turpe est diu in eadem ciuitate viuere et semper esse peregrinum. Videtur iambicus trimeter corruptus. Turpe est in eadem disciplina diu versatum esse et nihil scire. |

LB 1147 [H] MORIENDVM PRIVSQVAM ETC. 3811

Ibidem commemorat Alexandridae dictum vt vulgo celebre ac laudatum: Καλόν γ' ἀποθανεῖν πρὶν θανάτου δρᾶν ἄξιον, id est *Honestum est mori priusquam aliquid morte dignum commiseris*. Sensus est, vt ipse exponit Aristoteles: decet mori morte indignum, siue: honestum est mori quum nihil morte dignum admiseris.

[H] SVSTOLLERE MANVS 3812

Qui vehementer gaudent, quasi res diuinitus geratur ex animi sententia, *sustollere manus* dicuntur. M. Tullius Epistolarum libro septimo: *Sustulimus manus ego et*

68-69 Quosdam... asscriberetur *H I: om. MS.*
 71 De bello Gotthico *H I: om. MS;* Vilago *H I: Vitilago MS.*
 72 is *MS: id H I.*
 74-76 Sensit... abigunt *H I: om. MS.*
 78 elegans *H I: elegans, pro auxilio esse MS.*
 81 iudices *H I: iudicem [?] MS.*
 81-83 M. Tullius... porrexit *H I: add. MS.*
 84-86 Festiuus... peritia *H I: om. MS.*
 88 Ἄριστον *H I: Aris [sed del.] Ἄριστον MS.*

89 vehementer laudatae *H I: vehemente [add.] laudate MS.*
 95 est magis *H I: magis est MS.*
 97-99 Supra... ὄδωρ *H I: om. MS.*
 102 hospitem esse *H I: esse hospitem MS.*
 103 ignari *H I: ignari rerum MS.*
 104-105 Videtur... scire *H I: om. MS.*
 107 commemorat Alexandridae *H I: commemorat ibidem [sed ibidem del.] Anaxandride MS.*

68-69 *Quosdam* etc. Er. himself was probably offered the cardinal's hat towards the end of his life (1535); if so, he refused it. See Allen, Ep. 3007, n.l. 5; 3048, 85-92.

3807

71 Agathias, *Hist.* III, 6, p. 245, ll. 12 ff. Dindorfius ("Ἡρεσκε δὲ ταῦτα καὶ Οὐλίγαγγον etc.), quoted from Cristoforo Persona's translation (see *Adag.* 3805 n.), p. 440 (73 abigendas apes esse).

3808

78 *Dig.* XLII, 1, 15, 7 (80 solvet; 81 debeant).

82 Cic. *P. red. in sen.* 9, 24.

85 *In theologiae* etc. This example refers to a hot issue, namely, the conflict in the field of theology and biblical exegesis between the scholastic method and the philological approach of the humanists. In the *Moria* Folly satirizes both the traditional theologians and the "Graeculi" of Er.' kind (*ASD* IV, 3, p. 182, ll. 972 ff.). In *Adag.* 4115 (*Causa cadere* etc.), p. 320, ll. 156 f., Er. applies another expression from Cicero to Lorenzo Valla, who as a grammarian had addressed

theological problems.

3809 Er. owes this adage as well as 3810-11 and 1813-14 to Bonifatius Amerbach, who provided the basic quotations (see the introd., p. 14).

88 Pind. *Olymp.* 1, 1. Er. quotes the same passage at the end of *Adag.* 1144 (*Vbi quis dolet, ibidem et manum habet*).

89-90 Pind. loc. cit.

92 *aqua et igni interdicitur* The expression is used in e.g. Cic. *Phil.* 6, 4, 10.

93 Aristot. *Rhet.* I (!), 7, 14.

95-96 Plut. *Mor.* 955 d.

3810

101 Aristot. *Rhet.* III, 11, 8. See fr. adesp. 97 *PCG* VIII, p. 34.

3811

107 Aristot. *Rhet.* III, 11, 8. Anaxandrides (!), fr. 65 *PCG* II. Er. cites the name correctly in *MS*, but he may have changed his mind; see *Adag.* 3558, p. 55, n.l. 757.

3812

113 Cic. *Fam.* VII, 5, 2 (et ego).

115 *Balbus. Tantum fuit opportunitas ut illud nescio quid non fortuitum, sed diuinum videretur. Idem in Academicis: Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucilio loquente fecerat, ut etiam manus saepe tolleret. Horatius satyra quinta:*

*Importunus amat laudari, donec 'ohe iam!'
Ad coelum manibus sublatis dixerit, vrge.*

120 [H] MORE ROMANO 3813

In eadem epistola M. Tullius non sine prouerbii specie dixit *more Romano* pro eo quod est: simpliciter et absque fuce potius quam erudite. Tales enim fuerunt illi Romani prisci, Graecorum dissimiles. *De quo*, inquit, *homine tibi spondeo non illo vetere verbo meo quod, quum ad te de Milone scripsissem iure lusisti, sed more*
125 *Romano quum homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem.* Penes Romanos erat rusticana veritas. Talem inducit libro De finibus secundo: *Quod nostri quidem optime disputant, nihil opus esse eum qui philosophus futurus sit scire literas. Itaque ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de Pelasgis omnibus colligite*
130 *bonos quidem viros, sed certe non semper eruditos.* Idem ad Trebatium libro septimo: *Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum. Id utrum Romano more loquutus sit, bene nummatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt omnes esse diuites qui coelo et terra frui possunt, postea videro. Romano more dixit pro 'indocto et simplici', nam Stoici subtiliter definiunt diuitem ac pauperem. Ac mox ad eundem:*
135 *Ego te Balbo, quum ad nos proficiscetur, more Romano commendabo.*

[H] LACRYMA NIHIL CITIVS ARESCIT 3814

M. Tullius libro De inuentione priore, praecipiens ne orator, posteaquam iudicis animum commouit ad misericordiam, diutius commoretur in conuestione, adducit Apollonii dictum Οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεσθαι δακρύου, id est *Lacryma nihil*
140 *citius arescere, quod vehemens affectus facile vertitur in tedium.*

[H] EX POTESTATE EXISSE 3815

Exisse e potestate dicebantur qui a mente excidissent et qui sprete ratione cupiditatum arbitrio praecipites ferebantur. M. Tullius libro Tusculanarum quaestionum tertio *Eos* inquit *sanos intelligi necesse est quorum mens motu quasi morbo*
145 *perturbata nullo sit, qui contra affecti sint, hos insanos appellari necesse est. Itaque nihil melius quam quod est in consuetudine sermonis Latini, quum 'exisse e potestate' dicimus eos qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia.* Ac mox: *Qui igitur exisse e potestate dicuntur, ideo dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est.* Haec M. Tullius. Vnde 'compotes'

150 atque 'impotes mentis' dicimus et 'impotenter commoti' dicuntur qui animum non habent in sua potestate, sed feruntur affectuum arbitrio. Formula sermonis detorta videtur a iureconsultis, apud quos filii ex iustis nuptiis procreati dicuntur esse *in potestate* parentum, nisi emancipentur aut nisi pater moriatur, rursus emancipati dicuntur *exisse de potestate* parentum.

115-116 Idem... tolleret *H I: om. MS.*

121 M. Tullius *H I: om. MS;* dixit *H I: om. MS.*

122 potius quam erudite *H I: add. MS.*

126-130 Penes... eruditos *H I: add. MS.*

127 nostri *H I: nostri vel vestri MS.*

130 quidem *H I: quidem illos MS.*

130-135 Idem... commendabo *H I: om. MS.*

138 conquestione *MS: quaestione H I.*

115 Cic. *Ac.* I, II, 19, 63 (116 Lucullo).

116 Hor. *Serm.* II, 5, 96 f.

3813 Otto 1550.

121 Cic. *Fam.* VII, 5, 3.

123 Cic. loc. cit. (tibi homine haec spondeo;

125 Romano quomodo; 126 pudentiorum; *prudentiorem v.l.*).

127 *Fin.* II, 4, 12 (vestri: *nostri v.l.*; quidem vel optime; 128 philosophus qui futurus sit: *qui philosophus futurus sit v.l.*; 129 pagis Turnèbe: *Pelagis* cdd. vetr.; colligitis bonos illos quidem; 130 non pereruditos).

130 *Fam.* VII, 16, 3.

134 *Stoici... pauperem* According to the Stoics, only the wise man is rich; see *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 106, l. 642 and n.l. 642-643. Cf. *Adag.* 3409 (*Sapiens sua bona secum fert*).

135 *Fam.* VII, 18, 3 (vos).

3814 Otto 903.

137 Cic. *Inu.* I, 56, 109. Cicero quotes Apollonius' saying in translation, "lacrima nihil citius arescit." If I am not mistaken, it was Er. himself who reconstructed the Greek original. (For ancient sources see G.D. Kellogg, *Study of a Proverb Attributed to the Rhetor Apollonius*, *The American Journal of Philology* 28 (1907), pp. 301-310.) Recon-

139 Οὐδὲν... id est *H I: om. MS.*

140 arescere *H I: ex ..arescere [?] corr. MS;* affectus *H I: affectus MS.*

144-145 necesse est quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit Qui contra affecti sint, hos insanos appellari necesse est *MS: necesse est H I.*

146 sermonis Latini *H I: ex Latini sermonis corr. MS.*

struction of lost Greek through *Rückübersetzung* of Latin versions, a process for which Angelo Poliziano had shown the way in his *Miscellanea*, was part and parcel of the humanist approach to the classics. For other instances see *Adag.* 1754 (*Oestro percitus*); 2349 (*Res indicabit*), *ASD* II, 5, p. 264, ll. 564 f.; 2982 (*Colophonium suffragium*), *ASD* II, 6, p. 576, l. 669 and n.

3815

142 Cic. *Tusc.* III, 5, II.

143 Cic. loc. cit. (144 Eos enim sanos quoniam intellegi [*sanos intelligi v.l.*] necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit, qui contra adfecti sint, hos insanos appellari necesse est. Itaque etc. The omission in *HI* is due to homoeoteleuton; see the apparatus criticus).

147 Cic. loc. cit. (148 idcirco; sint: *sunt v.l.*).

150 *impotenter commoti* The combination is unusual. Perhaps Er. had in mind Sen. *Epist.* 116, 5 "non est committendum, ut incidamus in rem commotam, impotentem."

152 *iureconsultis* *Dig.* I, 6, 3 "in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreaverimus"; I, 7, 36 "Emancipari filium a patre quocumque loco posse constat, ut exeat de patria potestate."

155 [H] GALLONIUS 3816

Etiam ipsa luxuries multos nobilitauit, vt Aesopum et Apitium. M. Tullius celebravit Gallonium a Lucillio traditum idque locis compluribus. In oratione Pro Caecina: *Quid ergo est? Non vsque eo tamen vt in capita fortunasque honestissimorum virorum dominantur hi qui relictis bonorum virorum disciplina et quaestum et sumptum Gallonii sequi maluerunt.* Item Pro P. Quintio meminit Gallonii. Rursus libro De finibus secundo refert e Lucillio:

LB 1148 'O Publi, o gurges, Galloni, es homo miser' inquit,
'Coenasti in vita nunquam bene, quum omnia in isto
Consumis squilla, acipensere cum decumano.'

165 Haec Lucillius facit loquentem Lelium lapatho coenare solitum Gallonio lurconi et omnia gulae ventrisque delectatione metienti. Gallonii meminit M. Tullius libro De finibus secundo: *Sed qui ad voluptatem omnia referens viuit vt Gallonius, loquitur vt Frugi ille Piso, non audio.*

[H] VULTU SAEPE LAEDITVR PIETAS 3817

170 M. Tullius in oratione Pro Roscio obiter citat sententiam a sapientibus iactatam. *Etenim, inquit, si, id quod praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum, si res postularit, iura diuina atque humana cogebant?* Prouerbiu[m] admonet pietatem erga parentes adeo religiose colendam vt non solum non offendamus eos verbis aut factis impiis, sed ne vultu quidem atrociori aut contumaciori. Habent enim oculi, frons et ipse vultus suum sermonem. Euangelium altius repetit, nimirum ab ipso fonte cordis in quo concipitur ira. Ea erumpit in vocem indignationis, sed incertam, proximus gradus est manifestum conuicium, tertius homicidium.

180 [H] CULLEO DIGNVS AVT NON VNO CULLEO DIGNVS 3818

Quum hominem enormiter scelerosum significare volumus, eum *culleo dignum* dicimus. Hoc supplicium erat parricidis, id est qui parentem occidissent. Quamquam apud priscos parricidium dicebatur, quoties homo hominem occidisset, hoc est par parem, videlicet eo seculo quo crudelitas erat occidisse bouem, auem
185 aut gallum gallinaceum. Dein, quum coepisset esse vulgare vt homo occideret hominem, parricidii vox ad summae impietatis significationem deflexa est. Culleus autem erat saccus coriaceus, cui insuebatur parricida simul immissa vipera, simia et gallo gallinaceo, atque ita proiiciebatur in profluentem. M. Tullius Pro Roscio Amerino: *Quanto maiores nostri sapientius, qui, cum intelligerent nihil esse
190 tam sanctum quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas excogitauerunt, vt quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine poenae a*

195 *maleficio summo arcerentur. Insui voluerunt in culleum viuos atque ita in flumen deiici. O singularem sapientiam iudicum! Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse, cui repente coelum, solum, aquam terramque ademerunt, vt qui eum necasset vnde ipse natus esset, careret his rebus omnibus ex quibus omnia nata esse dicuntur?* et caetera. Proin Iuuenalis impietatem cuiusdam exaggerans negat illi satis esse serpentem vnum aut culleum vnum. Narrat Suetonius

157 a Lucillio traditum *H I: add. MS.*

158 Caecina *H I: Cecinna [?] MS.*

160 Item Pro P. Quintio *H I: add. MS; meminit Gallonii H I: om. MS.*

162 inquit *H I: inquis [?] MS.*

165 lapatho coenare *H I: lapathum cenare MS.*

166-168 Gallonii... audio *H I: om. MS.*

171 inquit *H I: add. MS.*

173 postularit *H I: postularit vel -ret MS.*

174 admonet *H I: ex admoned corr. MS.*

179 tertius *H I: quartus MS.*

182 id *H I: hoc MS; occidissent H I: occidisset MS.*

184 hoc est par parem *H I: add. MS; auem H I: ouem MS.*

190 parricidas *H I: parricidas singulare MS; excogitauerunt H I: excogitauerunt MS.*

194 coelum, solum *H I: celum, so [sed so del.] solum MS.*

196 Proin *H I: proind MS; cuiusdam H I: add. MS.*

197-199 Narrat... possum? *H I: om. MS.*

3816

156 *luxuries... Apitium* Er. makes the same point in *Adag.* 1430 (Abronis vita). By Aesopus he does not mean the fable poet, but the son of a Roman actor, whose extravagance is described by Val. Max. IX, 1, 2; see also *ASD* II, 1, p. 81, n.l. 654. For Apicius as a type of luxury see Otto 126.

157 Cic. *Quinct.* (!) 30, 94 (158 capite fortunisque hominum honestissimorum; 159 ii: *hi v.l.*; virorum bonorum: *bonorum virorum v.l.*).

160 Item... *Gallonii* See the previous note. Er.' mistaken reference to *Pro Caecina* is due to some disorder in his notes.

161 Lucil., fr. 1133 ff. Krenkel, quoted by Cic. *Fin.* II, 8, 24 (163 ista; 164 squilla atque acipensere cum decimano [*decimano v.l.*]).

167 *Fin.* II, 28, 90.

3817

170 Cic. *S. Rosc.* 13, 37 (173 postulare).

176 *Habent... sermonem* Cic. *Att.* XIV, 13 B, 1 "Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu et oculis et fronte, ut aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisses." Er. discusses this passage in *Adag.* 1304 (Ex fronte perspicere).

Euangelium Mt. 15, 18 f.

3818

181 *culleo dignum* E.g. Aug. *Contra Faustum* XXII, 22 "parricidali culleo dignus".

182-184 *Hoc supplicium... parem* See Er. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 84, ll. 553 f. "Ethnicorum leges culleo insutum in profluentem

abiiciunt qui ferrum fraterno sanguine imbuerit" (see n. ad loc.). – Er. may have taken his etymology of 'parricida' from Prisc. I, 33, Keil, *Gr. Lat.* II, p. 26 "parricida... vel a 'pari' componitur vel, ut alii, a 'patre'... quibusdam tamen a 'parente' videtur esse compositum."

184-185 *eo seculo... gallinaceum* This reference to the Golden Age, when it was still considered sacrilegious to kill animals, is reminiscent of Pythagoras' speech on vegetarianism in *Ov. Met.* XV; see esp. ll. 99 "Tunc et aves tutae movere per aera pennas", 116 "oves", and 120 "boves". In addition to these animals Er. mentions the cock, to which he returns below (l. 188), in connection with the sack in which parricides were sewn up and drowned.

188 Cic. *S. Rosc.* 25, 70 f. (189 nostri maiores; 190 parricidas singulare excogitauerunt; 191 natura ipsa; 192 summoventur; 193 iudices; 194 ademerint; 195 iis).

196 *Iuv.* 8, 214.

197 *Suet. Ner.* 45, 2, where the inscription reads: "Ego quid potui? sed tu culleum meruisti." Er. quotes from memory. He also quotes it – in its original form – in *Apophth.* VI, Domitius Nero 14, *LB* IV, 276 E. He there gives the following explanation: "Solebant olim parricidae culeo insui, et Nero matrem occiderat. Culeus itaque sese excusans dicit: Ego quid potui? Paratus si quis te insuat, sed siue insuaris siue non, tu tamen culeum meruisti."

quosdam statuae Neronis apposuisse culleum cum elogio: *Merueras, sed ego quid possum?*

200 [H] RATIO QUIDEM APPARET ETC. 3819

Plautus in Trinummo:

Nequaquam argenti ratio comparet tamen,

cui Stasinus:

Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.

205 Nam haec est germana eius loci lectio, quam alii varie mendosam comminiscuntur. Vsus est M. Tullius In Pisonem: *Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quam mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscriptae scite et literate ut scriba ad aerarium, qui eas retulit, perscriptis rationibus, secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit: 'Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.'* Itidem Geta Terentianus in Phormione:

Non ratio nobis, sed argentum deerat.

M. Tullius Ad Q. fratrem libri secundi epistola vltima: *Quanquam sunt facta verbis difficiliora.* Eodem pertinet illud *Pulchre dixti.*

[H] OMNIA PRAETER ANIMAM 3820

215 Quum nihil non datum significamus praeter vitam, dicimus *Omnia tradita praeter animam.* M. Tullius Pro Roscio Amerino: *Quod si tibi causa nulla est quur hunc miserum tanta calamitate affici velis, si tibi omnia sua praeter animam tradidit nec sibi quicquam paternum ne monumenti quidem causa reseruauit et caetera.* Simili figura *animam debere* dicuntur qui plusquam omnia debent. Terentius: *Quid si animam debet?* Rursus: *Omnia debet praeter animam.*

[H] DE REDVUIA QVERITVR 3821

LB 1149 Περὶ τῆς παρωνυχίας μέμφεται ὁ τῶ μείζονι ἔνοχος κακῶ, id est | *De reduuia queritur maiori obnoxius malo.* Vbi quis prauo pudore leuissimis malis quaerit remedium, dissimulans maiora. Hoc affectu sunt complures ut etiam apud medicum dissimulent morbum, praecipue podagrici. Narrat Plutarchus quendam consuisse medicum de vicio vnguium, quum color argueret illum esse vitiatum epate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem 'Nihil' inquit 'tibi periculi est a reduuia, sed grauius malum vrget te.' Huc allusit M. Tullius in oratione Pro Roscio Amerino: *Intelligo me ante tempus haec perscrutari et propemodum errare qui, quum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduuiam curem.*

[H]

AD LIBELLAM DEBERE

3822

Qui pecuniam praesentem ac iusti ponderis debet *ad libellam debere* dicitur. Nam olim ad libram dabatur pecunia, non ad numerum. Inde illa vulgata ‘expendere’, ‘expensum ferre’, ‘dependere’, ‘rependere’, ‘impendere’ pro: sumptum facere, sumptuum rationem reddere, soluere, resolvere et insumere. M. Tullius Pro Roscio Amerino: *Nisi planum facit HS LIII ad libellam sibi deberi, perdit litem.*

[H]

HOC MVNICEPS AVT VICINVS NVNCIAVIT

3823

M. Tullius in eadem oratione: *Soletis, quum aliquid huiuscemodi auditis, iudices, continuo dicere: ‘Necesse est aliquem municipem aut vicinum dixisse.’* Solent enim a vicinis ac municipibus vicinorum ac municipum scelera potissimum prodi. Quod et hodie vulgo dicunt, dedecus homini a conterraneis aut ciuibus oriri. Nam si quod fortunae incommodum, si qua vitae labes, ab illis, quoniam sciunt, proditur.

202–203 Nequaquam... Stasinus *H I: om. MS.*
205–206 Nam... comminiscuntur *H I: om. MS.*

207 literate *H I: litterate ex -ae corr. MS.*

210 Geta *H I: ex peta corr. MS.*

212–213 M. Tullius... dixit *H I: om. MS.*

222 μέμφεται *H I: [ex μέφεται] add. MS.*

229 tempus haec perscrutari *H I: tempus Iudices hec scrutari MS.*

239 aliquem municipem aut vicinum dixisse *H I: aliquem dixisse municipem aut vicinum MS.*

241–243 Nam... proditur *H I: om. MS.*

3819 Largely taken from Brassicanus, *Prov.* 72 (Ratio apparet, argentum οἴχεται).

201 Plaut. *Trin.* 418 f.

205 *quam alii...* *comminiscuntur* The reference is to Giambattista Pio’s Plautus commentary, for which see *ASD* II, 6, p. 367, n.ll. 429–430. Er. also used Pio’s *Annotationes*. He attacks Pio (again without naming him) for having criticized an interpretation by Poliziano in *Adag.* 1801 (Stultior Morycho), *ASD* II, 4, p. 216, ll. 23 ff.

206 Cic. *Pis.* 25, 61 (208 rettulit).

210 Ter. *Phorm.* 299 (211 ratio verum argentum).

212 Cic. *Ad Q. fr.* I, 4, 5.

213 *Pulchre dixit* Ter. *Eun.* 376 (Dixit pulchre). See *Adag.* 3797 (Omnia praeclara dicis).

3820

216 Cic. *S. Rosc.* 50, 146.

219 Ter. *Phorm.* 661 (also quoted in *Adag.* 924 ‘Animam debet’).

220 *Omnia* etc. Source not identified.

3821 Cf. Otto 1512.

222 Er. has fabricated this sentence himself; his

source is Plut. *Mor.* 43 a–b and 73 b.

225 *podagrici* One may recall that Er. himself suffered from gout.

Plut. *Mor.* loc. cit. Er. has included the same anecdote in *Apophth.* VI, *Varie mixta*, *LB* VI, 317 C.

228 Cic. *S. Rosc.* 44, 128 (229 tempus, iudices, haec scrutari).

3822

232 *ad libellam debere* Cic. *Q. Rosc.* 4, 11.

235 Cic. loc. cit. (236 causam perdit).

3823 Otto 1894.

238 Cic. *S. Rosc.* 37, 105 (audistis: *auditis* v.l.; 239 aliquem dixisse municipem aut vicinum).

241 *hodie* The reference is to the Dutch proverb “Lants man scants man” (Landsman, schandsman), which means that it is usually one’s fellow countrymen and neighbors who bring you into disrepute, as they know more about you than anyone else. Quoted in Suringar 253 and Harrebomée, II, p. 7; the earliest source given is *Proverbia Communia seu Seriosa*.

[H] DEAE EXCOGITAVIT 3824

245 Aristophanes in Equitibus:

Τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμα' ἐμόν, id est
Excogitavit dea, meum sed furtum erat.

250 Non sine prouerbii specie dictum est in rhetores, qui apud populum iactabant Mineruam ipsis quod suaderent misisse in mentem et tamen rerum gestarum gloriam sibi vindicabant. Color sumptus est ex Homero, vbi, quoties fati ratio reddi non potest, Pallas dicitur suggestisse. Pallas Atheniensium erat protectrix. Comicus autem ioci gratia pro πράγμα posuit κλέμμα, notans Cleonis rapacitatem.

[H] VSUS EST ALTERA NATVRA 3825

255 Nihil hoc dicto celebratius, Ἔθος ἄλλη φύσις, id est *Vsus altera natura*. Natura nihil efficacius potentiusue. Vnde Satiricus:

Custode et cura natura potentior omni.

260 Huic parem aut certe proximam vim habet assuetudo. Aristoteles libro Rhetoricorum primo disputans de iucundis docet ea iucunda esse quae vel secundum naturam sunt vel, quod huic proximum est, consueta. Nihil enim putat interesse inter naturam et vsum nisi quod interest inter semper et plerunque. Perpetuum enim est quod indidit natura, frequens quod vsus affixit. Proinde sanctissimum consilium dedit qui iussit vt a teneris statim annis optima eligamus, quae post vsu futura sint etiam iucunda.

[H] NECESSITAS MOLESTA 3826

265 Mox eodem in loco citat sententiam ceu vulgo iactatam, ostendens esse molesta quae secundum naturam non sunt. Vis autem pugnat cum natura eoque molesta omnibus necessitas. Καὶ ὀρθῶς, inquit, εἴρηται Ἰπᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πράγμα ἀνιαρὸν ἔφω', id est *Et recte dictum est 'Quicquid enim est necessarium natura molestum est.'* Verum optimis non assuescimus nisi initio adhibeatur aliqua vis; sed 270 quod prius erat violentum ac proinde molestum, assuetudine primum fit leue, postea etiam iucundum.

[H] IVCVNDATA MALORVM PRAETERITORVM MEMORIA 3827

Inibi refert et hanc sententiam prouerbialem ex poeta quopiam:

275 Ἄλλ' ἡδὺ τὸν σωθέντα μεμνηῆσθαι πόνων, id est
Meminisse laborum suaue qui seruatus est.

Item illud:

LB 1150

Καὶ μέγα γὰρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνήρ
 Μνήμενος, ὅστις πολλὰ πάθοι καὶ πολλὰ ἐόργοι, | id est
Magnopere est iocunda viro renouata dolorum
 280 *Mentio, qui permulta tulit permultaque gessit.*

Huius et alibi meminimus.

[H]

SVFFRAGIVM OPTIMVM

3828

285

Aristoteles Rhetoricorum libro primo videtur hoc attingere tanquam in foro iac-
 tatum: γνώμη ἀρίστη, id est *suffragio optimo*. Quum enim multa sint probatio-
 num genera quae extra causam petuntur ac Graecis dicuntur ἄτεργοι, velut leges,
 testes, pacta, tormenta, iusiurandum, optima probatio est ex coniecturis, quae illi
 εἰκότα vocant: Μάρτυρας μὲν μὴ ἔχοντι, ὅτι ἐκ τῶν εἰκότων δεῦ κρίνειν καὶ τοῦτο

247 dea H I: ex Deus corr. MS.

254 ἄλλη H I: ἑτέρα MS.

260 alt. inter H I: om. MS.

268 Et recte dictum est H I: om. MS.

274 ἡδὺ τὸν H I: ἡδὺ τι MS.

274-275 id est... est H I: om. MS.

278 Μνήμενος H I: μήμενος MS.

278-281 id est... meminimus H I: om. MS.

285 ac... ἄτεργοι H I: add. MS.

286 pacta H I: pacto [?] MS; est ex H I: est est
[sed alt. est del.] ex MS.

287 εἰκότα H I: ex εἰκότα corr. MS.

3824

245 Aristoph. *Equ.* 1203.

248-250 *Non... vindicabant* After a scholium
 ad loc., in which the following saying is
 quoted: ἡ μὲν θεὸς ὑπέβαλέ μοι, ἐπραξα δὲ
 ἐγώ. Er. identifies the goddess with Minerva.

250 Hom. *Od.* XVIII, 158 = XXI, 1 Τῆ δ' ἄρ'
 ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεά, γλαυκῶπις Ἀθήνη...252 πρᾶγμα Er. refers to the saying quoted by
 the scholiast (ἐπραξα).

3825

254 *Nihil... natura* See e.g. Aristot. *Eth. Nic.*
 VII, 10, 4 τὸ ἔθος... τῆ φύσει ἔουκεν; *Rhet.* I,
 II, 3 τὸ εἰθισμένον ὡσπερ πεφυκὸς ἤδη γίνε-
 ται: ὅμοιον γὰρ τι τὸ ἔθος τῆ φύσει; Cic. *Fin.*
 V, 25, 74 "consuetudine quasi alteram quan-
 dam naturam effici". As regards the formula
 ἔθος ἄλλη φύσει, I assume that Er. coined it
 himself.

255 Iuv. 10, 303.

257 Aristot. *Rhet.* I, II, 3.

262-263 *qui iussit* etc. The reference is to
 Quintilian; see *Adag.* 1320 (Quo semel est
 imbuta): "recte monet Fabius (*Inst.* I, 1, 11) vt
 statim optima discantur." Er. refers at the
 same time to Verg. *Georg.* II, 272, as is clear

from Ep. 2584 (written in 1531 or 1532), ll.
 1-3 "In teneris, inquit ille (*Georg.* II, 272),
 consuescere multum est, proinde consultum
 est protinus optimis assuescere. Sic enim fiet
 vt quae natura sunt optima, eadem vsu fiant
 et iucundissima."

3826

265-269 *Mox... molestum est* Aristot. *Rhet.* I,
 II, 4 (267 πρᾶγμα: πρᾶγμα v.l.). The verse is
 attributed to Euenus, fr. 7 Gentili-Prato II,
 p. 105.

268-271 *Quicquid* etc. Er. expresses the same
 idea in *De pueris*, ASD I, 2, p. 47, ll. 21-23.

3827

273 Aristot. *Rhet.* I, II, 8 (274 ἡδὺ τοι). The
 fragment is attributed to Euripides, fr. 133
 Nauck.277-278 Hom. *Od.* XV, 400 f., quoted by Aris-
 tot. loc. cit. (μετὰ; 278 πάθη; ἐόργη). Er.
 wrongly takes καὶ as part of the quotation.279 *renouata dolorum* Reminiscent of Verg.
Aen. II, 3.281 *alibi* *Adag.* 1243 (Iucundi acti labores).
 See also *Lingua*, ASD IV, 1A, p. 145, ll. 930 ff.

3828

283 Aristot. *Rhet.* I, 15, 17.

ἔστι τὸ γνώμη τῆ ἀρίστη, id est *Ei vero qui testes non habet, hic erit locus, ex probabilibus signis esse iudicandum, et hoc est quod dicitur 'suffragio optimo'*.

290 [H] TANQVAM AD ARAM 3829

De *sacra ancora* dictum est alias. Illi simillimum est *ad aram*, quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum quod olim qui extrema necessitate vrgebantur, ad aras deorum soleant confugere, vnde nefas erat quenquam detrudere. M. Tullius in oratione Pro Roscio comoedo: *Quod item nuper in Erotē*
 295 *comoedo usu venit; qui posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam conuicio explodebatur, sicut ad aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen.* Idem libro tertio De natura deorum *Quod vos* inquit *quum facere non potestis, tanquam ad aram confugitis ad deum.* Idem actione in Verrem quarta: *Magistratum autem nostrorum iniurias ita multorum tulerunt ut nunquam ante*
 300 *hoc tempus ad aram legum praesidiumque vestrum publico consilio confugerent.* Ouidius Epistolarum libro quarto:

Vnica fortunis ara reperta meis.

Plautus in Mostellaria: *Ad aram confugisti.*

[H] AD ASYLVM CONFUGERE 3830

305 Huic cognatum est *ad asylum confugere*. M. Tullius actione in Verrem tertia: *Se quaestorem prohibitum esse dicebat quo minus e phano Dianae seruum suum, qui in*
 LB 1151 *illud | asylum confugisset, abduceret.*

Haec fient venustiora et παροιμιωδέστερα, si ad animi res transferantur.

[H] ARX 3831

310 Non abhorret ab hac forma *arcis* metaphora, quum tutissimum ac validissimum praesidium significamus. M. Tullius In Verrem actione sexta: *Idem ad vos priuatim, iudices, confugit, vititur hac lege qua iudicium est communi arce sociorum.* Rursus in eadem: *Hic locus est igitur vnus quo perfugiant, hic portus, haec arx, haec ara sociorum.* Item Pro Roscio comoedo: *Haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum*
 315 *est, hanc habent arcem, minus aliquanto munitam quidem quam antea, veruntamen et caetera.* Item Pro Sylla: *Ego vitam omnium ciuium, statum orbis terrae, urbem hanc denique, sedem omnium nostrum, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperii, quinque hominum amentium ac perditorum poena redemi.* Idem in Epistolis familiaribus, scribens P. Lentulo, quod erat in causa
 320 praecipuum *arcem causae* vocat: *Non potuit* inquit *magis in arcem causae illius inuadere.* Aristoteles praefans in Rhetorica ad Alexandrum: *Εἰδότες καλῶς, ὡς ἀκρόπολις ἐστὶ σωτηρίας ἢ διὰ τοῦ λόγου τοῦ συμφέροντος γινομένη θεωρία,* id est *Quum pulchre nossent arcem esse salutis utilitatis considerationem quae fit oratione.*

[H]

NE VESTIGIVM QVIDEM

3832

325 Quoties hominem aut rem penitus abolitam significamus, *ne vestigium quidem superesse* dicimus. M. Tullius actione in Verrem tertia: *Nam si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus, vestigium istius in foro non esset relictum.* Rursus quinta: *Providendum diligenter ne quod in vita vestigium libidinis appareat.* Item in oratione Contra Rullum: *Corinthi vestigium vix relictum erat.* In eadem: *Vt ipse locus eorum, qui cum hac vrbe de imperio certarunt, vestigia calamitatis ostenderet.* Item Pro Cluentio: *Quum interea Cluentianae pecuniae vestigium nullum inuenitis.*

288 erit MS: erat H I.

293 deorum H I: add. MS.

294 comoedo H I: Amerino MS.

295 modo H I: mod MS; conuicio H I: ex conuiciis corr. MS.

296 ad H I: add. MS.

298–300 Idem actione... confugerent H I: add. MS.

298 quarta H I: 4. ex 7. corr. MS.

300 confugerent H I: confugerent. Item pro Sylla: Ego vitam omnium ciuium, statum orbis terre, vrbem hanc denique sedem omnem nostrum, arcem [ex sedem corr.] regum ac gentium [sed gentium del.] nationum exterarum, lumen gentium domicilium imperii, quinque hominum amentium ac perditorum pena redemi MS. *Qui locus postea adiunctus est adagio 3831 in H et I [ciuium om. H I].*

300–301 Ouidius H I: Ouidius in MS.

303 Mostellaria H I: Mustelaria MS.

304 Ad... confugere H I: om. MS.

305 tertia H I: sexta MS.

308 Haec... transferantur H I: om. MS.

311 sexta H I: 9. MS.

312 confugit H I: confugt MS.

314–316 Item... et caetera H I: add. MS; *adiuncta sunt praeterea verba haec: in oratione post reditum Romam appellat omnium terrarum arcem. Plato pro arce μητρόπολις dixit.*

316–319 Item Pro Sylla... redemi H I [vide supra ad l. 300].

319–323 Idem... oratione H I: om. MS.

322 λόγου τοῦ *supplevi ex Rhet. Alex.: om. H I.*

324 quidem H I: om. MS.

326 tertia H I: sexta MS; si alienam H I: si nostram [sed nostram del.] alienam MS.

327 nostra iniuria H I: nostra [add.] iniuria alieno [sed alieno del.] MS; quinta H I: octaua MS.

328 Item H I: om. MS.

330–335 Item Pro Cluentio... deletam H I: add. MS.

288 γνῶμη τῆ ἀρίστη The juror is bound by oath to decide 'to the best of his judgment'; see W.M.A. Grimaldi's note on *Rhet. I*, 15, 5.

3829 Brassicanus, *Pro. 38* (Ara).291 *alias Adag. 24* (Sacram ancoram soluere).

293 *soleant* For this use of the present instead of the past tense see *Adag. 3653*, p. 99, n.l. 565.

294 Cic. *Q. Rosc. II*, 30 (296 in aram).297 Cic. *Nat. III*, 10, 25 (298 in aram).

298 *Verr. 2, II*, 3, 8 (300 confugerint: *confugerent* v.l.).

300–301 Ov. *Trist. IV*, 5, 2.

303 Plaut. *Most. 1135* (quid confugisti in aram?).

3830

305 Cic. *Verr. 2, I*, 33, 85 (306 quaestorem vi prohibitum). For the numbering of the *Verrianae* in the early editions see *ASD II*, 4, p.

115, n.l. 630.

3831

311 Cic. *Verr. 2, IV*, 8, 17.313 *Verr. 2, V*, 48, 126 (locus igitur est).

314 *Div. in Caec. (!)* 5, 18 (315 aliquanto nunc quidem munitam quam).

316 *Sull. II*, 33.

319 *Fam. I*, 9, 8 (320 Num potui; arcem illius causae).

321 Aristot. *Rhet. Alex.*, praef. 9 (ἡ διὰ τοῦ λόγου γινομένη τοῦ συμφέροντος θεωρία).

3832

326 Cic. *Verr. 2, I*, 44, 113 (Nos si; 327 nullum: non v.l.).

327 *Verr. 2, III*, 2, 4.329 *Leg. agr. 2, 32*, 87 (cst).

Leg. agr. 2, 19, 51 (330 decertarunt: *certarunt* v.l.).

331 *Cluent. 30*, 82.

Idem Pro lege Manilia: *Cuius legiones sic in Asiam venerunt ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse videatur.* Item Pro L. Flacco: *Legatos in vincula coniectos, nominis prope Romani memoriam cum vestigio imperii non modo ex aedibus Graecorum, verum etiam ex literis esse deletam.* 335
 Idem Pro Sylla: *Vt qui paulo ante consul designatus fuisset repente nullum pristinae dignitatis vestigium retineret.* Idem ad Cn. Plancum libro quinto: *Ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis.* Rursus ad Papirium Paetum libro nono: *Ego autem – existimes licet quod lubet – mirifice capior facetiis maxime nostratibus, praesertim quum eas videam primum oblitas Latio tum, quum in urbem nostram est infusa peregrinitas, nunc etiam braccatis et Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat.* Pro 'vestigio' dixit 'imaginem' Philippica quinta: *Quae nisi auctoritate senatus rescindantur, quoniam ingressi in spem reipublicae recuperandae sumus, imago nulla liberae ciuitatis relinquatur.* Idem in epistola ad Q. fratrem: *Non enim vidisses fratrem tuum, non eum quem noras, non eum quem flens flentem, prosequentem proficiscens dimiseras, ne vestigium quidem eius nec simulacrum, sed quandam effigiem spirantis mortui.* Idem aliis verbis expressit Ad Atticum libro quarto, epistola Occupationum mearum: *Amisimus, mi Pompei, omnem non modo succum ac sanguinem, sed etiam colorem et speciem pristinae ciuitatis.* Rursus epistola prima libri decimi Familiarium: *Nec omnino simulacrum aliquod aut vestigium ciuitatis.* 340
 345
 350

[H]

DIOBOLARES

3833

Quem minimi precii volumus intelligi *diobolarem* olim vocabant. Obolus enim nummus erat aereus. Id primum dictum est in meretrices plebeias minimoque venales, post deflexum est ad quemuis hominem aut rem egregie vilem et 355 contempnendam. Meminit Festus Pompeius. Plautus vile scortum *diobolarium* appellat.

[H]

EQUITANDI PERITVS NE CANTET

3834

Ἴππωσύνην δεδαῶς μὴ ᾄδῃ, id est *Equitandi peritus ne cantet.* Sumptum a poeta quopiam, in eum qui professus res serias versatur in nugis. Equitatio militaris est et ad bellum pertinet, musici sunt imbelles ac voluptatum sectatores. Gregorius 360 theologus in epistola ad Eudoxium rhetorem: Ἴππωσύνην δεδαῶτα μὴ | ᾄδειν ἐθέλει ἢ ποιῆσις, μὴ τι γένηται μὴ καὶ τῆς ἵππωσύνης διαμάρτης καὶ τῆς ᾠδῆς, id est *Eum qui didicit artem equitandi non vult canere poesis, ne qua eueniat ut simul et in equitando aberres et in canendo.* Nondum liquet e quo poeta sumptum sit, sed 365 dictum videtur in Thebanos, qui duas artes praecipue discebant, equitandi et canendi tibiis, quum altera parum alteri congruat.

[H]

SPARTAE SERVI MAXIME SERVI

3835

Plutarchus in vita Lycurgi refert ceu vulgo iactatum Ἐν Λακεδαίμονι τὸν ἐλεύθε-

370 ρον μάλιστα ἐλεύθερον εἶναι καὶ τὸν δοῦλον μάλιστα δοῦλον, id est *Apud Lacedaemonios qui liber est, eum maxime liberum esse, contra qui seruius est maxime seruum esse*. Apud Lacedaemonios ingenuis non erat phas discere aut exercere vllum opificium aut negociationem aut agriculturam, sed haec omnia per helotas – id erat seruorum genus quibus nefas erat vllam artem liberalem vel discere vel exercere –

375 agebant. Quos ipsos durissime tractabant. Cogebantur adesse conuiuuis et illic inebriari, cantiones ridiculas canere et saltationes indecoras agere, vt horum exemplo ingenui discerent, quam indecora foedaque res sit temulentia. Quin et ephori, quum inirent magistratum, solent helotibus bellum indicere, quo phas esset illos occidere. His rationibus ad tantam seruitutem adigebantur vt nihil

380 auderent iniussu dominorum, adeo vt, quum Thebani qui irruptione facta in Laonicam quosdam ex helotibus ceperant, iuberent illos canere cantiones Terpantri, Alcmanis et Spendontis Laonici, responderint id heriles filias nolle. *Generosior Spartano* alias nobis dictum.

335 aedibus *H I*: adibus *MS*.

336–337 Idem Pro Sylla... retineret *H I*: *add. MS*.

337–351 Idem ad... ciuitatis *H I*: *om. MS*.

359 ἄδη *H I*: ἄδει *MS*.

364 Eum *H I*: eos *MS*.

365–367 Nondum... congruat *H I*: *add. MS*.

370–371 Apud Lacedaemonios *H I*: Laced [*sed del.*] Apud Lacedaemonios *MS*.

374 quibus... exercere *H I*: *add. MS*.

376 vt *H I*: vt ex *MS*.

378 magistratum *H*: magistrum *I, om. MS*; quo *H I*: quos *MS*.

380 vt *H I*: *add. MS*; irruptione *MS*: eruptione *H I*.

381 quosdam ex helotibus *H I*: ex Helotibus quos *MS*.

382 Spendontis *MS*: Spendontis *H I*; filias *H I*: filias vel -os *MS*.

383 Generosior... dictum est *H I* [*est om. I*]: *add. MS*.

332 *Manil.* 13, 39 (pervenerint; 333 nocuisse dicatur).

334 *Flac.* 25, 60 (335 sedibus: *aedibus* v.l.).

336 *Sull.* 32, 91 (nullum vestigium retineret pristinae dignitatis).

337 *Fam.* IV (!), 14, 1. The addressee is Cn. Plancius, not Plancus.

338 *Fam.* IX, 15, 2 (339 quidlibet: *quod lubet* v.l.; 341 nunc vero etiam bractis).

342 *Phil.* 5, 4, 11 (343 rescinduntur).

344 *Ad Q. fr.* I, 3, 1 (345 tuum, non eum quem reliqueras, non).

348 *Att.* IV, 18, 2 (349 sucum; *pristinam*).

350 *Fam.* X, 1, 1 (351 ac).

3833

354–355 *meretrices... venales* After *Fest.* p. 65 Lindsay "Diobolares meretrices dicuntur quae duobus obolis ducuntur."

355–356 *deflexum... contemnendam* After Varro, *Ling. lat.* VII, 64 "diobolares a binis obolis."

356 *Fest.* loc. cit.

Plaut. *Poen.* 270.

3834

359 After Greg. Naz. *Epist.* 178, 4 (ἵπποσύνην).

361 Greg. Naz. loc. cit. (362 ἵπποσύνην; 363 ἵπποσύνης).

365 *e quo poeta* Greg. alludes to an epigram, *Anth. Pal.* IX, 537.

3835

369 Plut. *Lyc.* 28, 11 (καὶ τὸν ἐλεύθερον).

372–375 *Apud Lacedaemonios... agebant* After Plut. *Lyc.* 24, 2.

375–382 *Quos... nolle* After Plut. *Lyc.* 28, 7–10. Er. draws on the same chapter in *Apophth.* II, Prisca Lacedaemoniorum instituta 25, *LB* IV, 146 E–F and *Eccles.* II, *ASD* V, 4, p. 264, ll. 387 ff.

378 *solent* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.

382 *heriles filias* Plut.: τὸς (τὰς v.l.) δεσποσύνοους.

383 *alias Adag.* 1761 (*Generosior Sparta*).

[H]

VESPERTILIO

3836

385 *Vespertilio*nes videntur appellari qui grauati aere alieno luce domi se continent, ne
 a creditoribus appellentur, noctu prodeunt. Vlpianus libro Pandectarum xxi.,
 titulo De euictionibus: *Si quis ita stipulanti spondeat 'sanum esse, furem non esse,*
vespertilionem non esse' et caetera, inutilis stipulatio quibusdam videtur, quia si quis
 390 *est in hac causa, impossibile est quod promittitur, si non est, frustra est. Sed ego puto*
verius hanc stipulationem 'furem non esse, sanum esse, vespertilionem non esse' utilem
esse: hoc enim continere, quod interest horum quid esse vel horum quid non esse. Hac-
 tenus Vlpianus. Quanquam hoc loco quidam pro 'vespertilione' legunt 'vespillonem'
 aut 'versipellem'. Alciatus inter iureconsultos vndequaue doctissimus in
 commentariis suis De rerum significationibus putat vespertilionem dictum, quem-
 395 admodum modo diximus, qui metu creditorum interdiu latitat, noctu prodit.
 Nam animal hinc dictum, quod vesperi volet, indicat Nonius Marcellus.

Adagium esse sumptum videtur ex apologo quopiam siue Aesopi siue alterius
 illum imitati – nam Aesopo videtur indignus –, qui narrat vespertilionem, mergum
 et rubum inisse societatem, vt conflatis sortibus pariter negociarentur. Vespertilionem
 400 contulisse pecuniam a foeneratoribus mutuo sumptam, mergum
 aliud quippiam, rubum vestem. Quum omnes e naufragio nudi enatassent, vespertilionem
 metu creditorum interdiu latitare, noctu volare tantum, mergum
 obsidere littora ac subinde collum demittere in fundum, sicubi reperiat merces
 suas vel eiectas in littus vel in fundo haerentes, rubum praetereuntium adhaerere
 405 vestibus, si qua forte suam reperiat.

Poterat videri parum quadrare seruum aere alieno grauatum esse – quis enim
 credat seruo? – nisi legeremus apud Terentium Dauum Getae quod debebat reddidisse.
 Mihi tamen videtur vespertilionis nomen et in fugitiuum seruum competere, qui noctu
 ab hero solitus sit subducere sese latitatque, vbi periculum est
 410 ne agnoscatur. Nam inibi mox proximo capite pro 'vespertilione' ponit *erronem*
ac fugitiuum: Quum quis, inquit, stipulatur 'furem non esse, fugitiuum non esse,
erronem non esse'. Prisci tamen ea voce secus vsi sunt, videlicet pro homine ancipitis
 fidei qui nec huius ordinis sit nec illius, cum vtroque tamen colludat, eo
 quod vespertilio sic est vtrunque vt nec inter volucres nec inter mures habeat
 415 locum. Alas habet, sed pennas non habet, volitat, sed sub vesperam, dentes habet,
 quod auium nulla. Varro in Agathone citante Nonio:
 LB 1153

*Quid multa? Factus sum vespertilio, neque in muribus
 Plane neque in volucris sum.*

Vespertilionis conuicium torqueri poterit et in amantes qui noctu volitant, quos
 420 Plautus in Trinummio vocat tenebricolas: *Elegans inquit despoliator, latebricolarum*
hominum corruptor.

[H]

IN FOLLE OFFERRE

3837

Callistratus libro Pandectarum xxxv., titulo De conditionibus et demonstrationi-

425 bus, capite Cum seruus, *Nos inquit neque conditionem meram putamus esse quae in datione existit neque meram conditionem quae in facto consistit, sed eam conditionem quae ex quadam mixtura consistit. Nam non vtiue si ille in folle reliqua*

385 appellari *I*: appellati *MS H*; luce *H I*: luci *MS*.
 387 titulo De euictionibus *H I*: *add. MS*; stipulanti *H I*: stipulant *MS*.
 390 stipulationem furem non esse *H I*: stipulationem furem esse *MS*.
 391-392 Hactenus Vlpianus *H I*: *om. MS*.
 393 Alciatus *H I*: Alcyatus *MS*; inter... doctissimus *H I*: *add. MS*; vndeque *H I*: vndiquaque *MS*.
 395 modo *H I*: *om. MS*.
 396 Nam... Marcellus *H I*: *om. MS*.
 397 videtur *H I*: *om. MS*.
 398 nam... indignus *H I*: *om. MS*.

399 rubum *H I*: lippum *MS*.
 401 rubum vestem *H I*: lippum vestes *MS*.
 404 rubum *H I*: lippos *MS*.
 405 qua *MS*: quam *H I*; forte *H I*: fors *MS*.
 406 Poterat... aere *H I*: poterat parum quadrare in seruum, ere *MS*.
 409 noctu *H I*: noctu se *MS*; sese *H I*: *om. MS*; laitatque *H I*: latitetque *MS*.
 412-418 Prisci... sum *H I*: *add. MS* [f. 88].
 413 cum... colludat *H I*: *om. MS*.
 416 auium nulla *H I*: *ex nulla auium corr. MS*.
 419-421 Vespertilionis... corruptor *H I*: *om. MS*.
 423 Callistratus *H I*: Callistus *MS*.

3836 Largely taken from Alciato, *De verb. sign.* IV, p. 80 "Vespertilionem appellari in iure (a marginal note refers to *Dig.* XXI, 2, 31) apparet eum qui ne creditoribus satisfaciat latitet et vespere tantum exeat vel rationes conturbaverit. Opinor ex Aesopi fabula, qua inter caetera proditur vespertilionem cum mergo societatem nauticam contraxisset et summersa navi, cum uterque decoxisset, vespertilionem non nisi noctu metu creditorum vagari, mergum frequenter in undas se demittere, mercimonia amissa perquirentem, ut proculdubio male sentiant qui 'vespillonem' vel 'versipellem' pro 'vespertilione' legunt."
 386 *Dig.* XXI, 2, 31 (387 Si ita quis; 388 vispellionem; 390 furem non esse, vispellionem non esse, sanum esse).
 392-393 *hoc loco*... 'versipellem' Taken from Alciato, quoted above.
 393 *vndeque* For this form see *Adag.* 3730, p. 145, n.l. 368.
 394 *commentariis*... *significationibus* One would expect 'verborum' instead of *rerum*, since Alciato's treatise is entitled *De verborum significatione* (*De verborum significatione libri quatuor. Eiusdem in tractatum eius argumenti veterum iureconsultorum commentaria*, Lugduni, 1530), and, secondly, because it concerns the section "De verborum significatione" in the *Digest* (L, 16).
 396 Non. p. 67 Lindsay.

397 *apologo quopiam* The Greek fable appears in B.E. Perry, ed., *Aesopica*, Urbana (Ill.), 1952, 171; Aesop. ed. Chambry 250.
 398 *Aesopo videtur indignus* Er. doubts the authenticity of the fable, probably because the story seems forced and far-fetched to him.
 405 *si qua*... *reperiat* 'to see if somewhere he might find his own garment.' I have replaced "quam" (*H I*) by *qua* (*MS*), which suits the context better and is moreover confirmed by the Greek original, which has πού.
 407 Ter. *Phorm.*, opening scene.
 410 *proximo capite* *Dig.* XXI, 2, 32 (411 stipulatur 'fugitivum non esse, erronem non esse'). - *pro vespertilione* But the correct reading in *Dig.* is 'vispellionem' (see above, n.l. 386), not 'vespertilionem'.
 415-416 *dentes*... *nulla* After Plin. *Nat.* XI, 164.
 416 Varro, *Men.* 13 Cèbe I, p. 38, quoted by Non. p. 67 Lindsay.
 420 *tenebricolus* 'Hunters of darkness'. By this word, which Er. has made up himself, he paraphrases "latebricularum" in Plaut. *Trin.* 240. Plaut. *Trin.* 239 f.
 3837 Taken from Alciato, *De verb. sign.* IV, p. 81.
 423 *Dig.* XXXV, 1, 82 (condicionibus; 424, 425-426 condicionem; 425 existit; facto sit; 426 mixtura quadam; 427 optulerit; 429 imputationes probe an improbe; recte relata).

430 *obtulit, liber erit: non enim testator hoc sensit, sed illud, ut rationes reddat, quomodo seruus reddere solet, id est legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit, computationes probae an improbae referantur, accepta relata recte an non recte.* Apparet 'in folle' dictum pro eo quod erat: inexplorate, inexplicate et confuse, sicut qui syngraphas et pecuniam sacculo inclusas offert.

[H]

MALVS CHORAVLES, BONVS SYMPHONICVS

3838

435 Diuus Augustinus in epistola ad Aurelium – et refertur in Decretis, causa xvi., quaestione prima, capite Legi epistolam – commemorat vulgo illud iactatum
 440 *Malus choraulis, bonus symphonicus*, vbi quis in suo genere contemptus in praestantiore habetur in precio, veluti si quis poeta ineptus profiteatur medicinam et inter praeclaros medicos habeatur. Augustini verba sunt haec: *Ordini clericorum fit indignissime iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericorum eligantur, quum ex his qui in monasterio permanent non tamen nisi probatiores ac meliores in clerum assumere soleamus, nisi forte, sicut vulgares dicunt, 'Malus choraulis bonus symphonicus est', ita ipsi vulgares de nobis iocabuntur dicentes: 'Malus monachus bonus clericus est.'* Sumptum apparet ex M. Tullio, qui in oratione Pro Murena ita loquitur: *Itaque mihi videntur initio multo hoc maluisse, postquam id assequi non potuissent, illuc potissimum sunt delapsi. Vt autem in Graecis artificibus eos auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint, sic nonnullos videmus qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire.*

[H]

NVTV ATQVE RENVTV

3839

Cui summam potentiam ascribimus, eius *nutu ac renutu* cuncta geri dicimus. Multum est verbo efficere quod velis, at plus est idem efficere nutu ac renutu. M. Tullius actione in Verrem tertia: *Nisi ad nutum tuum praesto fuerit, nisi libidini tuae cupiditatisque paruerit.* Idem Pro Caecinna: *An certius quicquam obiici potest quam quod is cui obiicitur ne nutu quidem infirmare conetur?* Item Contra Rullum: *Tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent.* Idem Epistolarum familiarium libro vndecimo: *Interfecto enim rege regio omneis nutus tuemur.* Rursus libro xiii., epistola prima: *Nec dubitat quin ego a te nutu hoc consequi possim.*
 455 In eodem ad Silium propraetorem: *Vt libentissimis Graecis nutu quod velis consequare.* Plinius libro Epistolarum primo ad Octauium Rufum indicat esse sumptum ex Homero, qui fingit Iouem solo nutu probare aut reiicere hominum vota. Verba Plinii ascribam: *Vide in quo me fastigio collocaris, quum mihi idem potestatis idemque regni dederis quod Homerus Ioui Optimo Maximo:*
 460

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν.

Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum.

[H]

NE BESTIAE QVIDEM FERRE POSSENT

3840

Prouerbialis hyperbole est apud M. Tullium actione in Verrem quinta: *Postremo*

- 465 *vt odor Apronii teterrimus oris et corporis, quem, vt aiunt, ne bestiae quidem ferre possent, vni isti suavis et iucundus videretur.* Confine est illi quod alibi retulimus, *Balbinum polypus Agnae delectat.* Idem In Catilinam inuectiua v.: *Tantus enim illorum temporum dolor inustus est vt iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passurae esse videantur.* Paulo diuersius dixit in epistola ad Atticum cuius initium Quaeris ex me, libro primo: *Et, quod omnes | non modo homines, verum etiam pecudes factum esse sciebant.*

[H]

COSSI

384I

Olim vulgari conuicio *cossi* dicebantur homines natura rugosi, a similitudine vermium qui lignis innascuntur. Ii natura rugas habent, vt se contrahant ac porri-

- 429 probae an improbae *H I*: probe an improbe *MS*.
 430 inexplicatae *H I*: *om. MS*.
 430-431 et confuse *H I*: *add. MS*.
 434 quaest. prima *H I*: quest. 1. *MS*; epistolam *H I*: epistolam, et [*sed et del.*] *MS*; vulgo illud *H I*: illud vt vulg *MS*.
 438 indignissime *H I*: indignissime vel -a *MS*; clericorum *H I*: clericos [?] ex clericorum [?] *corr. MS*.
 440 choraulae *H I*: choraula *MS*.
 441-446 dicentes... deuenire *H I*: *add. MS*.
 450 tertia *H I*: 3. ex 1. *corr. MS*.
 451 Caecinna *H I*: Cecinna *MS*.
 453 pecunias *H I*: *add. MS*.
- 430-431 *Apparet* etc. Er.' explanation accords with that of Alciato, who says that the expression is used of a person "qui ad liquidum rationes non reddit." "Metaphora", he goes on, "ab his ducta qui pecuniam intra marsupium ostentant, ita tamen ut nec qualis quae n>tave sit agnoscatur, unde vulgari sermone circumfertur 'In folle merces non emendas'."
 3838 See *Adag.* 1244 (Auloedus sit qui citharoedus esse non possit), where Er. quotes Cic. *Mur.* and the *Decretum Gratiani*. In the present adage he discusses the same proverb, taking a passage from Aug. *Epist.* as his starting-point. - Alciato quotes the proverb (from the *Decretum*) in *De verb. sign.* IV, p. 81. - Otto 383.
 433 Aug. *Epist.* 60, 1, *CSEL* 34 (the name of the addressee is Aurelius). *Decretum Gratiani* II, causa 16, quaestio 1, c. 36.
 437 Aug. loc. cit. (438 indignissima; clericatus; eliguntur: *ellegantur* edd.; 439 atque; 440 choraula; 441 ita idem ipsi).
 442 Cic. *Mur.* 13, 29 (443 videntur plerique initio; post, cum id; 444 istuc potissimum esse;
 453-462 Idem Epistolarum... possum *H I*: *om. MS*.
 464 in Verrem quinta *H I*: in Verrem [*add.*] 8. *MS*.
 465 odor *H I*: *add. MS*; aiunt *H I*: ex aunt *corr. MS*; bestiae *H I*: ex pestiae *corr. MS*.
 467 post delectat amanuensius *Erasmii add. in MS* Idem in Catilinam libro 2. follio 17 ait ne pecudes quidem mihi passurae esse uideantur, sed libro 2. follio 17 ait del. *Erasmus, qui substituit inuectiua 2 adiunxitque tantus enim illorum temporum. dolor inustus est vt iam ista non modo homines sed.*
 469-471 Paulo... sciebant *H I*: *om. MS*.
- Ut aiunt in; 445 nos Quint. VIII, 3, 79: *nonnullos* codd.; 446 potuerint: *potuerunt* v.l.).
 3839
 448 *nutu ac renutu* Plin. *Epist.* I, 7, 1.
 450 Cic. *Verr.* 2, I, 31, 78 (nisi id ad).
 451 *Caec.* 10, 29 (452 conatur).
 452 *Leg. agr.* 2, 36, 98.
 453 *Fam.* XII (!), 1, 1.
 455 *Fam.* XIII, 1, 5 (possem).
 456 *Fam.* XIII, 65, 1.
 457-458 Plin. *Epist.* I, 7, 1. Hom. *Il.* XVI, 250. Er. alludes to this verse at the end of *Adag.* 1699 (Ad digituli crepitum) and discusses it in 2801 (Alia dantur, alia negantur).
 3840 Otto 251.
 464 Cic. *Verr.* 2, III, 9, 23.
 466-467 *alibi...* delectat Hor. *Serm.* I, 3, 40, quoted in *Adag.* 115 (Suum cuique pulchrum).
 467 *Catil.* 2 (!), 9, 20 (468 est civitati ut).
 469 *Att.* I, 16, 6 (471 sciant).
 3841
 473-474 *Olim...* innascuntur After Fest. p. 36 Lindsay.

475 gant. Horum Plinius meminit compluribus locis, vt libri vndecimi capite xxxiii., rursus libro xxx., capite xiii. Libri vero xvii. capite xxiiii. indicat huius generis grandiores in cibis atque etiam in luxu fuisse antiquitus. Meminit et Hieronymus Aduersus Iouinianum libro ii. Graeci προφερεις vocant qui, cum sint iuniores, tamen vultu senium prae se ferunt. Autor Festus Pompeius.

480 [H]

MENIA COLUMNA

3842

Quemadmodum dicimus *de triuio* aut *de lapide* hominem vehementer contemptum significantes, ita M. Tullius In Verrem actione prima *a columna Menia* dixit. *Tantane*, inquit, *vobis inopia esse videor amicorum vt mihi non ex his quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor addatur? Vobis autem tanta inopia reorum vt*
 485 *mibi causam praeripere conemini potius quam aliquos a columna Menia vestri ordinis reos reperiatis?* Asconius Pedianus indicat apud columnam Meniam sordidos reos veluti fures aut seruos nequam apud triumuiros capitales solere iudicari; cognomen autem inditum a Menio, qui, *quum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, vt ibi basilica aedificaretur, exceperat ius sibi vnius columnae,*
 490 *super quam tectum proiiceret, et prouolantibus tabulatis, inde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur.* Hinc Meniae cognomen. Ad tales autem causas quae illic agebantur adhibebantur sordidi cauidici.

[H]

CIRCEO POCULO

3843

495 De Circes virga nobis ante dictum est. Adsimili forma M. Tullius vsus est *Circeo poculo* de homine subito in alium mutato, actione in Verrem prima: *Sed repente e vestigio ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres; redit ad se atque ad mores suos.* In verbis Ciceronis tacita allusio est ex ambiguo vocis. Nam verris porcus est maialis nondum castratus.

500 [H]

EX SINU ILLIVS

3844

Quos ex intima familiaritate volumus intelligi, hos *e sinu illius aut illius* esse dicimus. M. Tullius actione in Verrem tertia: *Verres simulac tetigit prouinciam, statim Messanam literas dedit, Dionem euocauit, calumniatores ex sinu suo apposuit qui illam haereditatem Veneri Erycinae commissam esse dicerent.* Idem actione quarta:
 505 *Satisne vobis magnam pecuniam Venerius homo, qui e Chelidonis sinu in prouinciam profectus esset, Veneris nomine quaesisse videtur?* Idem In Catilinam inuectiua secunda: *Postremum autem genus est non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita quod proprium est Catilinae, de eius delectu, imo vero de complexu eius ac sinu.* Plutarchus in vita Catonis Vticensis simili forma dixit Γαβίνιον Παῦλον, ἐκ
 510 τῶν Πομπηίου κλάπων ἄνθρωπον, id est *Gabinium Paulum, ex Pompeii sinu hominem.* Qui locus nobis antea citatus est in prouerbio *In sinu gaudere*, sed sensu

nonnihil diuerso. *De grege illo nobis ante dictum est. M. Tullius aliquoties gregales appellat eiusdem sodalitiū congerrones.*

[H]

CIRCVMPEDES

3845

515 Qui proxime adsunt cinguntque quempiam ad obsequium parati *circumpedes esse* dicuntur. M. Tullius actione in Verrem tertia: *Circumpedes autem homines formosos et literatos suos esse dicebat, se emisse.* Ita perpetua familiaritate iunctos dixit 'circumpedes' quemadmodum *a manibus, a pedibus* appellamus qui nobis domestice inseruiunt.

477-479 Meminit... ferunt *H I: add. MS.*479 Autor Festus Pompeius *H I: om. MS.*480 Menia *H I: Melania MS.*482 prima *H I: 4. MS.*484 subscriptor *H I: scriptor MS.*486 reos *H I: res MS.*486-493 Asconius... cauidici *H I: om. MS.*496 prima *H I: 4. MS.*498-499 In... castratus *H I: om. MS.*501 Quos *H I: Qui MS.*502 tertia *H I: 6. MS.*504 dicrent *H I: diceret MS.*504-511 Idem actione... gaudere *H I: add. MS.*504 quarta *H I: 7. MS.*511 antea *H I: om. MS.*511-513 sed... congerrones *H I: om. MS.*514-518 circumpedes *H I: circum pedes MS.*516 actione in Verrem tertia *H I: actione [sequuntur tres litt., sed del.] in Verrem sexta MS.*516-517 formosos et literatos *H I: formosos et litteratos [litteratos ex formosos corr.] MS.*517-519 Ita... inseruiunt *H I: om. MS.*475 Plin. *Nat. XI, 113; XXX, 115; XVII, 220.*477 Hier. *Adv. Iov. II, 7, Migne PL 23, 295.*478-479 *Graeci... ferunt* Harpocrat. *προφερεῖς* = Hesych. 4067 Schmidt = Suid. 2920 = *Etym. mag.* 699, 55; schol. on Plat. *Euthyd.* 271 b, p. 121 Greene.

479 Fest. loc. cit.

3842 Otto 1006.

481 *de trivio* Apul. *Met. VIII, 24, 2* "unum de triviali popularium faece". Cf. Otto 1800; *Adag.* 4114 (E circulo).*de lapide* See *Adag.* 2067 (De lapide emprus).482 Cic. *Div. in Caec.* 16, 50 (483 videor esse; 484 reorum est ut; 485 ad columnam Maeniam Ps. Ascon.: a columna aenea codd.).486 Ps. Ascon. ad loc., Stangl p. 201 (490 ex: *et* v.l.; unde: *inde* v.l.).492-493 *Ad tales* etc. Er. here combines the last note in Ps. Asconius' commentary on par. 50 with the second note on par. 49.

3843 Otto 390.

495 *ante Adag.* 730 (Ex eodem ore calidum et frigidum efflare).Cic. *Div. in Caec.* 17, 57 (497 rediit: *redit* v.l.).498-499 *verris... castratus* Cf. Varro *Rust. II, 4, 21.*

3844

502 Cic. *Verr. 2, I, 10, 27* (503 Messana: *Mes-**sanam* v.l.).504 *Verr. 2, II, 9, 24.*506 *Catil. 2, 10, 22* (508 Catilinae est; dilectu, immo).509 Plut. *Cato min.* 33, 7 (Αὔλον Xylander: Παῦλον codd.).511 *antea... gaudere Adag.* 213 (In sinu gaudere), *ASD II, 1, p. 326, ll. 569 ff.*512-513 *De grege* etc. See *Adag.* 2586 (*De grege illo* est), which concludes with Cic. *Dom.* 28, 75.512 Cic. *Dom.* 28, 75; *Har.* 25, 53; *Sest.* 52, 111; *Fam.* VII, 33, 1; *De or.* II, 62, 253.

3845

516 Cic. *Verr. 2, I, 36, 92* "Servos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formosos et literatos, suos esse dicebat." Er. has not seen that "circum pedes" is an adverbial adjunct of "haberet".518 *a manibus* The combination "a manu (servum)" is used to denote a secretary in e.g. *Suet. Jul.* 74, 1 and *Aug.* 67, 2. The plural form is not attested in ancient Latin (see *ThLL*, s.v. manus, VIII, 362, ll. 36 ff.). In the colloquy 'Herilia iussa' (*ASD I, 3, p. 160, ll. 1136 f.*) Er. has a servant present a lengthy list of his duties: "Sum illi a scopis, a matula, a pedibus, a manibus...".*a pedibus* Cic. *Att.* VIII, 5, 1 "servum a pedibus" (personal attendant).

520 [H] NE TEMPESTAS QUIDEM NOCERE POSSIT 3846

In homines insigniter nudos et inopes non sine prouerbii specie dixit M. Tullius actione in Verrem quinta: *Caeteros Leontinos quibus non modo Apronius in agris, sed ne tempestas quidem vlla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam in Apronianis illis rapinis in quaestu sunt compendioque versati* et caetera. Allusum est autem in Apro|nii vocabulo ad aprum
 LB II 55 Calydonium. Et qui possident aliquid rerum aut habent in agris aut in mari, his
 526 tempestas nocere potest. Cui vero nulla tempestas nocere potest, is nec in agris possidet quicquam vt agricolae, nec in nauibus vt negociatores.

[H] BALLIO 3847

530 Nomina quaedam ob insignem improbitatem abierunt in prouerbium; quod interdum a veris, interdum a fictis in comoedia personis sumitur. Nam Marcus Tullius in actionibus suis subinde C. Fannium Chaeream quendam *Ballionem* appellat, veluti Pro Roscio comoedo: *Qui idcirco capite et superciliis, inquit, semper est rasis, ne vllum pilum boni viri habere dicatur; cuius personam praeclare Roscius in scena tractare consuevit, neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem quum agit, agit Chaeream; persona illa lutulenta, impura, inuisa in huius moribus, natura vitaque est expressa.* Rursus in eadem: *Vix mediusfidius tu, Fanni, a Ballione aut aliquo eius simili postulare auderes et impetrare posses.* Ballionem inducit Plautus in Pseudolo,
 535 lenonem impurissimum, rapacissimum, improbissimum. Nomen confictum est a βάλλειν, quod semper aliquid praedae venetur leno, vel a βαλλίζω, quod lasciuia-
 540 rum ac saltationum sit architectus.

[H] OSTIATIM 3848

Eleganter nec sine prouerbii specie M. Tullius dixit *ostiatim* pro ‘singulatim’ siue
 545 ‘nominatim’ In Verrem actione sexta: *Hic nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim, ab Aeschulo Tindaritano pateram abstulisse, abs Thrasone item Tindaritano patellam* et caetera. Iucundius erit, si transferatur ad res animi, vt si quis e singulis libris aut capitulis autorum petat testimonia aut probationes, dicetur ‘ostiatim’ petere. Eodem ferme sensu Ad Atticum libro secundo, epistola Accepi
 550 aliquot, dixit κατὰ λεπτόν: *Ac ne forte quaeras κατὰ λεπτόν de singulis rebus, vniuersa res eo est deducta spes vt nulla sit.*

[H] DOMI NOBILIS 3849

Qui non opibus tantum aut potentia clarus est, sed ex nobilibus nobilis prognatus est, hunc Cicero subinde *domi nobilem* vocat. Actione In Verrem tertia: *Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit. Ibi hominem ingenuum,*
 555

domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum semiuiuuum reliquit. Idem actione quarta: Sopater quidam fuit Haliciensis, homo domi suae cum primis locuples atque honestus. Rursus actione quinta: Itaque quum Pillenus Herbitensis, homo disertus et prudens et domi nobilis. Item Pro Cluentio: Quas literas A. Aurius, vir fortis et experiens et domi nobilis. Rursus Ad Qu. fratrem epistolarum libro secundo M. Orfium equitem Romanum commendat, Hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum.

Conueniet in eum qui suis virtutibus magnus et clarus est.

[H]

OBTORTO COLLO

3850

565 Qui vi compellitur *obtorto collo* trahi dicitur. Marcus Tullius actione in Verrem sexta: *Hinc illa Verrea nata sunt, quod in conuiuuium Sextum Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est, quem obtorta gula de conuiuio in vincula atque in tenebras abripi iussit.* Idem Pro Cluentio: *Nec quicquam prius est factum quam ut illum persequeretur et collo obtorto ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare.* Plautus in *Amphitryone* dixit *obstricto collo*:

522 quinta *H I*: 8 *MS.*526-527 his tempestas nocere potest *H I*: *om. MS.*528 vt agricolae *H I*: *add. MS* [agricole]; vt negociatores *H I*: *add. MS.*531 sumitur *H I*: fingitur *MS*; Marcus *H I*: *om. MS.*532 Fannium *H I*: *add. MS.*533 comoedo *H I*: Amerino *MS*; inquit *H I*: *om. MS.*534 boni viri *H I*: viri boni *MS.*539 Pseudolo *MS I*: Pseudulo *H.*540-542 Nomen ... architectus *H I*: *om. MS.*544-545 siue nominatim *H I*: *add. MS.*547 patellam *H I*: patellam, a NymphodoroAgrigentino thuribulum *MS.*548-551 dicitur... sit *H I*: *om. MS.*553 tantum *H I*: *om. MS.*554 tertia *H I*: 6. *MS.*557 quarta *H I*: 7. *MS.*558 quinta *H I*: 8. *MS*; Pillenus *H I*: Pillinus *MS.*559-560 Item... nobilis *H I*: *add. MS.*560-563 Rursus Ad... est *H I*: *om. MS.*563 clarus *I*: clarius *H.*566 sexta *H I*: nona *MS*; illa *H I*: illa vel -e *MS.*568 prius *H I*: *om. MS.*570-580 Plautus... collo *H I*: *om. MS.*

3846

521 *Cic. Verr.* 2, III, 46, 109.525-526 *aprum Calydonium* See *Adag.* 427, *ASD* II, 1, p. 500, ll. 628-633.

3847

533 *Cic. Q. Rosc.* 7, 20 (534 viri boni).538 *Q. Rosc.* 17, 50 (539 simili hoc et postulare).540-542 *Nomen* etc. Er. apparently thinks of βάλλειν in the sense 'hit with a missile'. For βαλλίζω (dance) see *Athen.* VIII, 362 b-c.

3848

544 *Cic. Verr.* 2, IV, 22, 48 (545 haec crimina; 546 Tyndaritano istum pateram; a Thrasone; Tyndaritano).549 *Att.* II, 18, 2.

3849

554 *Cic. Verr.* 2, I, 17, 45.557 *Verr.* 2, II, 28, 68 (Halicyensis).558 *Verr.* 2, III, 34, 80 (Philinus).559 *Cluent.* 8, 23.560 *Ad Q. fr.* II, 13, 3.

3850

565 Er. used the expression previously in *Adag.* 1019 (*Naribus trahere*) and 1614 (*Naturam expellas furca* etc.).*Cic. Verr.* 2, IV, 10, 24 (566 *Verria*).568 *Cluent.* 21, 59 (*propius*).570-571 *Plautus* etc. The quotation is not found in *Plautus*, but in a humanist supplement to the *Amphitruo*; see *Adag.* 3716, p. 139, n.ll. 204-207. The line appears in *Braun, Scenae suppositiciae*, p. 138 (571 *istuc; dictum te obstricto*).

Ob istud indignum dictum obstricto collo hac te diripiam.

Item in eadem fabula:

Quin ego hinc Amphitryonem collo obstricto traham.

Idem in Poenulo:

575 *Dubito fugere hinc in malam crucem
Priusquam obtorto collo ad praetorem trahor.*

Rursus in Rudentibus:

*Opta ocyus:
Rapi te obtorto collo mauis an trahi?*

580 Atque inibi paulo post: *Subueni mi, Charmides, / Rapior obtorto collo.*

[H]

CANES VENATICI

3851

Qui venandi studio tenentur habent canes emissarios, qui vestigiorum odore feras exploratas et repertas latratu produnt. De Coryceis alibi diximus. M. Tullius actione in Verrem sexta: *Apponit de suis canibus quen|dam qui dicat se Diodorum Melitensem rei capitalis reum velle facere.* Ibidem aliquanto post: *Qui simulatque in oppidum quopiam venerat, immittebantur illi continuo Cybiratici canes, qui inuestigabant ac perscrutabantur omnia.* Duos fratres Cybiratas appellat ‘canes’, quod ad furandum Verres illorum oculis, sed suis manibus vteretur. Solet autem canibus a regione cognomen indi, vt Melitaeis. Ac superius in eadem: *Qui posteaquam venerunt, mirandum in modum – canes venaticos diceres – ita odorabantur omnia et vestigabant et caetera.*

LB 1156
585
590

[H]

MERCENARIUM PRAECONIUM

3852

Laudes non ex animo tributas, sed commodi gratia per adulationem oblatas. M. Tullius actione in Verrem tertia *mercenarium praeconium* appellat: *Itaque quum a te caput illud tam multis verbis mercenario praeconio esset ornatum, ecquis inuentus est postea praetor qui illud idem ediceret?* Quanquam in vulgatis codicibus me non fugit pro ‘praeconio’ haberi ‘prooemio’ – an recte, docti viderint.

595

[H]

MANVS PRECIUM

3853

M. Tullius actione in Verrem tertia: *Lapis aliquis caedendus et apparandus fuit machina sua; nam illo non saxum, non materia aduecta est; tantum operis et in ista locatione fuit quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt, et manus precium machinae.* ‘Manus precium’ appellare videtur mercedem non quae datur pro materia, sed quae artis nomine debetur architecto. Idem In Pisonem: *Quum vero*

600

605 *non modo non postulante atque cogente, sed inuito atque oppresso senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo ferente suffragium libero, prouincia ista tibi manus precium fuerit non euersae per te sed perditae ciuitatis et caetera. Ita Caius in libro De verborum significationibus, capite Mulieris: Quoniam in manus precio plus est quam in re. Et paulo ante praecedit: Res 'abesse' videntur, vt Sabinus ait et Pedius probat, etiam eae quarum corpus manet, forma mutatur; et ideo si corruptae*
 610 *sunt vel transfiguratae, videri abesse, quoniam et caetera.*

Detorqueri poterit in eos qui institutione formant ad virtutem aut corrumpunt discipulos.

583 repertas *H I: ex repertos corr. MS.*

584 sexta *H I: nona MS.*

585 velle facere *H I: velle cape [sed cape del.] facere MS.*

586 quopiam *H I: quoppiam MS; Cybiratici canes H I: canes [sed del.] Cybiratici [ex Cybaritici] canes MS.*

587 ac *H I: et MS.*

587-589 Duos... Melitaeis *H I: add. MS.*

588 Solet *H I: Solent MS.*

594 tertia *H I: om. MS.*

594-595 a te *H I: add. MS.*

595 praeconio *H I: preconium MS.*

597 pro... prooemio *H I: pro prooemio haberi preconio MS.*

599 tertia *H I: 6. MS; apparandus H I: apparandus MS.*

601 fabrorum *H I: fabrorum fab [sed fab del.] MS.*

602-603 non quae... architecto *H I: non que datur architecto artis nomine, sed quae debetur illorum famulis, qui praeter operam manuariam nihil adferunt ad opus MS.*

603-606 Idem... et caetera *H I: om. MS.*

606 in *H I: om. MS.*

608-612 Et paulo... discipulos *H I: om. MS.*

572 Plaut. *Amph.* 953 (Cum ego Amphitruonem collo hinc obstricto traham).

574 Plaut. *Poen.* 789 f. (576 prius quam hinc optorto: priusquam obtorto ed. Mediol. 1500).

577 *Rud.* 852 f.

580 *Rud.* 867 f.

3851

583 *alibi Adag.* 144 (Corycaeus auscultauit). Cic. *Verr.* 2, IV, 19, 40.

585 *Verr.* 2, IV, 21, 47 (586 quopiam: quopiam v.l.; Cibiratici; 587 et).

587-588 *Duos... uteretur Verr.* 2, IV, 13, 30.

589 *Melitaeis* See *Adag.* 2271 (Catella Melitaea) and 3354 (Melitaeus catulus).

589 *Verr.* 2, IV, 13, 31 (Quo; 591 peruestigabant). 3852

594 Cic. *Verr.* 2, I, 43, III (abs: a v.l.; 595 mercenarioque prooemio).

596-597 *in vulgatis* etc. The emendation *praeconio* is unnecessary.

3853 Inspired by Alciato, *De verb. sign.* IV, p. 80 "Dicitur et 'manus' pro 'arte', unde et 'manus pretium' Caio."

599 Cic. *Verr.* 2, I, 56, 147 (aliqui: aliquis v.l.; adportandus; 600 materies ulla: materies v.l.; operis in: operis et in v.l.; 601 manus-pretium).

602-603 'Manus precium'... architecto Er.' original definition as given in *MS* (see the apparatus criticus) is somewhat different and more correct; the sense of 'manus pretium' is indeed 'labor costs'.

603 Cic. *Pis.* 24, 57 (605-606 provincia tibi ista manupretium fuerit eversae per te et [non eversae per te sed v.l.] perditae civitatis).

606 *Caius* etc. Not Gaius, but Ulpianus, in *Dig.* L, 16, 13 (607-608 quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re).

608 *Dig.* loc. cit. (609 hae; mutata est; corruptae redditae sint).

[H] DECUMANVM 3854

615 Olim *decumanum ouum* dicebant et *fluctum decumanum* pro ‘magno’, quod a rusticis ac nautis obseruatum sit decimum quodque ouum nasci caeteris maius et decimum quemque fluctum caeteris esse vehementiorem. Vnde Ouidius: *Decimae ruit impetus vndae*. Hinc quicquid ingens esset ‘decumanum’ vocari coepit. Vt Lucilius: *Acipensere cum decumano*.

[H] PALMARIVM FACINVS 3855

620 *Palmarium* facinus pro ‘insigni’ ac ‘triumpho digno’ dixit Terentius in Eunucho:

*Tum hoc alterum,
Id vero est quod mihi puto palmarium.*

625 Pro eodem M. Tullius dixit *palmas*, vt Pro Sexto Roscio Amerino: *Si, quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit; tum alias quoque suas palmas cognoscet*. Rursus Philippica vndecima: *Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. Sed haec iudicum culpa, non mea est*. Plautus in *Mustellaria* ‘*palmam*’ item usurpauit in malam partem, loquens de adolescente qui ex moribus continentissimis degenerarat ad mores corruptissimos:

Is nunc in aliam partem palmam possidet.

630 [H] COMMOVERE SACRA 3856

635 Plautus in *Pseudolo commouere sacra* dixit pro eo quod erat ‘extrema experiri praesidia’. Hinc dictum apparet, quod rebus desperatis soleant homines ad deorum praesidia confugere, velut hodie Lutetiae, quum supra modum inundat Sequana, corpus diuae Genouefae a Montis Acuti templo defertur ad aedem Virginii Matri sacram. Sed vide, num pro ‘sacra’ legendum sit ‘saga’, vt intelligas ‘arma’, de quo iam diximus. Sequitur enim protinus

Quo pacto et quantas soleam turbellas dare.

Deinde verba sunt quasi bellum denunciantis:

640 *Nunc, ne quis dictum sibi neget, dico omni pube
Praesente in concione, omni populo,
Omnibus amicis notisque edico meis,
In hunc diem a me vt caueant, ne credant mihi.*

Idem seruus et deinceps bellica loquitur.]

LB 1157 [H] QVASI DIES DICTA SIT 3857

645 Olim rei solent esse moesti squalidique ac lugentibus similes, quo iudices ad misericordiam inflecterent. Hinc illud Plautinum in *Asinaria*:

Quem videam aequae moestum esse ut quasi dies dicta si siet?

[H]

ΒΕΡΓΑΙΖΕΙΝ

3858

Stephanus scribit Βέργην esse ciuitatem Thraciae siue, ut Strabo refert, vicum. Eius gentis improbi mores in prouerbium abierunt, ut dicerentur Βεργαίξειν qui nihil sani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus male audiebat, sed praecipue ob morum truculentiam ac perfidiam. Thrax erat Polymnestor, qui victricia arma sequutus Polydorum obruncauit et auro vi potitus est.

617 esset *H I*: esse *MS*.618 Lucil. *H I*: Lucilius *MS*.620-622 in... palmarium *H I*: om. *MS*.624 prodierit *H I*: prodieris *MS*.625-629 Rursus... possidet *H I*: om. *MS*.632 rebus *H I*: in [add.] rebus *MS*.

3854

614-616 *decumanum*... *vehementiorem* After Fest. p. 62 Lindsay. For 'the tenth wave' see also *Adag.* 534 (Alio relinquente fluctu alius exceptit).

616 *Ov. Met.* XI, 530.618 Lucil., fr. 1135 Krenkel, quoted by Cic. *Fin.* II, 8, 24 (decimano: *decumano* v.l.).

3855

620 Ter. *Eun.* 929 f. (622 quod ego mihi).623 Cic. *S. Rosc.* 30, 84.625 *Phil.* II, 5, II.626 *Plaut. Most.* 32.

3856

631 *Plaut. Pseud.* 109 "mea si commovi sacra."631-632 *pro*... *praesidia* More correctly, 'sacra movere' is a technical term for getting ready for a sacrifice (see Serv. *Comm. Aen.* IV, 301, quoted in *Plaut. Pseud.* Willcock ad loc.).632 *soleant* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.

633-635 *hodie*... *sacram* The body of Ste. Geneviève was kept at Paris in the abbey at Mont Ste. Geneviève, which in Er.' time belonged to the Augustinian canons regular, Er.' own order. The Collège de Montaigu, where he resided as a student in 1496, was near this church. In January 1497 and in January 1531 the Seine flooded its banks. As was the custom whenever disaster struck Paris, the shrine of Ste. Geneviève was carried in

634 aedem Virgini *H I*: edem d [sed d del.] Virgini *MS*.643 Idem... loquitur *H I*: om. *MS*.644-647 Quasi... siet? *H I*: om. *MS*.651-653 Tota... est *H I*: om. *MS*.

procession to the cathedral of Notre Dame (see Ep. 50). Er. was particularly attached to the saint, as appears from the poem that he composed in her honor (published in 1532; now in *Poems*, ed. C.H. Miller-H. Vredevelt, *CWE* 85 and 86, No. 88). See the notes in *CWE* 86, p. 557 and Miller, Er.' *Poem to St. Geneviève: Text, Translation, and Commentary*, *Moreana* 26 (1989), pp. 481-515.

635-636 *'saga'*... *diximus Adag.* 3710 (*Ad saga*).637 *Plaut. Pseud.* 110.639 *Pseud.* 125 ff. (639-640 omnibus, / Pube praesenti in contione, omni poplo [*populo* v.l. et ed. Mediol. 1500]).

3857

645 *solent* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.646 *Plaut. Asin.* 838 (647 esse maestum; dies si dicta sit).3858 Inspired by Brassicanus, *Prov.* 13 (*Βεργαίξειν*).649-651 *Stephanus*... *loquerentur* After Steph. Byz. Βέργην.651-652 *Tota*... *perfidiam* See *Adag.* 928 (*Thracium commentum*) and 1589 (*Thracis foedera nesciunt*).652-653 *Thrax erat Polymnestor* etc. Er. refers to the same story in *Adag.* 216, *ASD* II, 1, p. 330, ll. 667 f. and 1589, *ASD* II, 4, p. 79, ll. 445 ff.; see the notes ad loc.653 *victricia* etc. After Verg. *Aen.* III, 54-56.

[H]

SUMMO PEDE

3859

655 Ἄκρω ποδί, id est *summo pede*, eadem figura dictum est qua *summo digito*. Negatur summo pede attigisse disciplinam qui nunquam ingressus est nec attigit limen illius. Extat apud Platonem in Lachete, cuius loci alibi, ni fallor, fecimus mentionem.

[H]

VSVRAE NAUTICAE

3860

660 Apud iurisconsultos *vsurae nauticae* dicuntur centesimae magnaeque. Negotiaturum sortem interdum accipiunt mutuo. Quoniam autem qui nauticam exercent negociationem se suaque ventis et vndis committunt, foeneratores maiorem vsuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in vna ciuitate quod in alia redderent, veluti si negociator Venetiae pecuniam acciperet reddendam Brugis. Hoc
665 genus negociationis, quod vtriusque periculo fit, a Graecis dicitur ἀμφοτερόπλουν idque mutuum vocabatur δάνειον ναυτικόν. Vsus est Demosthenes in oratione Aduersus Dionysodorum. Dicebatur et ἔκδοσις, quo verbo vsus est Demosthenes Contra Aphobum, quod foris daretur. Porro De foenore nautico titulus est in Pandectis, libro xxii. Eam pecuniam Modestinus vocat *traiectitiam*. Sed non solus
670 Paulus appellat vsuras *maritimas*: idem titulus est in Codice, libro iiii. Hoc indicare satis est paroemiographo. Qui quaerit exactiora inde petat.

[H]

PHILOSOPHARI

3861

Qui sententias serias dicunt Graecis dicuntur φιλοσοφεῖν, quod aliquoties est apud Plautum. Hinc translatum est ad cuiuscunque rei vehemens ac serium studium. Sic vsus est Isocrates in oratione De pace. Et Menander in Thrasyleonte:
675 Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦτο ὅπως καταπράξῃται τὸν γάμον, id est *Hoc studet vt conficiat nuptias*. *Philosophari* pro ‘temperare affectibus’ et ‘aduersus res acerbas infracto esse animo’ frequenter vsurpat Chrysostomus eamque animi moderationem appellat *philosophiam*. Quibus vocibus apparet fuisse delectatos et diuum Basilium et Gregorium Nazianzenum. M. Tullius libro Ad Atticum secundo: *Sed quid ego haec, quae cupio deponere et toto animo atque omni cura φιλοσοφεῖν?* Et alibi in iisdem: *Sed φιλοσοφητέον*, sentiens omnia aequo animo ferenda. Sic et Flaccus: *Atque mea me virtute inuoluo*. Aliisque compluribus locis vtitur in hunc modum ea voce, veluti libro quarto: *Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possum*, hoc est: in amicitia vestra sic acquiescere vt reliqua negligam forti animo. Occurrit aliquoties et
685 apud Plautum, si quid dicitur grauius ac sententiosius. In Captiuis:

Salua res est, philosophatur quoque, iam non mendax modo est.

[H]

DORIBVS DORICE LOQVI

3862

690 Prouerbii faciem habet quod Gorgo in Syracusiis apud Theocritum respondet hospiti admonenti vt desinant turturum more garrire:

Δωρίσδεν δ' ἔξεστι δοκῶ τοῖς Δωρίεσσι, id est
Dorissare tamen fas Doribus arbitror esse.

Certum est mihi hunc emortuaalem facere ex natali die.

‘Emortuaalem’ dixit pro ‘tristi ac funesto’, ‘natalem’ pro ‘laeto ac felici’.

4 praemium *H I*: praedam [*sed del.*] praemium
MS; auferendum *MS I*: auferendam *H*.

7 senex *H I*: ex sex corr. *MS*.

9–10 sentiens... dicitur *H I*: *om. MS*.

12 Ballio *H I*: ex Ballius corr. *MS*.

3901

4 *et... auferendum* After Plaut. *Pseud.* 1225.

5 Plaut. *Pseud.* 1224 f. (6 Auferen tu: *Auferetur*
id ed. Mediol. 1500).

9–10 *si quid* etc. After Plaut. *Curc.* 513 f.

“Indignis si male dicitur, male dictum id esse
 dico, / Verum si dignis dicitur, bene dictumst
 meo quidem animo.”

3902

12 Plaut. *Pseud.* 1237 (13 *Certumst*).

15 [H] CATONE HOC CONTENTI SVMVS 3903

Inter ea quae Caesar Augustus quotidiano sermone solet vsurpare Suetonius et illud commemorat, quod quoties significabat praesentem rerum statum esse boni consulendum, dicebat: *Contenti sumus hoc Catone*. Cato Uticensis conatus est tueri praesentem reipublicae statum exclusa tyrannide, at non successit: vicit ea
 20 pars quae tyrannidem videbatur affectare. Augustus autem in hoc cum Catone sentiebat, quod praesentem reipublicae statum nollet immutari. Itaque ipse quodammodo sui temporis Cato fuit. Retulimus ex Macrobio inter Apophthegmata Caesarem Augustum aliquando venisse in aedes in quibus habitauerat Cato. Hic quum Strabo in gratiam Augusti incusaret Catonis peruicaciam, quod sibi necem
 25 consciscere quam Iulio victori se submittere maluisset, Augustus respondit: ‘Quisquis praesentem ciuitatis statum mutari non vult, is et ciuis et vir bonus est.’ Eodem dicto et Catonis memoriam tutatus est et sibi consuluit, ne quis in posterum affectaret res nouas.]

LB 1165 [H] EDAX TRIREMIS 3904

30 Ἄδδηφάγοι τριήρεις, id est *edaces triremes* dicuntur, quod magnis constant impendiis. Translatum videtur ab egregiis equis et ad certamina alitis, quos oportet esse voraces. Extat apud Lysiam oratorem. Alcaeus autem in comoedotragedia lucernas bibulas ἄδδηφάγους dixit, quod multum absumant olei.

Prouerbii speciem haec habebunt, si ad hominem prodigum immodicique
 35 impendii transferantur, quemadmodum *edax currus*, de quo nobis est dictum prius.

[H] OBOLO DIGNVS 3905

Ἄξιος ὀβολοῦ, id est *dignus obolo*, per iocum dicebatur qui in aliquo numero vellet haberi. Translatum a consuetudine reipublicae Atheniensium qua qui per
 40 senatum ascribebantur in numerum virorum et ob id δόκιμοι vocabantur, iis in singulos dies dabatur obolus ex aerario publico, quemadmodum tradit Aristoteles in Politicis. Alii malunt duos dari solitos. Et fieri potest vt post duplicata sit mercedula. Huius rei meminit Lysias in oratione Περὶ τοῦ ἄδυνάτου. Et haud scio an huc alluserit Aristophanes in Equitibus:

45 Ἄνῆρ γεγένηται τοῖσι πολλοῖς τοῦβλοῦ.

Ἄδύνατοι dicebantur qui trium mensium spacio corpore claudicarent, quemadmodum ἀδοκίμαστοι dicebantur qui nondum erant in virorum numerum ascripti necdum obolo digni iudicati.

[H] AREOPAGITA TACITVRNIOR 3906

50 Ἄρεοπαγίτου στεγανώτερος, id est *Areopagita taciturnior*, dicebatur qui commis-

sum arcanum optime contineret. Alciphron in epistola quadam: Γενοῦ μοι τὸ νῦν Ἄρεωπαγίτου στεγανώτερος, id est *Esto mihi nunc Areopagita taciturnior*. Στεγανός enim dicitur non qui tacet ipse, sed qui continet arcanum nec effutit vsquam. Translatum est a vasis solidis nec vlla ex parte perstillantibus. Athenis in
55 Areopago causae capitales audiebantur idque noctu, magna attentione. Et fortas-

- 19 tueri praesentem *H I: ex innouare [?] corr. MS; exclusa tyrannide H I: add. MS.*
23 habitauerat *H I: habitauerit MS.*
24 Augusti *H I: illius MS.*
25 maluisset *H I: om. MS.*
32 oratorem *H I: om. MS.*
35 impendii *H I: impondii MS; transferantur H I: transferatur MS.*
36 prius *H I: om. MS.*
38 ὀβολοῦ *H I: ex ὀβόλου corr. MS; per iocum H I: add. MS.*
43 Huius... oratione *H I: add. MS; oratione H I: oratione. Qui nondum erant ascripti in*

περὶ τοῦ ἀδύνατου. Nam ἀδύνατοι dicebantur qui trium mensium spatio corpore claudicarent, quemadmodum ἀδοκίμαστοι dicebantur, qui nondum erant in virosum numerum ascripti *MS.*

- 43-45 Et haud... τοῦβολοῦ *H I: add. MS.*
48 necdum... iudicati *H I: om. MS.*
50 Ἄρεωπαγίτου *H I: Ἄρεπαγίτου MS; Areopagita H I: Araopagita MS.*
52-54 Στεγανός... perstillantibus *H I: add. MS.*
55 Areopago *H I: Areiopago MS.*

3903 Er. found the reference to Suetonius in Brassicanus, *Prou.* 35 (Contenti simus hoc Catone). Otto 359.

16 *solet* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565. Suet. *Aug.* 87, 1 (18 simus: *sumus* v.l.).

22 Macr. *Sat.* II, 4, 18, paraphrased in *Apophth.* IV, Octavius Caesar Augustus 32, *LB* IV, 209 C-D.

26-27 *Quisquis... est* "Quisquis praesentem statum civitatis commutari non volet et civis et vir bonus est" Macr.

3904

30-33 Ἀδδηφάγοι... olei Harpocrat. ἀδηφάγους τριήρεις.

32 Lysias, fr. 39 Thalheim, quoted by Harpocrat. loc. cit.

Alcaeus, fr. 21 *PCG* II, quoted *ibid.* (33 ἀδηφάγους).

36 *prius Adag.* 1364 (Edax currus).

3905

38 Probably after Aristoph. *Equ.* 945, quoted in l. 45.

39-43 *consuetudine...* ἀδύνατου After Harpocrat. ἀδύνατοι.

39-40 *qui per senatum...* δοκιμοὶ *vocabantur* Harpocrat. loc. cit. δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς. Harpocrat. ἀδοκίμαστος: δοκιμασθῆναι τὸ εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι.

41-42 *Aristoteles in Politicis* Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ Harpocrat. (ἀδύνατοι),

where the reference is to *Ath. pol.* 41, 3. See also Aristot. fr. 470 Rose.

42 *Alii... solitos* Besides Harpocratation (ἀδύνατοι) Er. may have consulted Suid. ἀδύνατοι 540: ... ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν φασιν, ἐκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο, οἱ δὲ ὀβολόν.

43 Lys. 24, 13 and 26, referred to by Harpocrat. ἀδύνατοι.

44 Aristoph. *Equ.* 945.

46 Ἀδύνατοι... *claudicarent* Harpocrat. ἀδύνατοι: ... οἱ ἐντὸς τριῶν μνηνῶν κεκτημένοι, τὸ δὲ σῶμα πεπηρωμένοι (οἱ ἐντὸς τριῶν μνηνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένον ed. Ald. 1527).

47-48 ἀδοκίμαστοι... *ascripti* Harpocrat. ἀδοκίμαστος: ... ἀδοκίμαστος ὁ μήπω ἐγγεγραμμένος.

3906 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 4 (Areopagita subticentior). Cf. *Collect.* 212 (Grauior Areopagita).

50 Alciphron I, 13 (16), 1.

51 Alciphron, loc. cit. (τὰ νῦν Ἄρεωπαγίτου).

54 *Translatum...perstillantibus* Er.' (plausible) explanation was perhaps inspired by Brassicanus, who notes that the opposite kind of people "rimarum plenum est et crebrius perlucet quam cribrum".

54-55 *Athenis... attentione* See *Adag.* 841 (Areopagita).

sis nefas erat illis quae ibi fuissent acta apud vulgus effutire. Extant et hodie apud Vespthalos reliquiae generis iudicum: *Certi* vulgo dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur magna religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quaedam deprehendendi crimina quam nullus intelligit praeter illos iuratos.

60 [H]

ΑΔΕΛΦΙΖΕΙΝ

3907

Ἀδελφίζειν dicuntur qui vocabulis adoptiuis alicui blandiuntur. Quod hodieque apud Italos est vulgatissimum, vt quibus blandiuntur *fraterculos* appellant. Dicitum est autem ἀδελφίζειν *appellare fratrem* quemadmodum dicimus εὐδαιμονίζειν καὶ μακαρίζειν. Horatius in Satyris:

65

*Frater, pater adde;**Vt cuique est aetas, ita quemque facetus adopta.*

Rursus alibi:

*Pater**Audisti coram, nec verbo parcus absens.*

70

Huius exemplum est apud Aristophanem in Equitibus. Item apud Plautum cum alias, tum in Pseudolo. Sic amans herus blanditur seruo suo:

Dic, vtrum patrem an matrem te resalutem, Pseudole?

[H]

VETERA VATICINARI

3908

75

Alibi retulimus ἀρχαῖα λέγειν, *friuola loqui*. Ballio in Pseudolo Plautina ad atrociam conuicia quibus a duobus impetitur respondet: *Vetera vaticinamini*. Conueniet in eos qui nihil adferunt noui, sed iam olim vulgo iactatum. Nam vatium est aut aliquid noui dicere quod nondum accidit aut aliquid proferre quod nulli cognitum est. Solent enim prognostae quidam mira quaedam diuinare de praeteritis annis. Lenoni nihil est noui audire *scelestus, periurus, sacrilegus*.

80

[H]

ΕΑΔΕΜ QVERI

3909

Ἐυναυλίαν κλαίειν dicuntur qui simul iisdem de malis queruntur. Inde sumptum, quod apud veteres interdum duo tibicines eandem cantionem sonabant. Aristophanes in Equitibus:

85

*Ἐυναυλίαν κλαύσωμεν Οὐλύμπου νόμον, id est**Modis Olympi concinamus tristia.*

Olympus quidam fuit Marsyae discipulus. Is conscripsit de lugubribus modis tibia canendis. At Marsyae male cessit sua musica. Discipulus igitur magistro accinit lugubria.]

90 Festus Pompeius indicat olim *schoenicolas* appellata scorta plebeia ac vilia, ab vnguento vilissimo quo oblinuntur. Plautus in Poenulo:

Miseras schoeno delibutas schoenicolas sordidas.

- 56 vulgus *H I*: vulnus *MS*.
 57 Vesphalos *H I*: VVesphalos *MS*; iudicum *H I*: iudicum. li [?] *MS*.
 65 Frater, pater adde *H I*: *add. MS*.
 71 Pseudolo *H I*: poenulo [*sed del.*] pseudolo *MS*.
 72 patrem *H I*: patrem [*ex matrem*] ne *MS*; resalutem *H I*: *ex salutem corr. MS*.

56-59 *Extant et hodie* etc. The reference is to the Westphalian 'vemen', i.e. local and independent courts of law, which were destined for free men. Their members (Freischöffen) were appointed by the count. Their jurisdiction included cases of robbery, murder, perjury, and other capital offences. These medieval institutions lost their importance towards the end of the fifteenth century, after the Reichskammergericht had been established. Only a few remained active until the middle of the sixteenth century. The members of these courts were bound by vows of secrecy and hence were commonly called 'Wissende' or 'Gewissene', *certi* in Er.' translation. There is no evidence that they knew some mysterious way for detecting crimes, as Er. claims. Interestingly, Aeneas Sylvius Piccolomini writes likewise (*De Europa*, ch. 36): "Secretos habent ritus et arcana quaedam quibus malefactores iudicant." His judgment on the tribunals under discussion is less favorable: "Nam et viles aliquae personae admittuntur quae civilia negotia tractare audent, quibus erat solum de criminalibus permissa potestas." See T. Lindner, *Die Veme*, Paderborn, 1896; *Lexikon des Mittelalters*, IV, München, 1989, s.v. Feme, and the comments by Joh. Agricola and Eberhard Tappe (both natives of Westphalia), quoted by Suringar 19.

58-59 *Est enim ratio* etc. Er.' assumption that the members of the 'vemen' had a special technique for detecting crimes derives from popular belief.

3907

- 61 Harpocrat. = Suid. 441 ἀδελφίζειν· ἀντι τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν. Hesych. ἀδελφίζει 1059

- 74 Pseudolo Plautina *H I*: pseudola plautus *MS*.
 76 iactatum *H I*: iactatatum *MS*.
 84-85 id est... tristia *H I*: *om. MS*.
 86 Is *H I*: *om. MS*.
 87 tibia *H I*: tibi *MS*.
 88 lugubria *H I*: lugubra *MS*.
 90 appellata *H I*: appellatas *MS*.
 91 Plautus *H I*: paulus *MS*.

Latte: ἀδελφὸν καλεῖ. The explanation *qui vocabulis... blandiuntur* is inspired by the Italian usage of addressing a friend as 'fratello'; see S. Battaglia, *Grande dizionario della lingua italiana*, VI, Torino, 1970, s.v. 64 Hor. *Epist.* (!) I, 6, 54 f. and I, 7, 37 f. (68 paterque).

70 Aristoph. *Equ.* 725. There the sausage-seller addresses Demos as 'father'.
 Plaut. *Pseud.* 709 (72 utrum Spemne an Salutem [*matrem* v.l. et ed. Mediol. 1500] te salutem [*resalutem* ed. Mediol. 1500]).

3908

74 *Alibi Adag.* 424 (Antiquiora diphthera loqueris).

Plaut. *Pseud.* 363.

78-79 *Solent... annis* See *Adag.* 3750 (Hoc iam et vates sciunt), ll. 615 ff. Er. also flouts the astrologers ("prognostae, qui ex astris futura praesagiunt") in *Inst. princ. christ.*, *ASD* IV, I, p. 177, ll. 341 f. and at the end of *Adag.* 1278 (Qui bene coniiacet, hunc vatem).

79 *scelestus, periurus, sacrilegus* Plaut. *Pseud.* 360, 363, 1083.

3909

81 Aristoph. *Equ.* 9. It has escaped Er.' attention that he had discussed the same line in a previous adage (3788 Concinere).

81-82 *dicuntur... sonabant* After the scholia on *Equ.* 9.

86-87 *Olympus... canendis* After the scholia ad loc.

3910

90 After Fest. pp. 442 and 443 Lindsay (*Schoeniculas*).

91 Plaut. *Poen.* 267 (92 servolicolas: *schoenicolas* ed. Mediol. 1500).

[H]

LVTO LVTVENTIOR

3911

95 Auaros quaestusque supra modum auidos 'impuros' ac 'sordidos' dicimus. Id Plautus ὑπερβολικῶς exaggerat in Poenulo:

*Sed lenone isthoc Lyco
Illius domi non lutum est lutulentius.*

100 Nonnunquam declarat hominem scelerosum et contaminatum potius quam sordidum, vt Cicero in oratione Pro domo sua ad pontifices: *O coenum, o portentum, o scelus!* Et Pisonem, ni fallor, alicubi *lutum* appellat. Sic enim appellat *lutum* quemadmodum subinde vocat scelerosum *labem* ac *maculam*. Iridem subinde *facem*, *procellam* ac *tempestatem* appellat tumultus autorem.

[H]

ΔΙΑΚΩΔΩΝΙΖΕΙΝ

3912

105 Διακωδωνίζειν Demosthenes dixit pro *explorare* atque *examinare*. Sumptum putant ab iis qui noctu cum tintinabulo circumeunt excubias, ne quis dormiat aut vt hoc signo declarent se vigilare, siue ab iis qui coturnices tintinnabulo experiuntur, num sint ad pugnam idoneae, vt visum est Aristarcho. Nec desunt qui malint inde ductum, quod ad eundem modum explorari soleant equi, an tubarum et armorum strepitum laturo sint. Simili modo conuiciis olim explorabantur 110 initiandi mysteriis, cuius consuetudinis vestigium adhuc seruant theologorum scholae.

[H]

FERRVM ET FLAMMA

3913

115 Quum exitiabile bellum significamus, *ferro flammaque* rem geri dicimus siue *ferro ignique*. M. Tullius in oratione Pro L. Flacco: *O dii immortales, quid hoc miserius? Nos qui P. Lentulo ferrum et flammam de manibus extorsimus, imperitae multitudinis iudicio confidimus.* Mox in eadem: *O nox illa quae pene aeternas huic vrbi tenebras attulisti, quum Galli ad bellum, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum et flammam vocabantur.* Rursum Pro Sylla: *Cuius nuper ferrum retulerim flammamque restinxerim.* In oratione Pro domo sua addit *saxa*: *Deinde, quum ille saxis et ignibus et ferro vastitatem meis aedibus intulisset.* Item Pro Planco: *Quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in aedibus, vim in tota vrbe versari.*

[H]

MONTES FRUMENTI

3914

125 De *montibus auri* nobis alibi dictum est. Sed quemadmodum *musca* ad quasuis res transfertur quum negamus quicquam tale esse: 'Nulla mihi musca in aedibus', ita *montes* ad quarumlibet rerum affluentem copiam transfertur. Plautus in Pseudolo:

Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi.

130 Vox haec 'montes' superest sermoni, nisi quod ex vsu vulgari addita auget copiae significationem. Itidem in vsum venit *oppido* pro 'valde', quum tantam rerum copiam intelligerent agricolae quanta satis esset vel *oppido*. Plautus in *Mustellaria montem erroris* dixit pro 'errore grauissimo':

93 lutulentior *H I MS* [sed *lutulentius scripsit Erasmus in indice, f. 116*].
 95 *Poenulo H I: penulo MS.*
 96 *isthoc H I: istoc MS.*
 99 *Cicero H I: om. MS.*
 104 *examinare H I: examinari MS.*
 105 *noctu H I: nocte vel -u MS.*
 106 aut... *vigilare H I: add. MS; vt hoc H I: vt ita hoc [?] MS.*
 109-111 *Simili... scholae H I: om. MS.*

118-119 *Rursum... restinxerim H I: add. MS.*
 119 *restinxerim H I: restinxerim. Itaque qui atrociter minitantur, eos ferrum ignemque minitari dicemus MS.*
 119-121 *In oratione... versari H I: add. MS.*
 120 *Planco H I: plancio MS.*
 124 *mihi H I: mulier MS.*
 129 *valde H I: vale MS.*
 130-137 *Plautus... habet H I: om. MS.*
 130 *Mustellaria I: Mustelaria H.*

3911 Otto 998.

95 *Plaut. Poen. 157 f. (96 istoc; 97 domino non: domi non v.l.; lutumst).*
 98 *declarat* The subject is *lutum*.
 99 *Cic. Dom. 18, 47 (caenum).*
 100 *Pis. 26, 62.*
 101 *labem Pis. 1, 3; 24, 56; Sest. 8, 20; 11, 26; Dom. 1, 2; 41, 107.*
maculam Cicero only applies this word to a person in *Pro. 6, 13*.
 102 *facem Dom. 38, 102; Har. 2, 4; Phil. 2, 19, 48.*
procellam Dom. 53, 137.
tempestatem Dom. 53, 137; Verr. 2, 11, 37, 91.

3912

104 *Harpocrat. διεκωδώνισε, referring to Demosth. 19, 167 (διεκωδώνιζεν).*
 104-107 *Sumptum... Aristarcho Harpocrat. See also a scholium on Demosth. loc. cit., Dilts II, p. 61.*
 107-109 *Nec... laturi sint* After Suid. *διακωδώνισω 600.*
 109-110 *conuiciis... mysteriis* The source is no doubt a scholium on Aristoph. *Vespae, 1363 b*, which has it that candidates for initiation in the Eleusinian Mysteries were ridiculed by those already initiated. See W. Burkert, *Homo Necans. Interpretationen altgriechischer Opferriten und Mythen*, Berlin, 1972, p. 307.
 110-111 *cuius consuetudinis* etc. Rashdall mentions a disputation which used to take place in the 15th century at the theological faculty of the Sorbonne, in which a bachelor was required to take part in the last stage of his career, in which he had to reply standing, in the presence of an audience which signified

its approval or disapproval by stamping or clapping, to a succession of opponents a whole day long (*The Universities of Europe in the Middle Ages, I, Oxford, 1958*, p. 479; no information on the subject is found in J.K. Farge's thorough monograph on the Faculty of Theology of Paris, 1500-1543 (*Orthodoxy and Reform in Early Reformation France, Leiden, 1985*).

3913 *Nachträge zu Otto*, p. 238.

114 *Cic. Flacc. 39, 97.*
 116 *Flacc. 40, 102.*
 118 *Sull. 30, 83 (rettuderim Halm: retuderim codd.).*
 119 *Har. (!) 8, 15 (120 sedibus: aedibus v.l.).*
 120 *Pro Plancio 29, 71 (121 delubris); Er. writes aedibus, a mistake caused perhaps by aedibus in the preceding quotation.*

3914

123 *alibi Adag. 815 (Aureos montes polliceri). See Otto 1132-1133.*
 124 'Nulla... *aedibus*' *Plaut. Truc. 284* "musca nulla feminast in aedibus." Er. quotes from memory. The Milan 1500 edition of Plautus reads "quas tu mulieres / Mihi narras, ubi musca nulla foemina est in aedibus? Nulla istinc / Mulier habitat."
 125 *Plaut. Pseud. 189 (127 frumenti acervi: acervi frumenti v.l. et ed. Mediol. 1500).*
 129-130 *oppido... oppido* After Fest. p. 201 Lindsay. Actually, the etymology of 'oppido' (utterly) is uncertain.
 130 *Plaut. Most. 351 ff. (133 ita mali, maeroris: ita alium erroris ed. Mediol. 1500; 134 erus: herus ed. Mediol. 1500).*

*Nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest;
Ita alium erroris montem maximum ad portum modo
Conspicatus sum: herus aduenit peregre, periit Tranio.*

135 Si legas ‘Ita mox alium’, constabit versus trochaicus. In Milite dixit *montes argenti*:

Tum montes argenti, non massas habet.

[H]

POST HOMINES NATOS

3915

Quoties vniuersos homines intelligi volumus, *post homines natos* dicimus. M. Tul-
140 lius in oratione Pro domo sua ad pontifices: *Quid? Homini post homines natos
turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo, quis illam opimam fertilemque Syriam,
quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros constitutam, erep-
tam vi ex Caesaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit?* Rursus in eadem: *At
145 id quod crimini dabatur non modo peccatum non erat, sed erat res post homines natos
pulcherrima.* Item Pro Cornelio Balbo: *Etenim quum pro sua patria pauci post
genus hominum natum reperti sint qui nullis praemiis propositis vitam suam hostium
LB 1167 telis obiecerint et caetera.* Idem Pro Milone: *Vnius post | homines natos fortissimi
viri.* Item in Antonium: *Duo teterrima et spurcissima capita post homines natos,
Dolobella et Antonius.* Idem De optimo genere oratorum: *Optimus longe post
150 homines natos.* Idem in Bruto: *Longe autem post natos homines improbissimus Caius
Seruilius Glaucia.*

[H]

POST HOMINVM MEMORIAM

3916

Huic simillimum est *post hominum memoriam*. M. Tullius in oratione Ad ponti-
fices pro domo sua: *Graue crimen est hoc et vehemens et post hominum memoriam
155 iudiciaque de pecuniis repetundis constituta grauissimum.* Item in oratione De arusp-
picum responsis: *Vobis vero referentibus, post hominum memoriam fortissimi atque
optimi consules.* Idem Pro Planco: *Aderat mecum senatus et quidem veste mutata,
quod pro vno post hominum memoriam publico consilio susceptum est.* Ibidem: *Nihil
post hominum memoriam gloriosius.* Item pro eodem: *Consules post hominum
160 memoriam teterrimi atque turpissimi.* Item ad Plancum, Epistolarum familiarium
libro x.: *Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem
ipso opportunius accidere vidi quam tuas, Plance, literas.* Rursus ad Brutum, libro
xi.: *Quare hortatore tu quidem non eges, si ne in illa quidem re quae a te gesta est
post hominum memoriam maxima hortatorem desiderasti.* Rursus Pro Sestio: *Quid
165 enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius quam pro me vno ciue et
bonos omnes priuato consensu et vniuersum senatum publico consilio mutasse vestem?*
Idem In Catilinam: *In hoc autem vno post hominum memoriam maximo crudelis-
simoque bello.* Ibidem: *Bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam
crudelissimum et maximum.* Idem Pro Rabirio perduellione: *Post hominum memo-*

- 170 *riam rem nullam maiorem. Idem Pro lege Manilia: Quae in omnibus hominibus noua post hominum memoriam constituta sunt. Rursus In Vatinium testem: In omni memoria inauditum.*

[H]

ΕΞΟΡΧΕΙΣΘΑΙ

3917

- 175 Qui fugiunt et ab eo quod agitur alio se vertunt Graecis ἐξορχεῖσθαι dicuntur. Sumpta metaphora a saltationibus praesertim sacris, vnde subtrahere sese inauspicatum erat, quemadmodum indicatum est in prouerbio *Omnia secunda, saltat senex*. Notum est quod refert Herodotus de Hippoclide, qui indecora saltatione excidit a spe nuptiarum et audiuit: Ἀπορχήσαό γε τὸν γάμον.

- 139 dicimus *H I*: dicimus *vel* dicemus *MS*.
 140 sua *H I*: *om. MS*; Quid *H I*: Quis *MS*.
 143 in eadem *H I*: pro domo sua *MS*.
 145-147 Item... et caetera *H I*: *add. MS*.
 145 Item Pro Cornelio *H I*: Item in oratione pro Cornelio *MS*; quum *H I*: *add. MS*.
 147-151 Idem... Glaucia *H I*: *om. MS*.
 153-155 M. Tullius... grauissimum *H I*: *om. MS*.
 155-156 Item... aruspicum *H I*: M. Tullius in oratione pro domo [*sed pro domo del.*] de aruspicum *MS*.
 156 referentibus *H I*: referentibus o *MS*.
 156-157 atque optimi *H I*: *add. MS*.
 157 consules *H I*: consules, decreuit senatus frequentissimus *MS*; Idem Pro Planco *H I*: Item pro Plancio *MS*.
 158-164 Ibidem... desiderasti *H I*: *om. MS*.
 167-172 Idem... inauditum *H I*: *om. MS*.
 174 eo *H I*: ego *MS*.
 176-178 quemadmodum... γάμον *H I*: *om. MS*.
 135 Plaut. *Mil.* 1064 (argenti montes).
 3915
 139 Cic. *Dom.* 9, 23 (143 ex visceribus aerari Madvig: *ex vi caesaris rebus actis* codd. plerique).
 143 *Dom.* 35, 95 (144 quod mihi crimini; natos homines).
 145 *Balb.* 10, 26.
 147 *Mil.* 26, 69.
 148 *Phil.* 11, 1, 1 (Nam duo haec capita nata sunt post homines natos taeterrima et spurcissima, D. et A.).
 149 *Opt. gen.* 6, 17.
 150 *Brut.* 62, 224.
 3916
 153 Cic. *Verr.* (!) 2, III, 56, 130.
 155 *Har.* 8, 15 (156 o post).
 157 *Pro Plancio* 35, 87 (At erat Wunder: *aderat* codd.: 158 pro me uno).
 158-159 *Ibidem*: *Nihil... gloriosius* From the letter to Plancus, *Fam.* X, 16, 1, quoted below.
 159 *Pro Plancio* 35, 86.
 160 *Fam.* X, 16, 1.
 162 *Fam.* XI, 5, 1 (163 hortatione).
 164 *Sest.* 12, 27 (165 pro uno).
 167 *Catil.* 3, 10, 25.
 168 *Catil.* 2, 13, 28.
 169 *Rab. perd.* 2, 4.
 170 *Manil.* 21, 62.
 171 *Vatin.* 14, 33 (quod... in omni memoria est omnino inauditum). Er. has abridged the passage.
 3917
 174 Harpocrat. ἐξορχησάμενος (referring to Demosth. 22, 68).
 176-177 prouerbio... senex *Adag.* 2040.
 177 Hdt. VI, 129 (178 γε μὲν τὸν). Er. recounts the story in *Adag.* 912 (Non est curae Hippoclididi).

[H] PERISTROMATA CAMPANICA 3918

180 Origenes opus quoddam varias tractans materias *Στρωματεῖς* inscripsit. Sumpta metaphora ab auleis et stragulis picturatis, quibus olim diuites impense delectabantur. Quod ad hominem versipellem transferri potest. Siquidem aulea explicata aut complicata et rursus aliter atque aliter complicata varias rerum formas praebent. Leno in Pseudolo Plautina minitatur suis famulis hoc modo:

185 *Ita ego vestra latera loris faciam vt valide varia sint,
Vt ne peristromata quidem aequae picta sint Campanica.*

Campania quum floreret opibus, praeter modum luxu ac delitiis indulgebat. Campanicis peristromatibus Plautus adiungit Alexandrina tapetia. De attagena dictum est alias.

190 [H] FORS DOMINA CAMPI 3919

In creandis magistratibus non semper vincebat qui potior esset, sed cui fortuna fauebat. Nam a populi suffragiis res omnis pendeat. M. Tullius In Pisonem: *Sed omitto vt sit factus vterque nostrum; sit sane Fors domina campi! Magnificentius est dicere quemadmodum gesserimus consulatum.*

195 [H] FVLMENTVM LECTVM 3920

Nonius Marcellus indicat prouerbium quoddam esse frequens apud Varronem, *Fulmentum lectum scandunt*. Nec exponit quid sit ‘fulmentum’ neque quis sit prouerbii sensus; tantum indicat ‘fulmentum’ dici neutro genere et ‘fulmentas’ feminino.

200 [H] PARTHI QVO PLVS BIBERINT 3921

De Parthis vetere prouerbio dictum est *quo plus biberint, eo plus sitire*. Habet hoc temulentia vt, posteaquam obsuruit palatum, magis ac magis cupiant haurire. Apte dicitur in auaros aut studiosos; crescit enim discendi cupido cum eruditione.]

1.B II68 [H] SCRAPTAE 3922

206 *Scraptae* populari conuicio dicebantur mulieres nugaces nulliusque rei, a ‘screo’, quod est ‘oris purulentiam eiicio cum sonitu’. Vnde ‘screa’ pro rebus vilissimis accipiebant. Fortasse quadrabit in anus subinde screantes ac tussientes. Ita Festus. Nonius autem putat esse conuicium in deformes meretrices, citans hunc Plauti versum ex Vidularia:

Scraptae, scrupedae, strictiuelae sordidae.

[H]

EX PHELLEO

3923

Ἐκ φελλέως ἐλθεῖν, id est *ex phelleo venire*, dicebantur qui ex humili fortuna asperaque vita ad dignitatem emersissent. Nam Graecis φελλεύς dicitur locus aptus pascendis capris, asper, pumicosus ac sterilis. Nam huiusmodi pascuis caprae delectantur. Aristophanes in Nebulis:

Ὅταν μὲν οὖν τὰς αἴγας ἐκ τοῦ φελλέως,
Ὡσπερ ὁ πατήρ σου, διφθέραν ἐνημμένος.

† Est huius nominis locus Atticae montanus ac petricosus, cuius meminit et Stephanus, nisi quod montem Φελλάς vocat, fortassis scriptura mendosa. De his nonnihilo attigimus in prouerbiis *Subere leuior* et *Phellinas*.

179 Peristromata *H I*: Peristomata *MS*.

180 tractans *H I*: tractante *MS*.

185 ego *H I*: ex... [?] *corr. MS*.

188 Plautus *H I*: *om. MS*.

190 Fors *H I*: ex Sors *corr. MS*.

191 In creandis magistratibus *H I*: Fors [ex Sors] domina Campi. In creandis magistratus *MS*.

198 sensus *H I*: sensu *MS*.

205 Scruptae *H I MS* [sed Scramptae scripsit Erasmus in indice, f. 117].

207 quod... sonitu *H I*: *add. MS*; vilissimis *H I*: ex villissimis *corr. MS*.

208 accipiebant *H I*: accipiebant, autor est Sextus pompeius festus *MS*.

208-211 Ita... sordidae *H I*: *om. MS*.

213 ex *H I*: e *MS*; fortuna *H I*: *add. MS*.

220-221 De... Phellinas *H I*: *om. MS*.

3918

180 Origen's *Stromateis* is not extant. Only a few passages survive in the works of St. Jerome (now in Migne *PG* 11, 101-108). Jerome refers to it in e.g. *Epist.* 84, 7.

184 Plaut. *Pseud.* 145 f.

187 *Campania*... indulgebat See *Adag.* 3714 (*Campana superbia*).

188 Plaut. *Pseud.* 147.

189 *alias Adag.* 3273 (*Attagenae nouilunium*).

3919

192 Cic. *Pis.* 2, 3; also quoted in *Adag.* 528 (*Haec potior*).

3920

196 Non. p. 304 Lindsay (197 *Fulmenta: Fulmentum* v.l.). Varro, *Men.* 586 Buecheler. Presumably the proverb "Fulmenta lectum scandunt" (The props climb the bed) was used of incongruous things or actions. Compare "One shouldn't put the cart before the horse" and "Man muss nicht Stühle auf die Bänke setzen" (quoted by Otto, 729).

3921 Otto 1351.

201 After Plin. *Nat.* XIV, 148 "quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos."

3922

206-208 *Scruptae*... accipiebant After Fest. p. 448 Lindsay. The definition *quod est*... sonitu has been added by Er.

209 Non. p. 248 Lindsay "Scruptas, scrupedas, strictivellas"... Plautus *Nervularia* (cf. Gell. III, 3, 6, *aulularia* codd.): 'scratuae, scrupedae, strictivillae sordidae'." The Milan 1500 edition reads "in vidularia", "scruptae" and "strictiuelae". See Plaut. fr. 97 Lindsay.

3923

213 After Aristoph. *Nub.* 72.

214-219 *Graecis*... petricosus Suid. φελλέα 189.

216 Aristoph. *Nub.* 72 f., quoted by Suid. loc. cit.

219-220 Steph. Byz. Φελλεύς (Φελλεύς Xylander: Φελλάς vulg.).

221 *prouerbiis* etc. *Adag.* 1307 (*Subere leuior*) and 3565 (Φελλίνας).

[H]

IN FORO VERITAS

3924

Ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν, id est *In foro abstinendum a mendacio*. Lex erat apud Athenienses ut in foro rerum venalium vanitas omnis abesset. Theophrastus in libris
 225 De legibus ostendit agoranomis duo praecipue curanda: ut omnia in foro com-
 pposite citraque tumultum agantur, deinde, ut abstineant a mendaciis non ven-
 dentes modo, verum etiam ementes. Hinc est quod apud Laertium Anacharsis ait
 se mirari quod Athenienses lege prohiberent in foro mendacium, quum nusquam
 frequentius aut impudentius mentirentur.

230

[H]

OCVLM EXCLVDERE

3925

Hac figura vulgus adimit omnem spem petenti, ut dicat: ‘Si hoc impetraris, oculo mihi excludito’ aut ‘dentem extundito.’ Senex in Pseudolo Plautina: *Excludite hercule oculum, si dedero*. Sensit quiduis potius futurum quam ut seruo daret argentum pro amica filii. Itidem Phormio Terentianus:

235

Vel oculum excludito: est ubi vliscar locus.

[H]

AVT TERRA AVT MARI

3926

Plautus in Pseudolo *aut terra aut mari* dixit pro ‘quacunq[ue] ratione’. Sumptum est ab historicis, qui referunt res terra marique gestas et gentes terra marique expugnatas. Cicero Pro Cluentio: *Cuius tantae res gestae terra marique extiterunt*.
 240 Item Pro lege Manilia: *Quantas ille res domi militiaeque, terra marique quanta feliciter gesserit*. Rursus in eadem: *Vt aliquando vere videremur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare*. Item In Verrem libro ii.: *Quam multae mihi a Verre insidiae terra marique factae sint*. Ad Atticum libro vii.: *Qua aut terra aut mari persequar eum qui ubi sit nescio?* Demosthenes in clausula orationis Pro Ctesiphonte:
 245 Εἰ δ’ ἄρα ἔχουσιν οὕτως ἀνιάτως, τούτους μὲν αὐτοὺς καθ’ ἑαυτοὺς ἐξώλεις καὶ προώλεις ἐν γῆ καὶ θαλάσῃ ποιήσατε, id est *Quod si usque adeo sunt insanabiles, istos quidem per se solos exitio pernicieque dignos terra marique reddite*. Plauti verba sunt haec:

250

*Ego in hoc triduo
 Aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi.*

M. Tullius libro De finibus v. addit tertium: *Vna pars est disserendi, altera viuendi, tertia natura sic ab his inuestigata est ut nulla pars coelo, mari, terra, ut poetice loquar, praetermissa sit*. Addit ‘poetice’, quod poetae tria tantum elementa referant, ut Ouidius:

255

Ante mare et terras et, quod tegit omnia, coelum.

Terentius: *O coelum, o terra, o maria Neptuni!* Plautus in Amphitryone:

Ita mihi videntur omnia, mare, terra, coelum, consequi.

[H]

ΕΚΦΥΛΛΟΦΟΡΗΣΑΙ

3927

Quibus ius ferendi suffragia adimebatur et ex albo iudicum submouebantur olim dicebantur ἐκφυλλοφορεῖσθαι, quemadmodum *exauctorari* dicebantur milites quibus ius pugnandi adimebatur. Olim non calculis, sed foliis ferebantur suffragia; quasi dicas *a foliis ferendis excludi*.

[H]

LACVNAM EXPLERE

3928

Lacunam explere pro 'sarcire damnum' non sine prouerbii specie dixit Cicero actione in Verrem quarta: *Censores fecerunt idem quod in nostra republica solent ii qui per largitionem magistratus adepti sunt: dederunt operam ut ita potestatem gererent ut illam lacunam rei familiaris explerent*. Detrimentum facultatum appellat

225 agoranomis *H I*: Agoronomis *MS*.
 233 hercule *H I*: hercle *MS*.
 239-243 Cicero... sint *H I*: *add. MS*.
 240 ille *MS*: illae *H I*; quanta *H I*: quantaque *MS*.
 243-244 Ad Atticum... nescio *H I*: *om. MS*.
 244-247 Demosthenes... reddite *H I*: *add. MS* [f. 55].
 248 Plauti... haec *H I*: Hec [*sed del.*] plauti

verba sunt hec *MS*.
 251-257 M. Tullius... consequi *H I*: *om. MS*.
 259 et... submouebantur *H I*: *add. MS*.
 262 quasi... excludi *H I*: *om. MS*.
 265 actione *H I MS* [*supra actione add. lib.*].
 265 idem *H I*: iidem *MS*.
 267-272 Detrimentum... expletur *H I*: *om. MS*.

3924

223 Harpocrat. κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. See also Suid. κατὰ τὴν etc. 820.
 224 Thphr., fr. 98 Wimmer, quoted by Harpocrat. and Suid. loc. cit.
 227 Diog. Laert. I, 104. See Er. *Apophth.* VII, Anacharsis 9, *LB IV*, 329 F-330 A "Aiebat se mirari qui fieret ut Athenienses, qui prohiberent mentiri, tamen in cauponum tabernis palam mentirentur. Qui vendunt merces emuntque, lucri causa fallunt quemcumque possunt, quasi quod priuatim esset turpe fiat honestum, si publice facias in foro. At in contractibus maxime fugiendum erat mendacium. Sed tum maxime mentiuntur homines, quum maxime negant se mentiri. Apud Athenienses lex erat quae iubebat ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν."
 3925 Otto 1264, 3.
 231-232 *Hac...* *extundito* The expression *oculum mihi excludito* is taken from Plautus (*Pseud.* 510). The combination *dentem extundere*, by contrast, is not attested in ancient literature. Perhaps Er. has a vernacular expression in mind.
 232 Plaut. *Pseud.* 510 (*Excludito mi* [*mih* ed.

Mediol. 1500] hercle).

234 Ter. *Phorm.* 989 (235 exclude: est ubi vos ulciscar probe).
 3926 Otto 1762.
 237 Plaut. *Pseud.* 317.
 239 Cic. *Man.* (not *Cluent.*) 23, 68.
 240 *Man.* 16, 48 (militiae: *militiaequae* v.l.; quantaque).
 241 *Man.* 19, 56.
 242 *Verr.* 1, 2, 3 (cum; 243 C. Verre).
 243 *Att.* VII, 22, 2.
 244 Demosth. 18, 324 (245 ἀνιάτως; οὕτως ἀνιάτως vulg.; 246 θλάττη).
 248 Plaut. *Pseud.* 316 f.
 251 Cic. *Fin.* V, 4, 9 (pars est naturae, disserendi altera; 252 iis: *his* v.l.).
 254 Ov. *Met.* I, 5.
 256 Ter. *Ad.* 790.
 Plaut. *Amph.* 1055.
 3927
 259-260 *Quibus...* ἐκφυλλοφορεῖσθαι Harpocrat. and Suid. ἐκφυλλοφορῆσαι 722. Cf. schol. on Aeschin. I, III.
 3928 Largely taken from Brassicanus, *Prov.* 64 (*Lacuna*).
 264 Cic. *Verr.* 2, II, 55, 138.

'lacunam'. Idem in Epistolis ad Atticum: *Vide ne qua lacuna sit in auro*, hoc est: ne quid desit. A. Gellius Noctium Atticarum libro primo, capite tertio *famae lacunam* dixit pro 'macula': *Minimaque illa labes et quasi lacuna famaе imminētis partarum amico utilitatum ratione soluitur*. Quin et in libris 'mendum' dicitur quod deprauatum est, 'lacuna' vbi deest aliquid; illud eluitur, haec expletur.

[H]

NULLAM CORPORIS PARTEM

3929

Aeschines De perperam obita legatione: 'Ο δὲ οὐδὲν ἄπρακτον ἔχων μέρος τοῦ σώματος, οὐδ' ὄθεν τὴν φωνὴν προίεται, ὡς ὢν Ἀριστείδης τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπιχαλούμενος, δυσχεραίνει καὶ καταπτύει δωροδοκίας, id est *At is qui nullam corporis partem habet ociosam, ne eam quidem qua vocem promit, perinde ac si esset Aristides, qui vectigalia praescripsit Graecis et iusti cognomen meruit, indignatur ac despuit munerum acceptionem*. Dispiat prudens lector an pro ἄπρακτος legendum sit ἄπρατος, id est ἀπρίατος, vt intelligas illi omnia membra fuisse venalia, etiam os et vocem. Tametsi dici potest ἄπρακτος qui nihil exigit, vt intelligas: non manibus tantum, sed toto corpore rapacem.

[H]

PVRVS PVTVS

3930

Plautus in Pseudolo *purum putum* dixit pro 'prorsus ac vere':

285 *Purus putus est ipsus, noui, herus Polymachaeroplacides,*

quasi dicas: *Ipsissimus est*. Color sermonis resedit ex antiquitate: *putum* enim illi dicebant 'purgatum', vnde et *vites putare* dicunt et reiectamenta nucum aut simillium rerum dicuntur *putamina*. Prouerbiū ortum videtur ex aurificum officinis, qui ea forma dicebant *purum putum* quemadmodum qua iureconsulti dicunt *sarta tecta*.

[H]

MEIS AVSPICIIS

3931

Meis auspiciis pro 'meo arbitrio meisque praesidiis' dixit Maro Aeneidos iiiii.:

*Quod si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis et sponte mea componere curas.*

295 Translatum ab imperatoribus Romanis, quibus mos erat non committere praelium nisi consultis auspiciis. Eius autem auspiciis res geri dicebatur penes quem summa rei gerendae potestas erat. Huic simillimum est quod alibi retulimus: *meo Marte*. Tullius In Verrem libro v.: *Praesertim quum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis. Nostro Marte* fit quod fit nullis auxiliis aliunde ascitis.

300 [H]

VESTIGIIS INHAERERE

3932

Qui imitatur exempla progenitorum *maiorum vestigiis inhaerere* dicitur. M. Tullius Pro P. Sestio: *Quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat*. Translatum a viatoribus qui obseruant vestigia praecedentium, ne quid aberrent. Similiter qui degenerant a progenitorum aut praeceptorum exemplis *ab illorum vestigiis* dicuntur *recedere*, et *alienis vestigiis ingredi* qui nihil ex se gignunt noui, sed aliorum inuentis inhaerent.

[H]

DVLCE ET AMARVM

3933

Plautus in Pseudolo non sine prouerbiū specie dixit *dulce et amarum* pro 'laetis ac tristibus'. Amans adolescens de epistola amicae: *Dulce amarumque vna nunc | misces mihi*. Idem in eadem fabula:

LB II 70

311 *Dulcia atque amara apud te sum eloquutus omnia:
Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.*

Idem in Truculento:

315 *Nunc postquam scio
Dulce atque amarum quid sit de pecunia.*

279-282 *Dispiciat... exigit H I: add. MS.*282 vt... rapacem *H I: om. MS.*284 Pseudolo *H I: ex poenulo corr. MS.*286-290 quasi... tecta *H I: om. MS.*293 si *H I: om. MS.*295 Translatum *H I: hanc [sed del.] Translatum**MS.*296 *geri H I: gerere MS.*297 *alibi H I: alibibi MS.*302 Sestio *H I: Sextio MS.*302-306 Translatum... inhaerent *H I: om. MS.*310-315 Idem... pecunia *H I: om. MS.*268 *Att. XII, 6, 1* (vide, quaeso, <et> ne quae [ne qua v.l.]).269 *Gell. I, 3, 23* (270-271 munimentis; utilitatum: *utilitatum* v.l.; solidatur: *ratione solidatur* v.l.).271 'mendum' See S. Rizzo, *Il lessico filologico degli umanisti*, Roma, 1973, pp. 219 f.

3929

274 *Aeschin. 2, 23* (ἀπρατον: ἀπρακτον v.l.; 275 Ἀριστείδης Scheibe: Ἀριστείδης ὁ τοῦς φόρους τάξας τοῖς Ἑλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος codd. nonnulli).279-280 *Dispiciat... ἀπρατος Er.* emendation has proved correct.

3930 Otto 1492.

284 *Plaut. Pseud. 989 f.* (285 *Novi. Heus! Polymachaeroplacidi nomen est: novi herus polymachaeroplacides* ed. *Mediol. 1500*).286 *Ipsissimus est* *Plaut. Trin. 988*.286-287 *putum... dicunt* After *Fest. p. 241*Lindsay. Cf. *Non. p. 39 Lindsay and Gell. VII, 5.*287-288 *reiectamenta... putamina* After *Non. p. 232 Lindsay. Cf. Moria, ASD IV, 3, p. 190, l. 189* "(pii) pecunias ceu putamina prorsus aspernantur."290 *sarta tecta* See *Adag. 3437*.

3931

292 *Verg. Aen. IV, 340 f.* (293 *Me si*).297 *alibi Adag. 519* (*Nostro Marte*).298 *Cic. Verr. 2, III, 4, 9.*3932 Inspired by *Alciato*, who quotes the phrase in *De verb. sign. IV, p. 81*.301-302 *Cic. Sest. 3, 7.*304-305 *ab illorum* etc. Sources not identified.

3933 Otto 1083.

308 *Plaut. Pseud. 63.*310 *Pseud. 694 f.*313 *Truc. 345 f.* (315 *ex pecunia*).

[H] HYBERNO PVLVERE, Verno LVTO 3934

Festus Pompeius ex antiquo carmine citat, nec ascribit autoris nomen, vnde intelligitur vulgo decantari solitum. In eo inducitur pater de agricultura praeci-
piens filio his verbis:

320 *Hyberno puluere, verno luto, grandia farra, Camille, metas.*

Quibus verbis arbitror significatum far, si seminetur serena hyeme et succedat ver
humidum, copiosius prouenire.

[H] ΑΙΞΩΝΕΥΕΣΘΑΙ 3935

Quemadmodum multa prouerbia retulimus e gentium moribus desumpta, ita
325 *αιξωνεύεσθαι* olim dicebantur calumniandi morbo obnoxii, quod is populus hoc
nomine taxatus sit veterum comoediarum salibus, quemadmodum indicat Ste-
phanus Aexoniam esse Magnesiae ciuitatem. Est autem et *Αιξωνή*, vltima acuta,
populus tribus Cecropidis. Ab vtraque voce deducitur *Αιξωνεύς*. Citant restem
Menandrum ἐν Κανηφόρω. Plato in dialogo De fortitudine: Οὐδὲν ἐρω̄ πρὸς
330 *ταῦτά γ' ἔχων εἰπεῖν, μή με φῆς ὡς ἀληθῶς Αἰξωνέα εἶναι*, id est *Nihil ad ista*
respondeo, quum quod dicam habeam, ne me merito dicas Aexonensem esse. Marsi-
lius vertit *maledicum et calumniatorem*.

[H] GALLAM BIBERE OPORTET 3936

Qui plus satis indulgent ventri gulaeque prouerbiali ioco iubebantur *gallam*
335 *bibere*. Is est fructus sub autumnum adnascens arboribus, praecipue robori, spe-
cie rotundae nucis. De cuius natura multa prodiderunt Plinius, Dioscorides,
Galenus ac Theophrastus. Vim habet astringendi exiccandique et ob id vtilis ad
multa. Inde illud Lucilianum, quum nepotes ac lurcones iubet *gallam bibere et*
rugas inducere ventri, sentiens coarctandos esse ventres. Refert Sextus Pompeius
340 Festus. Simile est Horatianum illud, quum scribit ventres nepotum inurendos
candenti lamina.

[H] SONTICA CAUSA 3937

Naeuius poeta citante Festo *soniticam causam* appellat admodum grauem in hoc
trochaico catalectico:

345 *Sonticam esse causam oportet quamobrem perdas mulierem.*

Translatum a Duodecim tabulis, quae *soniticum morbum* appellant non vulgarem,
sed tam molestum vt reus non cogatur apud iudices comparere.

[H]

MACVLA, LABES

3938

350 Frequens est apud M. Tullium vt hominem infamem ac scelerosum *maculam, labem, sordes, lutum* appellet. Pro eo Plautus citante Festo *suasum* dixit:

Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam.

‘Suasum’ Festus putat esse maculam quae fit in veste alba e stillicidio fumoso.

Plautinus trochaicus quadrabit in eos qui famam honestam vel a maioribus traditam vel benefactis partam aliquo scelere contaminant.

317 citat H I: om. MS.

323 Αἰξωνεῦσθαι H I: ex Αἰξιωνεῦσθαι corr. MS.

325 calumniandi H I: calumniando MS.

328 Cecropidis MS I: Cercopidis H; Αἰξωνεὺς H I: αἰξωνεὺς, A posteriore tamen arbitror desumptum adagium. quandoquidem fratrum Belloporum petulantia locum fecit

aliquot prouerbiis. Et satyri maledici de genere caprino sunt MS [quandoquidem... sunt add.].

330 γ' MS: κ' H I; εἰπεῖν H I: ex εἶπειν corr. MS; φης ὡς ἀληθῶς H I: εἴπηρ [sed del.] φης ὡς ἀληθῶς MS.

331 merito H I: add. MS; Marsilius I: Marsilius MS H.

3934

317 Fest. p. 82 Lindsay.

antiquo carmine See *Fragmenta poetarum Latinorum epicorum et lyricorum*, ed. C. Buechner, Leipzig, 1982, p. 42.

320 Fest. p. 82 (metes).

3935 Largely taken from Brassicanus, *Prov.* 12 (Αἰξωνεῦσθαι).

324 *multa... desumpta* See e.g. Er.' introduction to the *Adagia*, ASD II, 1, p. 82, ll. 659 ff.

325-331 αἰξωνεῦσθαι ... *Aexonensem esse* After Harpocrat. Αἰξωνῆσιν.

325-327 *quod is... ciuitatem* The sentence as a whole lacks sequence; Er. worked hurriedly.

327-328 *Est... Cecropidis* Harpocrat. loc. cit.: Αἰξωνῆς δῆμος φυλῆς τῆς Κεκροπίδος.

326-328 *indicat Stephanus...* Αἰξωνεὺς Steph. Byz. Αἰξωνεῖα.

329 Menander, fr. 222 Koerte II, quoted by Harpocrat. loc. cit.

Plat. *Lach.* 197 c, quoted by Harpocrat. loc. cit. (330 εἴπηρ: φῆς *Lach.* 197 c).

331-332 *Marsilius* Ficino translates the passage as follows: "Nihil aduersus haec inferam, etiam siquid valeam, ne me reuera calumniatorem quandam maledicum esse dicas" (from the Lugduni 1557 edition, p. 206 a).

3936

334-335 *Qui... bibere* After Fest. p. 85 Lindsay. There is no evidence, however, that the phrase was proverbial.

335-336 *Is... nucis* After Diosc. I, 107.

336-337 Plin. *Nat.* XXIV, 9 f.; XVI, 26 f. Diosc. I, 107. Gal. *De simpl. medic. temper. ac facult.* VII, 22, Kühn XII, p. 24. Thphr. *Hist. plant.* I, 2, 1; III, 7, 4-5 and 8, 6.

337-338 *Vim... multa* Probably after Diosc. I, 107.

338 Lucil., fr. 506-507 Krenkel, quoted by Fest. p. 85 (ac rugas conducere).

340 Hor. *Epist.* I, 15, 36 f. (ut ventres lamna candente nepotum / diceret urendos).

3937

343 Naevius, p. 230 Marmorale, quoted by Fest. p. 372 Lindsay (345 oportet causam).

346-347 *Translatum* etc. After Fest. loc. cit. See C.G. Bruns-O. Gradenwitz, *Fontes iuris Romani antiqui*, Tübingen, 1909, I, p. 20.

3938

349-350 *maculam... lutum* See *Adag.* 3911, n.ll. 100-101. - *sordes* *Att.* I, 16, 11; *Pis.* 26, 62.

350 Plaut. *Truc.* 271, quoted by Fest. p. 392 Lindsay.

352 Fest. loc. cit.

355 [H]

CAPERE CRINES

3939

Plautus in *Mustellaria* *capere crines* dixit pro: arripere occasionem oblatam et arreptam retinere. Sumptum vel ex illo deo quem Graeci vocant *Καίρῶν* – nam eum fingunt fronte capillata, occipitio caluo – vel ex hominum consuetudine, qui crinibus remorantur quem nolint abire.

360 *Si tibi acceptum est fore tibi vnicum, sempiternum,
Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita,
Soli gerendum censeo morem et capiendos crines,
Vt fama est, hominis, exin sole pecuniam inuenire.*

[H]

Nihil est miserius quam animus conscius

3940

365 *Saepe etiam est olitor valde opportuna loquutus, vt habet prouerbium. Apud Plautum in Mustellaria* *Tranio* seruus nequissimus sententiam profert quouis dignam theologo:

Nihil est miserius quam animus hominis conscius.

Conuenit cum Hebraeorum dicto *Secura mens quasi iuge conuiuium*. Item cum illo *Conscientia mille testes*. Et Horatius felix esse iudicat

370

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

[H]

CELEI SVPELLEX

3941

Vilem et rusticanam suppellectilem *Celei* fuisse dictam indicat Maro *Georgicorum* libro primo:|

LB II 71 *Virgea praeterea Celei vilisque supellex.*

376 Item Ouidius libro *Fastorum* quarto:

*Sors sua cuique loco est: qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur, hic Celei rura fuere senis.
Ille domum glandes excussaue mora rubetis
380 Portat et arsuris arida ligna focis.
Filia parua duas redigebat monte capellas
Et tener in cunis filius aeger erat.*

Celeus rex erat Eleusine, pater Triptolemi, cui Ceres, quod esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturae rationem. Verba Plauti sunt haec:

385 *Quasi supellex Celionis; palus palo proximus est.*

Mirum est autem a Plauto primam syllabam in ‘Celione’ produci, quum ab aliis corripiatur. Nam ‘Celionem’ pro ‘Celio’ dictum nihil est noui: sic et ‘scorpionem’ dicimus et ‘scorpionem’.

[H]

AMPVLLACEA

3942

390 Plautus in *Menaechmis* videtur *ampullaceam* vocare mulierem magnifice cultam. Carmen sic fertur:

*Quando te auratam et vestitam bene habet, ampula spem,
Recte perhibent, melius sanam est, mulier, mentem sumere.*

395 'Ampula spem' certum est deprauatas esse voces. Quidam reponunt *ampullosam*, verum hanc dictionem trochaici carminis ratio non patitur. 'Ampullaceam' et metro congruit et sensui. Plinius libro xv., capite xv. inter genera pyrorum commemorat *ampullacea*. Qui tamen locus haud scio an mendo vacet. Verba Plinii sic habent: *Ab odore myrrhaphia, laurea, nardina, a tempore hordearia, a collo ampullacea et corirolana.*

392 ampula H: ampla I.

3939

356 Plaut. *Most.* 226. Er.' explanation is incorrect (see below). It is inspired by Giambattista Pio's note ad loc., who interprets the expression as "occupare occasionem, quae sincipiti et fronte capillata fingitur."

357-358 *illo deo... caluo* See *Adag.* 670 (Nosce tempus).

358-359 *qui crinibus... abire* See *Adag.* 3884 (Capillis trahere).

360 Plaut. *Most.* 224 ff. (sat acceptum: *acceptum* v.l. et ed. Mediol. 1500; victum: *unicum* ed. Mediol. 1500; 362 *capiundas: capiendos* v.l. et ed. Mediol. 1500; *crinis: crines* codd. et ed. Mediol. 1500; 363 *homini; solet: sole* v.l. et ed. Mediol. 1500). The modern interpretation of the last lines differs considerably from that supported by Er. As regards the expression "capiundas crinis": by these words the servant urges her mistress, a courtesan, to 'adopt the plaits', that is, to arrange her hair in tresses, as decent ladies do: in short, to get married. See J. Collart's commentary (Paris, 1970) ad loc.

3940

365 *prouerbiium Adag.* 501.

365-366 Plaut. *Most.* 544.

369 *Hebraeorum dicto Prv.* 15, 5.

370 *Consuetudine mille testes* See *Adag.* 991.

Hor. *Epist.* I, 1, 61.

3941 Er.' starting-point is Plautus, *Men.* 404. He has taken the passages of Vergil and Ovid from Giambattista Pio's note ad loc.,

adopting thereby Pio's erroneous interpretation.

373 Verg. *Georg.* I, 165.

376 Ov. *Fast.* IV, 507 ff. (377 Fors: *Sors* v.l. et Pio; quod: *qui* Pio; Cerialis Eleusin: *cerealis eleusis* Pio; 378 hoc: *hic* Pio).

384 Plaut. *Men.* 404 (385 *pellionis: cellionis* ed. Mediol. 1500, *celionis* Pio).

386-388 *Mirum est* etc. One may note that Er.' (and Pio's) reading *Celionis* in Plautus' line is corrupt.

3942

390 Plaut. *Men.* 801. Er.' suggestion to read *ampullaceam* (instead of the corrupt "ampula spem", ed. Mediol. 1500) is unacceptable in the light of Mss. evidence.

392 *Men.* 801 f. (ancillas, penum: *ampula spem* ed. Mediol. 1500; 393 praehibet: *perhibent* v.l. et ed. Mediol. 1500).

394 *Quidam reponunt ampullosam* It is Giambattista Pio who defends the reading "ampulosam": "in priscis exemplaribus lectio adhuc remanet incorrupta. Est enim ibi scriptum 'ampulosam' pro eo quod est 'tumidam', 'ventosam'." For his Plautus commentary see *ASD* II, 6, p. 367, n.ll. 429-430.

395-397 '*Ampullaceam*'... *ampullacea* Er. owes this suggestion to Pio, who refers to the same passage in Pliny.

396 Plin. *Nat.* XV, 55.

397 Plin. loc. cit. (398 *myrappia; nardina, tempore hordearia; collo: a collo* v.l.).

400 [H] CYATHO NON EMAM 3943

Non absque specie prouerbii miles apud Plautum in Poenulo dixit:

Proh nebulae, cuius ego cyatho septem noctes non emam.

Loquitur de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa, et ‘cyathum’ dixit pro ‘minimo precio’ miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum,
405 crater amplius.

[H] REX SVM 3944

Quemadmodum olim insignem felicitatem significantes dicebant: *Deus sum* aut: *In coelo sum*, ita Plautus in Poenulo dicit:

Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem allexero.

410 Verba sunt Lyci lenonis sperantis se diuitem fore, si quendam bene nummatum ad se pertraxisset.

[H] CRIBRO CREBRIVS 3945

Scite dictum est Plauto nec sine prouerbii schemate *cribro crebrius* pro eo quod erat ‘plurimis locis’ ac ‘passim’:

415 *Villam integundam intelligo totam mihi,
Nam nunc pellucet ea quam cribrum crebrius.*

Vulgus de futili ac loquaci dicit: *Tam solidus est quam cribrum.*

[H] ET OPERAM ET RETIAM PERDERE 3946

Plautus in Rudentibus:

420 *Iam nunc et operam ludos facit et retiam.*

Id quidem citra tropum dictum est a sene, qui Grippum seruum piscatum miserat, quum esset noctu orta tempestas grauissima. Venustius erit, si tropo adhibito dicatur in captatorem cui non successit aucupium. Porro ‘retiam’ Plautus antique dixit pro ‘rete’. Affine est illi quod alibi retulimus, *Oleum et operam perdidit* et
425 *Opera et impensa periit.*

[H] VIRTUTE DVCE, COMITE FORTVNA 3947

M. Tullius Epistolarum familiarium libro decimo ad Plancum: *Omnia summa consequutus es virtute duce, comite fortuna.* Hoc adeo grauitur commodeque dictum est vt a quibusdam publicitus symboli vice sit vsurpatum. Virtus eligit quod

430 est optimum. Quod si non succedit, tamen in rebus praeclaris, vt in magnis, etiam voluisse pulchrum est. Sin succedit, prima laus debetur virtuti tanquam egregii facinoris duci, proxima fortunae, quae virtuti subseruierit.

[H]

CROESI PECVNIAE TERVNCIVM ADDERE

3948

435
LB II72

M. Tullius libro De finibus quarto: *Itaque in quibus propter earum exiguitatem observatio consequitur, saepe accidit vt nihil interesse nostra fateamur, sint illa necne sint, | vt in sole, quod a te dicebatur, lucernam adhibere nihil interest, aut teruncium addere Croesi pecuniae.* Teruncii nummi a tribus vnciis dicti vilitas prouerbio locum fecit. Croesus Lydorum rex inter prodigiose diuites celebratur.

[H]

BARBATI

3949

440 Apparet apud Romanos prouerbiali ioco *barbatus* dici consuesse homines priscis ac simplicibus moribus rusticanaeque veritatis, quod illis sero receptum sit barbam radere aut tonderi. Siquidem autore Plinio P. Ticinius Mena primus e Sicilia tonsorem induxit anno ab Vrbe condita quadringentesimo quinquagesimo quarto, quum hactenus fuissent intonsi. M. Tullius libro De finibus quarto: *Hoc*

441 illis scripsi: illic H I.

3943

401-404 miles etc. Not a soldier, but Milphio is speaking; Er. has been misled by the abbreviation "MIL.". Plaut. *Poen.* 274 (Quoius ego nebulai: *Proh nebulae cuius ego* ed. Mediol. 1500).

3944 Otto 1533.

407 *Deus sum* Ter. *Hec.* 843; Plaut. *Curc.* 167. See *Adag.* 499 (Deum esse, deum facere). Otto 511, 5.

408 *In coelo sum* See *Adag.* 500 (In coelo esse); Otto 288.

Plaut. *Poen.* 671.

3945 Otto 465.

413 Plaut. *Rud.* 102.415 *Rud.* 101 f. (416 perlucet).

417 *Vulgus* etc. The reference is to the Dutch expression "Zoo digt als eene zeeff"; quoted from Reyer Gheurtz, *Adagia ofte Spreekwoorden*, p. 35, by Harrebomée, II, p. 495; Suringar 46.

3946

419 Plaut. *Rud.* 900 (420 Nam: iam ed. Mediol. 1500).

424 *alibi* *Adag.* 362 (Oleum et operam perdidit).

3947

427 Cic. *Fam.* X, 3, 2.

429 *quibusdam* The reference is to Sebastian Gryphius, printer at Lyon, who published and republished the *Adagia* and other works of Er. from 1528 onwards. He used "virtute dvce / comite fortuna" as his printer's device; see H.L. and J. Baudrier, *Bibliographie lyonnaise*, VIII, Lyon-Paris, 1910, pp. 18 and 43-45.

430-431 *in magnis... est* Prop. II, 10, 6, quoted in *Adag.* 1755 (In magnis et voluisse sat est).

3948 Otto 468.

434 Cic. *Fin.* IV, 12, 29 (eorum Paulus Manutius: *earum* codd.; 435 obscuratio; 437 adicere).

437-438 *Teruncii... fecit* See *Adag.* 709 (Ne teruncium quidem insumpsit).

438 *Croesus* etc. See *Adag.* 574 (Croeso, Crasso ditior).

3949

440 Cic. *Fin.* IV, 23, 62.442 Plin. *Nat.* VII, 211.

444 Cic. *Fin.* IV, 23, 62 f. (446 crediderint: *crediderunt* v.l.; etiam [et v.l.] bene valeret, bene; 447 copiosus; 448 Alcmaeo).

445 *vero te ferre non potuisse, quod antiqui illi quasi barbati, ut nos de nostris solemus dicere, crediderunt, eius qui honeste viueret, si idem et bene valeret et bene audiret copiosusque esset, optabiliorem fore vitam melioremque et magis expetendam quam illius qui aequae vir bonus multis modis esset, ut Ennii Alcmaeon, 'circumuentus morbo, exilio atque inopia'. Illi igitur antiqui non tam acute optabiliorem illam*
 450 *vitam putant praestantior, beatior, Stoici autem et caetera. Eo spectat illud Iuuenalis: Facile est barbato imponere regi.*

[H]

VESTIGIVM PONERE

3950

Vestigium ponere pro 'attingere' dixit M. Tullius libro De finibus quinto: *Quantum id quidem infinitum est in hac vrbe; quacunque enim ingredimur, in aliquam*
 455 *historiam vestigium ponimus.* Refertur quiddam perquam facetum cuiusdam, Stratonici, ni fallor, qui in oppido quodam summis pedibus ingrediebatur, circumspiciens interim. Rogantibus quid ageret respondit se timere ne quem calcaret praeconem, innuens illic esse praeconum immodicam turbam. M. Tullius eiusdem operis libro quinto: *Quid enim? Sapientia pedem vbi poneret non habebat*
 460 *sublatis officiis omnibus.* Scio mihi alibi factam mentionem prouerbii *Pedem vbi ponat non habet*, verum hic locus tum non occurrebat, indignus qui praetermitteretur, eo quod ostendit elegantem vsum huius metaphora in rebus animi. Sentit enim nullum esse locum sapientiae, si tollatur officiorum delectus.

[H]

PRISCIS CREDENDVM

3951

465 M. Tullius in libello De vniuersitate *Credendum* inquit *nimirum est veteribus et priscis, ut aiunt, viris, qui se progeniem deorum esse dicebant.* Incertum vtrum Cicero sentiat eam sententiam fuisse vulgo decantatam an notet vocem 'prisci', qua declaramus homines extremae antiquitatis, quorum origo, quoniam posteris erat incognita, fere referebatur ad deos.

470 [H]

OMNES INTVS

3952

Theocritus in Syracusanis:

'Κάλλιστ' ἔνδοι πᾶσαι', ὁ τὰν νυδὸν εἶπ' ἀποκλάξας, id est
'Optime habet, cunctae sunt intus', fertur ut olim
Inclusa sponsa sponsus dixisse.

475 Scholiastes admonet esse prouerbium, e tali casu natum, ut coniicio: sponsus quidam pertesus sponsam exclusit aedibus quumque illa pulsaret fores cupiens recipi, sponsus respondit: "Ἐνδοι πᾶσαι", id est *Omnes sunt intus.* Forte, quum sponsa ex more duceretur ad aedes sponsi, ille oclusis foribus ita loquutus est. Accommodari potest ad vsum magis serium, veluti si ambienti in amicorum
 480 numerum recipi qui sit indignus amicitia respondeatur: 'Πᾶσαι ἔνδοι' aut, quod

485 vero propius est, quum significabimus omnia esse in tuto. Siquidem ἀποκλείω non solum sonat *excludo*, verum etiam *includo* quod semotum in tuto esse volumus, vnde ἀπόκλεισμα pro *custodia*. Itaque fieri potest vt sponsus sponsa in thalamum reclusa caeteras submouerit dicens: *Omnes intus*. Sponso vna sufficit, caeteras vt superuacaneas exclusit. Κλάξ Siculis dicitur *clauis*; inde ἀποκλάζω pro ἀποκλείω.

[H]

ESVRIENTI NE OCCVRRAS

3953

In eodem idyllio prouerbiū faciem habet et illud in fine: Gorgo hortans ad reditum, quod maritus esset iracundus, adiicit:

LB 1173 Πεινῶντι γε μηδέποτ' ἐνθης, | id est
491 Absit vt vnquam occurreris esurienti.

Fames enim exasperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquentem rogat quam pridem edisset. Apud eundem est *Fames et mora bilem in narem conciunt*.

495

[H]

OPVS AD OPVS

3954

Addam et illud ex eodem: ἔργον ἐπ' ἔργῳ, quo nullum operae finem significamus. Verba sunt mulieris de marito conquerentis, quod emisset lanam sordidam ac rudem, in qua plurimum esset operis sibi. Ita Maro de vite colenda: *Cui nunquam exhausti satis est*.

451 Iuv. 4, 103.

3950

453 Cic. *Fin.* V, 2, 5 (454 aliqua historia: *aliquam historiam* v.l.).455-458 *Refertur... turbam* Athen. VIII, 349 b.Er. recounts the same anecdote more fully in *Aprophth.* VI, Stratonicus 40, LB IV, 311 C.458 Cic. *Fin.* IV (!), 25, 69 (459 Quod enim sapientia).460 *alibi Adag.* 407 (Pedem vbi ponat non habet).

3951

465 Cic. *Tim.* II, 38.466-469 *Incertum* etc. It is not clear indeed what *vt aiunt* refers to. A comparison with Cicero's source, namely Plat. *Tim.* 40 d Πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, does not help to decide the matter.

3952

471 Theocr. 15, 77 (472 ἀποκλάξας).

475 Schol. ad loc., p. 312 Wendel.

483 ἀπόκλεισμα pro *custodia* Hesych. ἀπόκλεισμα 6387 Latte: φυλακή.485 Κλάξ... *clauis* Theocr. 15, 33 and the scholium ad loc.

ἀποκλάζω Theocritus uses this verb in 15, 43.

3953

488 Theocr. 15, 148.

490 Theocr. 15, 148 (πεινῶντι δὲ; μηδὲ ποτένθης Casaubon: μηδέποτ' ἐνθης v.l.; πεινῶντι γε μηδὲ ποτ' ἐνθης ed. 1516).

492 Plaut. *Stich.* 318.493-494 *Fames* etc. Er. quotes by heart from a humanist supplement to the *Amphitruo*. See *Adag.* 1760 (*Fames et mora bilem in nasum conciunt*), ASD II, 4, p. 186, ll. 807 f. and the note.

3954

496 Theocr. 15, 20.

498 Verg. *Georg.* II, 398.

500 [H] TREDECIM CVBITORVM 3955

Homines insigniter procero corpore et hisce temporibus populari ioco taxantur vt ignaui et inutiles, quod vt alia pleraque manasse videtur ab antiquitate. Sic enim in eodem carmine Praxinoa de marito loquitur: ἀνήρ τρισκαιδεκάπηγος, id est *vir tredecim cubitorum*, hyperbolicos significans ‘enormiter procerum’, quum esset tam insulsus vt e mercatu pro nitro salem attulerit. De *caliga Maximini* nobis 505 alias dictum est. Prisci praelongos homines ridiculi gratia *longuriones* appellabant. Varro in Tripalo apud Nonium: *Ego nihil narro: adeo haec ita curat qui ante me est nescio qui longurio.*

[H] VOLAM PEDIS OSTENDERE 3956

510 Τὸ κοῖλον τοῦ ποδὸς δεῖξαι, id est *cauum* siue *volam pedis ostendere*, dicuntur qui in bello fugiunt, quod apud historicos frequentissime dicitur *vertere terga*. Prouer-
bium refertur ab Hesychio. Dicitur et hodie vulgo in fugaces *calcaneum ostendere*.

[H] FACTVM TRANSACTVM 3957

515 Apud iurisprudentes solennia sunt haec: *factum transactum*, quoties sentiunt nihil praetermissum quod ad negotii tractationem pertinet. M. Tullius In Catilinam inuectiua tertia: *Atque illud quod faciendum primum fuit factum atque transactum est.* Est alicubi et apud Terentium aliosque complures melioris notae scriptores.

[H] MAEANDRI 3958

520 Quum res agitur non simpliciter, sed vaftris et obliquis consiliis, *maeandros* dici-
mus. Metaphora sumpta a fluuio Maeandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur, vnde et nomen habere videtur, quasi oberret quaerens hominum consortia. M. Tullius In Pisonem: *Quos tu maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quae diuerticula flexionesque quaesisti?* Vtitur et Prudentius in hymno quod alibi nobis citatum est in prouerbio *Labyrintho*. Fluuius est Lydiam flexuosis recursibus per-
525 fundens, de quo Plinius libro v, capite xxix.: *Maeander, ortus e lacu in monte Aulocrene plurimisque affusus oppidis et repletus fluminibus crebris, ita sinuosus flexi-
bus vt saepe credatur reuerti, Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumeneticam ac dein Bargylioticos campos, postremo Cariam, placidus omneisque eos agros
530 picturae genus maeander, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydem addi solet. Vnde Maro Aeneidos libro quinto:*

*Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.*

[H]

MASCVLVM

3959

535 *Masculus* apud veteres non semper significat sexum, sed interdum quicquid vegetum, solidum ac robustum est *masculum* dicitur. Exemplum Nonius Marcellus citat ex Varronis fabula cui titulus "Ὀνος λύρας: *Vincor non esse masculum ad rem*. Grammatici putant ab Horatio *marem vitellum* dictum 'solidum ac firmum'. De ouis oblongis ita loquitur in Sermonibus:

540 *Namque marem cohibent callosa vitellum.*

Virgilius quoque *mascula* tura dicit alba et meliora.

Lepidius erit, si ad incorporea transferatur, veluti quum excelsum fortemque animum masculum appellamus.

3955

501-502 *Homines... inutiles* The reference is to the Dutch expression "een elfrib" (a fellow with eleven ribs); Sartorius, *Adag.* 3060, quoted by Suringar 226. See also *Woordenboek der Nederlandsche taal*, III, 3, 4072. For the proverbial stupidity of tall men see *Adag.* 2358 (Amens longus).

503 Theocr. 15, 17 (τρισκαιδεκάπαχυν Brunck: τρισκαιδεκάπηχυν codd.).

506 *alias Adag.* 21 (Caliga Maximini).

507 Varro, *Men.* 562 Buecheler, quoted by Non. p. 191 Lindsay "Varro Triphallo...: 'Ego nihil Varro video (Lambecius: ideo codd.): ita hic obscurat (Lambecius: *curat* codd.) qui ante me est, nescio qui longurio.'" 3956

510 Hesych. κοῖλον τοῦ ποδὸς δεῖξαι 3240 Latte: ἐπὶ τῶν εἰς φυγὴν τρεπομένων.

511 *vertere terga* E.g. Caes. *Gall.* I, 53, 1; IV, 37, 4; VII, 88, 3; Liv. I, 14, 10; 27, 10; VI, 13, 3; XXII, 47, 3; Curt. IV, 16, 6; IX, 8, 19.

512 Hesych. loc. cit.

hodie The reference is to the Dutch expression "sijn hielen laten sien" (to show one's heels); Sartorius, *Adag.* 3061, quoted by Suringar 241.

3957 Taken from Alciato, *De verb. sign.* IV, p. 80. Otto 629.

515 Cic. *Catil.* 3, 6, 15.

517 Ter. *Andr.* 248.

3958 Otto 1005 and *Nachträge zu Otto*,

p. 25.

519 *maeandros* Cic. *Pis.* 22, 53.

520 *Metaphora... Maeandro* See *Adag.* 1951 (Labyrinthus), *ASD* II, 4, p. 310, l. 645 and the note.

520 *sinuosus ac flexuosus* Perhaps after Serv. *Comm. Aen.* V, 251 "Maeandro duplici flexuoso. Et dicit: erat in chlamyde flexuosa... in modum Maeandri... qui sinuosissimus est."

521 *quasi... consortia* According to Er. the name Μαίανδρος derives from μάλομαι (search, pursue) and ἄνδρας.

522 Cic. *Pis.* 22, 53.

523 Prud. *Cath.* 6, 141 ff., quoted in *Adag.* 1951.

525 Plin. *Nat.* V, 113 (526 adfusus; 528 deinde: *dein* v.l.; Hyrgaleticos: bargyleticos v.l.).

529-531 *Est et... solet* After Non. p. 203 Lindsay "Maeander est picturae genus, adsimili opere labyrinthorum, claviculis inligatum." *flexuosus ambagibus implexum* is an addition by Er. - *solet* For this use of the present, where one would expect the past tense, see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.

531 Verg. *Aen.* V, 250 f., also quoted by Non. p. 204.

3959

536 Non. p. 205 Lindsay.

537 Varro, *Men.* 367 Cèbe IX.

538 *Grammatici* Acron on Hor. *Serm.* II, 4, 14.

539 Hor. *Serm.* II, 4, 14.

541 Verg. *Ecl.* 8, 66.

[H] INTRA LABIA RISIT 3960

545 De *risu Sardonio* nobis alias dictum est. Similem describit Theocritus in Thalysia:|

LB 1174 Καὶ μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρώς
 "Ομματι μειδίωοντι, γέλως δέ οἱ εἶχετο χεῖλους, id est
Et me est affatus diducto leniter ore,
 550 *Arridenti oculo, risus vero labium intra*
Haesit.

Homerus risum Sardonium dixit amarulentum. Hic describit risum modestum et amicum, qui, si erumpat, cachinus fit indecorus.

[H] PINGVI MENSURA 3961

555 Πίονι μέτρῳ, id est *pingui mensura* dixit in eodem carmine pro eo quod erat 'affatim et largiter':

Μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
 Ἄ δαίμων εὐκρίθον ἀνεπλήρωσεν ἀλώαν, id est
Illis fortunante deo bona copia frugum
 560 *Arearum campos mensura impleuit opima.*

Simillimum est illi quod ante diximus, *Plena manu et Ambabus manibus.*

[H] FATO METELLI 3962

Asconius Pedianus in oratione Pro Milone refert Neuii poetae senarium iactatum in familiam Metellorum, quod consules designarentur arbitrio Fortunae, quae
 565 campi domina dicitur, verius quam suis meritis:

Fato Metelli Romae fiunt consules.

Ad id tum Metellus consul iratus respondit senario hypercatalectico, quem ait et Saturnium appellari:

Dabunt malum Metelli Naeuio poetae.

570 Ad id tecte allusit M. Tullius, quum ait: *Te non fato, ut caeteros ex nostra familia.*

Dictum facete et contumeliose in Metellos torqueri poterit in eos qui praeter meritum suum ad opes ac dignitates prouehuntur.

[H] NON HABET CUI INDORMIAT 3963

Theocritus in Hodoeporis:

575 Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρα τῷ δεσπότη ἦς τοι ἐνεῦδεν, id est

*Eumarae siquidem domino nec vellus erat cui
Indormiret.*

Hoc colore Lacon pastor designat extremam caprarum cuiusdam inopiam, cui nec
pellis esset hircina in qua somnum caperet. Solent enim veteres in animantium
580 tergoribus et discumbere et dormire. Apud Homerum proci in bubulis tergoribus
agitant conuiuia. Et hodie dicimus: *Non habet lectum* aut *Non habet stramenta*
quibus indormiat.

[H]

ASINVS ASINO ET SVS SVI PVLCHER

3964

585 Ὅνος ὄνω κάλλιστον, id est *Asinus asino pulcherrimus*, simile simili placet. Alci-
mus apud Diogenem Laertium inter multa quae collegit ex Platonis philosophi et
Epicharmi comici scriptis, quibus persuadere conatur philosophum a comicis
multa fuisse suffuratum, et hos fert senarios:

Θαυμαστὸν οὐδὲν ἐστὶ με ταῦθ' οὕτω λέγειν
Καὶ ἀνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
590 Καλῶς πεφυκέναι· καὶ γὰρ ἡ κύων κυνί
Κάλλιστον εἶμεν φαίνεται καὶ βοῦς βοῖ,
Ὅνος τ' ὄνω κάλλιστον, ὅς δὲ τῶ σὺί, id est
Res mira non est, ista si sic proloquor
Ipsique nobis si placemus inuicem
595 *Pulchreque nati si videmur, nam et cani*
Pulcherrimus canis videtur, bos boui,
Asinus asello pulcher est et sus sui.

3960

545 *alias Adag.* 2401 (Risus Sardonius).

Theocr. 7, 19 f.

552 Hom. *Od.* XX, 301 f.; see *Adag.* 2401, *ASD*
II, 5, p. 292, ll. 95–106.

3961

555 Theocr. 7, 33.

559 *deo* One would expect the form 'dea', since
the goddess Demeter is meant.561 *ante Adag.* 1016 (Plena manu) and 816
(Ambabus manibus haurire).

3962

563 Ps. Ascon. on Cic. *Verr.* (!) I, 10, 29 Stangl,
p. 215. Naevius, p. 254 Marmorale.564–565 *Fortunae... dicitur* See *Adag.* 3919
(Fors domina campi).566–570 *Fato... familia* After Ps. Ascon. loc.
cit. (570 vestra).

3963

574 Theocr. 5, 10 (575 δεσπότης; ἐνεύδειν).

579 *Solent* For this use of the present instead of
the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.580 Hom. *Od.* III, 38.581–582 *Et hodie* etc. Er. refers to vernacular
expressions. Not attested in Dutch and Ger-
man dictionaries. Cf. Suringar 147.

3964

584 Diog. Laert. III, 16.

simile simili placet See *Adag.* 121 (Simile gau-
det simili).584–585 Alcimus, fr. 6 *FGrHist* III B, p. 573,
quoted by Diog. Laert. III, 16.587 *hos senarios* Epicharmus, fr. 173 Kaibel, pp.
123 f., quoted by Diog. Laert. III, 16 (588ἀμέ: ἐστι μὲ ed. princ., Basileae 1533; 590
πεφύκειν Ahrens; πεφυκέναι codd.; ἡ κύων;
592 δ' ὄνω; δὲ θῆν ὅτι). Er. has used the same
passage in *Adag.* 121, *ASD* II, 1, p. 240, ll.
660 ff.

Conueniet, vbi inter inhonestos similitudo morum et instituti conciliat beneuolentiam, veluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistae.

Mirum est ab Epicharmo praeteritam simiam, quum nullum animal sibi placeat impensius.

[H]

PEDICVLI PLATONIS

3965

Oί Πλάτωνος φθειρες, id est *Platonis pediculi*, in prouerbium abierunt, vt referente Laertio in vita huius philosophi testatur Myronianus in opere cui titulum fecit De similibus, hinc coniectans hoc morbo periisse Platonem, quod vulgo pediculi Platonis appellarentur. Graeci φθειρίασιν appellant. Morbus est foedus et cruciabilis, quo periit et L. Sylla, tametsi de genere mortis variae sunt scriptorum opiniones.

Myronianus nullum indicat vsum prouerbii. Susplicari tamen licet dictum in sordidos, quod philosophi minimum indulgeant nitoribus externis, dum circa mentis cultum toti sunt occupati.]

LB 1175

[H]

VATES SECVM AVFERAT OMEN

3966

In eos qui nobis dira minitantur aut acerba praenuntiant conueniet illud Theocriticum in Bucoliasticis:

Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ Τήλεμος ἔχθρ' ἀγορεύων
 Ἐχθρὰ φέροι ποττ' οἶκον, ὅπως τεκέεσσι φυλάξῃ, id est
Telemus at vates, mihi qui canit omnia dira,
Dira domum referat, quo natis illa reseruet.

Iurarat Cyclops per vnicum oculum suum, qui videret omnia semperque visurus esset. At Telemus vates illi praedixerat fore vt ab Vlysse exocularetur. Hoc omen Cyclops reiicit in vatem et illius liberos. Ita Vergilius: *Quod dii prius omen in ipsum / Conuertant!* et rursus: *Dii capiti ipsius generique reseruent!* Itidem Homerus Iliados Δ:

Σὺν σφῆσιν κεφαλῆσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι.

Simile illi Platonico *In tuum ipsius caput!*

[H]

IN VLTIMAS TERRAS

3967

Ἐπ' ἔσχατα γῆς, id est *ad extrema terrae*, quum locum vehementer semotum intelligi volumus. Theocritus in Syracusiis:

Ταῦτ' ὁ πάραρος τῆνος· ἐπ' ἔσχατα γῆς ἔλαβ' ἐνθῶν
 Ἰλεόν, οὐκ οἴκησιν, id est

*Huc veniens meus ille insulsus ad vltima terrae
Antrum, non aedes, posuit.*

- 635 Vxor incusat maritum quod in loco nimium semoto domicilium sibi pararit et
cauum verius quam domicilium. Est frequens apud Ciceronem *in vltimas terras*,
velut actione in Verrem sexta: *Quem ad modum accepturas hoc nationes caeteras,*
quem ad modum huius tui facti famam in regna aliorum atque in vltimas terras
640 *peruenturam putasti?* Idem Pro P. Sylla: *Iam vero illud quam incredibile, quam*
absurdum, qui Romae caedem facere, qui hanc urbem inflammare vellet, eum fami-
liarissimum suum dimittere ab se, emandare in vltimas terras? Item Philippica xiii.:
Saxam vero Decidium praeterire qui possum, hominem deductum ex vltimis genti-
bus? Rursus ad P. Lentulum Epistolarum familiarium libro primo: *Recordare*
enim quibus ex vltimis terris miseris nec hoc pertimueris. Idem libro xv. ad M. Mar-
- 645 Hieronymum frequens est *Monstrum in vltimas terras deportandum.* Plautus in
Mustellaria:

*Sed etiam in terras solas orasque vltimas
Sum circumuectus.*

[H]

TALIA GIGNIT BELLVM

3968

- 650 Senarium hunc M. Tullius Epistolarum ad Qu. fratrem libro ii. ceu vulgo iacta-
tum adducit:

- 603-612 *Pediculi... occupati H I: Pediculi* Platonis. Mironianus in similibus apud Diogenem Laertium meminit proverbi de pediculis Platonis, quasi hoc morbi genere sit extinctus. Tantum ille, nec amplius quicquam addit de origine vsuque proverbi *FG [3519]*.
- 598-600 *Conueniet... sophistae* See also *Adag.* 115 (Suum cuique pulchrum), 120 (Aequalis aequalem delectat) and 162 (Cascus cascam ducit).
- 3965
- 604 Diog. Laert. III, 40.
- 605 Myronianus, fr. 2 *FHG* IV, p. 454, quoted by Diog. Laert. III, 40.
- 607 *Graeci φθειρίαισιν appellant* Plut. *Sul.* 36, 6.
- 607-608 *Morbus... Sylla* Plut. *Sul.* 36, 3-4.
- 608-609 *de genere... opiniones* Cic. *Fam.* XV, 17, 2 "alii a latronibus, alii cruditate dicebant."
- 610 *Myronianus* See Diog. Laert. loc. cit.
- 3966
- 614-617 Theocr. 6, 23 f. (616 ἔχθρ'; 617 ποτὶ; φυλάσσοι: φυλάξῃ v.l., φυλάξῃ ed. 1516).
- 620-621 *Iurarat... esset* Theocr. 6, 22-23.
- 621-622 *Telemus... liberos* After the scholia ad loc., p. 197 Wendel.
- 622 Verg. *Aen.* II, 190 f. and VIII, 484 (623 Di).
- 623-625 Hom. *Il.* IV, 162.
- 626 Plat. *Euthyd.* 283 e, quoted in *Adag.* 3588 (In tuum ipsius caput).
- 3967
- 628 Theocr. 15, 8 (630 Τᾶσθ'; γᾶς).
- 636 Cic. *Verr.* 2, IV, 30, 68 (hoc accepturas nationes exteras).
- 638 *Sul.* 20, 57 (640 et amandare [mandare v.l.]).
- 640 *Phil.* 13, 13, 27.
- 642 *Fam.* I, 9, 19 (643 quibus laudationem ex).
- 643 *Fam.* XV, 9, 1.
- 645 Hier. *Contra Vigilantium* 8, Migne *PL* 23, 347 "O portentum in terras ultimas deportandum!"
- Plaut. *Most.* 995 f.
- 3968
- 650 *Senarium hunc* Eur. *Suppl.* 119, quoted by Cic. *Ad Q. fr.* II, 13, 5.

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, id est
Similia bellum calamitosum perficit,

655 sentiens e dissidiis eorum qui rempublicam administrant multa gigni absurda.
 Verba Ciceronis sic habent: *Summum ocium forense, sed senescentis magis ciuitatis
 quam acquiescentis. Sententia autem mea in senatu eiusmodi magis vt alii nobis
 assentiantur quam nosmetipsi.* 'Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.'

Id translatum ad priuatam discordiam plusculum habebit gratiae.

[H]

VERA FRONTE

3969

660 Quae ex animo citraque fucum dicuntur gerunturue *vera fronte* fieri dicuntur. M.
 Tullius Pro C. Rabirio: *At si verum tum verissima fronte dixerunt, nunc mentiuntur;
 si tunc mentiti sunt, doceant nos verum.* Contra, dicemus 'mendaci fronte'
 fieri quod geritur per simulationem, quemadmodum M. Tullius Ad Qu. fratrem,
 si non fallit titulus, ait: *Frons, oculi, vultus persaepe mentiuntur, oratio vero saepis-*
 665 *sime.* Frons et oculi maxime declarant animi affectum, nam verba fingere non est
 difficile, sed, vt ait Ouidius, perdifficile est *crimen non prodere vultu.* Et apud
 Maronem Dido

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

LB 1176 Terentius in Sene seipsum excruciante: 'Vah, etiam vultus fingit carnifex', et in
 671 Phormione Geta componit | vultum Antiphonis in congressum patris, quem
 tamen retinere non potuit.

[H]

PORCVS TROIANVS

3970

675 Gulae veteres architecti et hoc commenti sunt, vt bos aut camelus totus appone-
 retur, differtus intus variis animantium generibus. Hinc et *porcus Troianus* venit
 in populi fabulam. Cui hoc nomen inditum est, quod ita varias animantium spe-
 cies vtero tegeter quemadmodum durius equus texit armatos viros. Macrobius
 libro Saturnalium iii. refert Cincium in oratione qua suasit legem Fanniam de
 moderandis sumptibus, obiecisse suo seculo quod porcum Troianum mensis
 inferrent.

680 Mihi si detur optio, malim porcum Troianum quam equum.
 Conueniet in opipara conuiuia aut in hominem variis deliciis expletum.

[H]

PILVS IN MEDIO

3971

Minimum discriminis significantes dicimus *pilum interesse.* Id vehementius est
 quam si dicas *culmum latum.* Theocritus in Thyonicho:

685 Λασῶ δὲ μανείς ποκα, θριξ ἀνὰ μέσσον, id est
At me imprudentem capiet vesania tandem,

Vix pilus in medio est.

Verba sunt amantis ac metuentis ne tandem amor exeat in insaniam, a qua tam parum absit vt vix pilus sit in medio. Consimili tropo Plautus dixit in Mustellaria:

*Pluma haud interest patronus an cliens probior siet,
Homini cui nulla in pectore est audacia.*

'Non interest pluma' dixit pro 'Nihil omnino refert'. Asinius Pollio M. Ciceroni: *Nullum enim vestigium abste discessurus sum.*

695 [H]

MVSOPATAGOS

3972

Μουσοπάταγος dicitur qui percitus est et attonitus furore Musarum. Ita Maro in Georgicis: *Quarum percussus amore / Sacra fero.* Transfertur ad eos qui sua poemata sic amant quemadmodum parentes liberos. M. Tullius Ad Qu. fratrem libro ii.: *Non me hercle quisquam μουσοπάταγος libentius sua recentia poemata legit quam ego te audio.* Horatius: *Versus amat, hoc studet vnum.*

[H]

VT PHRYGIVS AMAVIT PIERIAM

3973

Plutarchus in libro *Περὶ γυναικῶν ἀρετῶν* ostendit ad suam vsque aetatem durasse consuetudinem vt vxores optarent sic amari a viris ὡς Φρύγιος ἠράσθη

662 si tunc H: si nunc I.

655 Cic. loc. cit. (656 autem nostra).

3969

661 Cic. *Rab. Post.* 12, 35 (tunc).663 *Ad Q. fr.* I, 1, 15.665 *Frons... affectum* See *Adag.* 1304 (Ex fronte perspicere).666 *Ov. Met.* II, 447 (Heu quam difficile est).667 Verg. *Aen.* I, 209. Not Dido, but Aeneas is the subject of the line quoted. Apparently Er. also has in mind *Aen.* IV, 332 "curam sub corde premebat", said of Aeneas on the verge of replying to Dido's reproaches. Er. quotes from memory.669 Ter. *Heaut.* 887 "Voltus quoque hominum fingit scelus"; Er. quotes from memory.670 Ter. *Phorm.* 210 f.3970 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 67 (Equus Troianus); see esp. his final note.674-676 *porcus... viros* After *Macl. Sat.* III, 13, 13.676 *durius equus* For the Trojan Horse see *Adag.* 3101 (Δουρέος ἵππος).

Macl. loc. cit.

677 *Cincium* The correct form is "Titium". Seefr. 51, 3 in *Oratorum Romanorum fragmenta*, ed. H. Malcovati, Torino, 1976⁴, p. 203.

3971

683 *pilum interesse* After Theocr. 14, 9.684 *culmum latum* A phrase of Dutch origin, namely "een stroobreet" (a straw wide); Sarnorius, *Adag.* 465. Er. quotes it 'from the vernacular' in *Adag.* 406 (Latum vnguem etc.), *ASD* II, 1, p. 484, ll. 233 f. See Wesseling, *Dutch Proverbs*, p. 360.

684 Theocr. 14, 9.

689 Plaut. *Most.* 407 f.693 Cic. *Fam.* X, 31, 6.

3972

696 Cic. *Ad Q. fr.* II, 8, 1.Verg. *Georg.* II, 475 f. "Musae, / quarum sacra fero ingenti percussus (percussus v.l.) amore." Er. quotes from memory.

698 Cic. loc. cit. (699 mehercule; μουσοπάταγος: μουσοπάταγος ed. Basil. 1528).

700 Hor. *Epist.* II, 1, 120.

3973

702 Plut. *Mor.* 253 f-254 b.

Πιερίας, id est *quemadmodum Phrygius amavit Pieriam*. Id ortum est ab huius-
 705 modi historia. Ionum qui in Miletum commigrarant nonnulli seditione mota
 aduersus Nelei filios secesserunt Myuntem atque ibi sedem constituerunt, multis
 iniuriis affecti a Milesiis, qui cum illis bellum agitabant ob defectionem, verum
 nec atrociter nec excluso omni commercio, sed nonnullis diebus festis mulieres e
 Myunte Miletum itabant. Erat autem ex his qui secesserant vir quidam nomine
 710 Pythes, cuius vxor dicta est Hippygia, filia Pieria. Cum autem Mileti die festo
 sacrificaretur Dianae, quam illi Neleidam cognominant, misit eo vxorem et filiam
 id precatas, vt sibi festo liceret interesse. Ex Nelei vero filiis longe potentissimus
 erat Phrygius. Is captus amore Pieriae cogitabat qua re posset puellae quam
 maxime gratum facere. Cumque illa dixisset nihil accidere posse gratius quam si
 715 efficeret sibi liberum frequenter Miletum commeare multis virginibus comita-
 LB II 77 tam, ex his verbis Phry|gius intelligens ab illa queri pacem et amicitiam ciuibus
 suis, bellum composuit. Hinc Pieriae nomen et apud Milesios et apud Myuntios
 mire gratiosum esse coepit, adeo vt puellae quae viris nuberent ominis causa pre-
 cari soleant: ‘Vtinam sic amer a viro vt Pieriam amavit Phrygius!’

720 [H] VITA HOMINIS PEREGRINATIO 3974

Παρεπιδημία τίς ἐστὶν ὁ βίος, id est *Peregrinatio quaedam est vita*. Socrates in
 Axiocho Platonis adfert hanc sententiam vt vulgo apud omnes decantatam,
 quamquam is dialogus habetur inter nothos. Videtur esse potius hominis Chris-
 tiani qui Platonem voluerit imitari. Haec enim sententia frequenter occurrit in
 725 sacris voluminibus, vitam hanc esse exilium, esse incolatum et peregrinationem,
 quanquam et Socrates Platonius narrat animas hominum e coelo fuisse delapsas,
 quo sibi per philosophiae studium parant reditum.

[H] TOTA HVLCVS EST 3975

In eodem dialogo ad laudatam agriculturam ita respondet Socrates: ‘Ἄλλ’ οὐχ’
 730 ὄλη, ὡς φασιν, ἔλκος, ἀεὶ λύπης πρόφασιν εὕρισκόμενον;’, id est *Verum an non tota,*
quod aiunt, hulus est, semper molestiarum occasionem ex se gignens? Id quidem esse
 verum declarauit Vultei Horatianus; caeterum quicquid nobis vehementer
 molestum est hulus, vomica et carcinoma solemus appellare, quemadmodum
 de Caesare Augusto litteris proditum est quod Iulias, filiam et neptem, et Agrip-
 735 pam prius adoptatum, postea abdicatum non aliter appellare solet quam *tres*
vomicas suas ac tria carcinomata adeoque detestabatur mores illorum minime fru-
 gales vt ad omnem illorum mentionem soleat exclamare versu Homerico:

Αἰθ’ ὄφελον ἄγαμός τε μένειν ἄγονός τ’ ἀπολέσθαι, id est
O utinam celebs mansissem orbusque perissem!

740 Atque hic quoque versus inter prouerbiales merito referendus est, vsurpandus ab
 his qui infeliciter duxerunt vxores aut liberos poenitendos susceperunt.

Conueniet et in hominem molestis moribus. Theocritus in Epitaphio Adonidis acerbum dolorem ποτικάρδιον ἔλκος appellat:

745 Ἄγριον ἄγριον ἔλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνος,
Μεῖζον δ' ἅ Κυθήρεια φέρει ποτικάρδιον ἔλκος, id est
Dirum, dirum vulnus habet circa inguen Adonis,
Sed maius Cytherea gerit sub pectore vulnus.

[H]

EX COHORTE PRAETORIS

3976

750 Qui ad omnem nutum praesto sunt et cum autoritate delegantur ad hoc aut ad illud exequendum, *ex cohorte praetoris appellari* dicuntur. M. Tullius Ad Qu. fra-

735 adoptatum *I*: adpotatum *H*.

706 *Nelei* Plut.: Νελεω.

708 *atrociter* Plut.: ἀκήρυκτος (without truce).

719 *soleant* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.

3974

721 Ps. Plat. *Ax.* 365 b.

723 *quamquam*... *nothos* Diogenes Laertius (III, 62) rejects the *Axiochus* as spurious. Marsilio Ficino attributed it to Xenocrates, apparently on the strength of Diog. Laert. IV, 12. Ficino's translation (1464) remained outside his Latin edition of Plato's works, and was first printed in 1497 by Aldus Manutius. Rudolph Agricola held the dialogue to be Plato's. His translation (mentioned in *Adag.* 339 'Quid cani et balneo?') was first printed ca. 1480 at Deventer. Remarkably, it was Agricola's translation that Badius Ascensius inserted into the 1518 issue of Ficino's Latin edition of Plato. Er. initially believed the *Axiochus* to be Plato's (see *Adag.* 33 and 699), but in the present adage he argues that it was written by a Christian. According to modern scholars the dialogue was written under neo-Pythagorean influence in the first century B.C. See G. Tournoy, *Marsile Ficin, Agricola et leurs traductions de l'Axiochos*, in: F. Akkerman et al., ed., *Rodolphus Agricola Phrisius 1444-1485*, Leiden, 1988, pp. 213-216; J. Hankins, *Plato in the Italian Renaissance*, Leiden, 1991², p.

307; J. Chevalier, *Étude critique du dialogue pseudo-platonicien 'l'Axiochos' sur la mort et sur l'immortalité de l'âme*, Paris, 1915; Pseudo-Plato, *Axiochus*, ed. J.P. Hershbell, Chico, Calif., 1981. For Er.' use of Plato's works see J. Chomarat, *Mots et croyances*, Genève, 1995, pp. 96-118.

725 *sacris voluminibus* I. *Chr.* 29, 15; *Ps.* 118, 19; *Eccl.* 7, 1; *Ir.* 35, 7; *Hebr.* 11, 13.

726 Plat. *Phaedr.* 248-249.

3975

729 Ps. Plat. *Ax.* 368 c (730 ἔλον).

732 *Vultei* Horatianus See Hor. *Epist.* I, 7, 86 ff.

734-736 *de Caesare*... *carcinomata* Suet. *Aug.* 65, 2-3 and 10.

735-737 *solet, soleat* For this use of the present instead of the past tense see *Adag.* 3653, p. 99, n.l. 565.

737 Hom. *Il.* III, 40, quoted by Suet. *Aug.* 65, 10 (738 τ' ἔμεναι).

742-745 *Theocritus* etc. The author of the *Lament for Adonis* is not Theocritus, but Bion, as Camerarius first recognized. The lines quoted are 16 f. in *Bucolici Graeci*, ed. A.S.F. Gow, Oxford, 1958², p. 153.

3976

750 Cic. *Ad Q. fr.* I, 1, 12 (751 convictionibus: *convictoribus* ed. princeps [Venetiis 1470]; in Shackleton Bailey: *ex codd.*; 752 apparitionibus: *apparitoribus* ed. princ. et ed. Basil. 1528; 753 dicta omnia praestanda nobis sunt).

trem epistola prima: *Quos vero aut ex domesticis conuictoribus aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte praetoris appellari solent, horum non modo facta sed etiam dicta nobis praestanda sunt* et caetera. Ministri praetorum non egent alia excusatione quam vt dicant se quod fecerunt illorum iussu fecisse, vt iam in praetorem sit actio, non in ministros. Simile imperium in quosdam cibo officiisque sic deuinctos vt nihil ausint recusare.

[H]

LVCERNAM ACCENDERE POSSIS

3977

Vehementem iram hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonicho:

760 Κῆφατ' ἔτ'· εὐμαρέως κεν ἀπ' αὐτῆς καὶ λύχνον ἄψαις, id est
Incaluitque ira, facile accendisse lucernam
Ex ipsa vt possis.

Verba sunt amantis ac de proteruia puellae conquerentis, quae, quum in conuiuio sileret, quidam illi dixit: 'Non loqueris? Lupum vidisti?', illa ad nomen Lupi vehementer incanduit. Aderat enim adolescens nomine Lupus, quem adamabat. Irati dicuntur 'ardere'. Similis hyperbole, licet sordidior, et hodie fertur apud nos-
 765 trates ita loquentes: *Adeo exarsit ira vt ouum ad illius frontem posses decoquere.*

[H]

SEMPER ALIQVEM VIRVM MAGNVM

3978

771 Ἄλλ' αἰεὶ τινα φῶτα μέγαν. Hoc hemistichium M. Tullius vt vulgo iactatum adducit in epistola ad Qu. fratrem cuius initium Statius ad me venit: *Quod autem expectationem tui concursumque eum qui erat futurus si vna tecum decederet neque antea visus esset sustulit, id mihi non incommode visum est accidisse. Exhaustus est enim sermo hominum et multae emissae iam eiusmodi voces, 'ἀλλ' αἰεὶ τινα φῶτα μέγαν'; quae te absente confecta esse laetor.* Vnde sumptum sit hemistichium non-
 775 dum liquet, nisi quod fortasse pro αἰεὶ legendum est αἴτει, id est *postula*, aut αἰτεῖ, id est *postulat* et *requirit*.

[H]

NE SI AD IOVIS QVIDEM AVLAM

3979

Qui metuunt malum ad asylum, ad aram, ad arcem, ad columnas principis, ad diuorum phana confugiunt. Verum a morte nullum est effugium. Id ita Sophocles expressit versibus:

780 Ὅταν γὰρ ὁ καιρὸς τοῦ θανεῖν ἐλθῶν τύχη,
 Οὐδ' ἂν πρὸς ἀύλας Ζηνὸς ἐκφύγη μολῶν, id est
Vbi mortis vrget tempus, ad Iouis atria
Si fugeris, effugere non possis tamen.

785 Prouerbii species est in illis verbis *ne ad Iouis quidem atrium*, quod pro 'tutissimo' posuit 'refugio'. Huc confugerat aquila insectante scarabeo.

[H]

ORACVLA LOQVI

3980

Χρησμούς λέγειν, id est *oracula loqui* dicuntur qui certa et indubitata loquuntur. Theocritus in Syracusiis:

790 Χρησμούς ἃ πρεσβῦτις ἀπώχετο θεσπίξασα, id est
Haec anus abscessit diuorum oracla loquuta.

Τὸ ἐκ τρίποδος alias dictum est et *Sibyllae folium*. M. Tullius Ad Brutum, epistola cuius initium Scripta et obsignata iam: *Haec ex oraculo Apollinis Pythii aedita tibi puta*. Idem De finibus quinto: *Quia, quum a Zenone, inquam, hoc magnifice tanquam ex oraculo aeditur: 'Virtus ad beate viuendum seipsa contenta est.'*

795 [H]

NON AB HYMETTO

3981

Crassam philosophiam ac rusticanam, quam discimus ex congressu plebeiorum, non ex commentariis Zenonis aut Platonis, M. Tullius Ad Qu. fratrem libro ii. appellat *philosophiam ab area Syra*. Nos enim, inquit, *ita philologi sumus vt vel cum*

789 id est H: om. I.

3977

758 Theocr. 14, 23 (759 κήφλέγετ': κήφατ' ἔτ' ed. 1516; αὐτᾶς; ἄψαξ; ἄψαις ed. 1516).

762–764 *Verba... adamabat* Er.' summary of ll. 21–26 is so concise as to be hardly helpful at all. See *Adag.* 686 (Lupi illum priores viderunt) and D.A. Tsirimbas, *Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei den Epistolographen der zweiten Sophistik: Alkiphron – Cl. Aelianus*, München, 1936, p. 49.

765–766 *Similis* etc. Er. has a 'sordid' expression from his native tongue in mind. However, the expression quoted is not sordid at all. One can assume therefore that he altered the original version so as not to offend his readers. The reference is to the Dutch expression "Men kan hem een ei in het gat gaar braden" (One could fry an egg in his ass). The word *frontem* in Er.' translation is a euphemism. Harrebomée, I, p. 178, refers to Servilius, *Adagiorum epitome*, p. 277 "Hi is so veruært, men soude hem een eye in sinen aers braden" (He is so scared, one would fry an egg in his ass). Suringar 108.

3978

768 Cic. *Ad Q. fr.* I, 2, 1 (770 sui Schütz: *tui* codd.).

773–775 *Vnde sumptum* etc. The source is

Hom. *Od.* IX, 513. Had Er. been aware of that, he would not have proposed to emend the Greek passage.

3979

777 *ad asylum... arcem* See *Adag.* 3830 (*Ad asylum confugere*), 3829 (*Tanquam ad aram*), and 3831 (*Arx*).

778 *a morte... effugium* See *Adag.* 2849 (*Ne dii quidem a morte liberant*).

779 *Soph.*, fr. 951 *TrGF* IV, quoted by Stob. IV, 51, 10 (780 δ' Grotius: γὰρ cod.; 781 ἐκφύγοι Halm: ἐκφύγη cod.).

785 *Huc confugerat* etc. The reference is to the Aesopic fable of the eagle being pursued by a beetle. Er. recounts it in *Adag.* 2601 (*Scarabeus aquilam quaerit*), *ASD* II, 6, p. 421, ll. 716 ff.

3980

787 After Theocr. 15, 63.

788 Theocr. 15, 63 (789 χρησμός: χρησμούς v.l.).

791 *alias Adag.* 690 (*Ex tripode*) and 691 (*Folium Sibyllae*).

Cic. *Ad Brut.* I, 22, 3 (6).

793 *Fin.* V, 27, 79.

3981

797 Cic. *Ad Q. fr.* II, 9, 3 (799–800 *Arce nostra* Shackleton Bailey: *area Syra* ed. Basil. 1528).

800 *fabris habitare possimus. Habemus hanc philosophiam non ab Hymetto, sed ab area*
 Syra. Hymettus Atticae mons est, vnde Hymettia mella, cui opponit aream
 Syram, subindicans rusticanam simplicitatem. Nam paulo ante nonnihil attigerat
 de diceriis argutis. Apparet id temporis M. Tullium in praedio quodam aedifi-
 805 *casse. Quanquam haud scio an hic locus, quoniam varius habetur in exemplari-*
bus, mendo vacet. Dispiciat eruditus lector an pro 'area Syra' legendum sit 'ex
hara Syra'. Sic enim loquitur In Pisonem: Ex hara productae, non schola. Syri bar-
barie nobiles erant id temporis quemadmodum Attici lepore dictorum.

[H]

CYMBALVM MVNDI

3982

810 Plinius Maior in praefatione ad imperatorem Vespasianum refert Appionem
 grammaticum a Tyberio Caesare *cymbalum mundi* consuesse vocari – ob nominis,
 ut opinor, celebritatem –, *quum publicae*, inquit, *famae tympanum potius videri*
 LB 1179 *posset*. Is Appion aiebat eos ab se donari immortalitate ad quos aliqua compone-
 bat. Huc Tyberius alludens appellabat illum 'cymbalum mundi', | quod hominem
 honesta fama donaret, quae per vniuersum mundum amabiliter resonaret. Plinius
 815 *famam daret potius quam honestam famam. Nam resonat et tympanum, sed*
inamoeno strepitu. Alluisse videtur huc, quod tympana fiunt e pelle asinina.

[H]

IN BEATO OMNIA BEATA

3983

820 A diuitibus omnia magnifice fiunt, a tenuibus frugaliter. Praxinoe in Charitibus
 Theocriti laudans Ptolemaeum, quod Adonidis festum magnificis sumptibus
 apparasset, non sine prouerbii specie dixit: Ἐν ὀλβίῳ ὀλβια πάντα, id est *In diuitem*
ditia cuncta.

Vsus erit, si dicas ab homine docto omnia docte fieri, a pio pie, a rege rega-
 liter.

[H]

DIGITVM QVA PROFERAT

3984

825 Schemate prouerbiali M. Tullius dixit Pro A. Caecina *Digitum qua proferat non*
habet, hyperbolicos indicans illi nihil prorsus esse quod dicat agatue. Locus sic
 habet: *Denique ista nimia quae dominatur in ciuitate potentia in hoc solo genere*
quiescit; quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, qua denique digitum proferat,
 830 *non habet.* Sumptum est a gestu rhetorum qui varius traditur a Quintiliano. Sim-
 plicissimus est proferre digitum, quod plebeiiorum est et rusticorum.

[H]

TRISTIS LITERA

3985

M. Tullius Pro Milone: *Quod nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, quum*
videret nos fateri, neque quaeri vnquam iussisset, nec vos hanc tam salutarem in iudi-

- 835 *cando literam quam illam tristem dedissetis.* ‘Tristem literam’ appellat Θ, ‘salutarem’ T, quod hac absolueretur reus, illa damnaretur. De quo nonnihil attigimus in prouerbio *Theta praefigere.* Asconius Pedianus, si modo codices mendo vacant, indicat Θ fuisse notam damnationis, T absolutionis, N.L. ampliacionis, hoc est ‘non liquere’. T. Liuius dixit *tristiolem notam.*

[H]

IOVIS GERMEN

3986

- 840 Ἐκ Διὸς ἔρνος, id est *ex Ioue germen* dicebatur insigni virtute praeditus. Verba sunt pastoris ad pastorem musices pulchre peritum, cui honoris gratia clauam dono dedit. Claua autem gestamen est Herculis ex Ioue prognati. Obseruatum est a priscis, a poetis Iouis filios semper induci ciuiles et humanos, contra Neptuni truces et asperos. Musica autem ciuilitatis magistra est. Carmen sic habet:

- 845 Οὐνεκεν ἔσσι
Πᾶν ἐπ’ ἀληθεία πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος, id est
Es siquidem tu
Reuera factum ac prognatum ipso ex Ioue germen.

800 *Hymettus... mella* See *Adag.* 157 (Lepos Atticus. Eloquentia Attica), *ASD* II, 1, p. 272, ll. 380 f.

803-804 *hic locus... exemplaribus* Cratander’s edition of Cicero (Basel, 1528) reads “area Syra”, while recording in the margin the variant “araxira”. See H. Sjögren’s edition (Gotoburgi, 1911) ad loc.

804-805 *Dispiciat eruditus lector* etc. Shackleton Bailey reads “ab Arce nostra”.

805 Cic. *Pis.* 16, 37 (producte non ex schola).

805-806 *Syri* etc. See *Adag.* 2273 (Syrus cum non sis, ne syrissa), 157 (Lepos Atticus etc.), and 780 (Attica Musa).

3982

808 Plin. *Nat.*, praef. 25. The name of the grammarian is Apion (*Appion* edd. vet.).

810 *publicae* The correct reading (proposed by Durandus) is “propriae” (*publicae* v.l. et edd. vet.).

3983

818-819 *in Charitibus Theocriti* Er. mistakenly refers to Theocr. *Charites*; the line in question (15, 24) is part of the preceding poem in Theocritus’ collection, entitled *Syracusae*.

3984 Otto 548.

825 Cic. *Caec.* 25, 71 (827 nimia ista).

829 *gestu... Quintiliano* Quintilian discusses the various movements of the fingers in *Inst.* XI, 3, 92-106.

830 *profferre digitum* etc. See Er. *De ciuil.* 5, *LB*

I, 1041 F-1042 A “Illiberale est iactare brachia, gesticulari digitis, vacillare pedibus, breuiter: non lingua, sed toto corpore loqui, quod turturum esse fertur aut motacillarum nec multum abhorrens a picarum moribus.”

3985

832 Cic. *Mil.* 6, 15 (833 vobis tam hanc; 834 dedisset).

836 *prouerbio Adag.* 456 (Θ praefigere).

Ps. Ascon. on Cic. *Verr.* 2, I, 9, 26 Stangl, p. 231 “Nam cum condemnandi nota esset C littera, absolvendi A, ampliandi signum N.L. iudices dabant, quo significabant non liquere.” Er. refers to the same passage at the end of *Adag.* 456.

838 Liv. IV, 29, 6 (tristi nota), quoted more fully at the end of *Adag.* 454 (Creta notare).

3986

840 Theocr. 7, 44.

842-844 *Obseruatum... asperos* Gell. XV, 21 “Quod a poetis Iouis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni autem ferocissimi et inhumanissimi traduntur.”

844 *Musica... magistra est* See *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 100, ll. 531 ff. “quae vis saxeos, quernos et agrestes illos homines in ciuitatem coegit nisi adulatio? Nihil enim aliud significat illa Amphionis et Orphei cithara.” Cf. Hor. *Ars* 391-396.

845 Theocr. 7, 43 f. (846 ἀλαθεία).

850 Interpres tamen mauult eo referre quod qui vera loquuntur ex Ioue prognati dicuntur, adducens carmen Homericum:

Οὐ γὰρ ἔμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλόν,
ὅττι κεν κεφαλῇ κατανεύσω, id est
Haud etenim fallax erit aut reuocabile quicquam
Quod capite annuero.

855 Pastor ob id laudatur quod ingenue profiteatur se non conferendum cum insignibus musicis, qualis inducitur et a Marone:

Me quoque dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.

[H]

MVSARVM AVES

3987

860 Μουσῶν ὄρνιθας, id est *Musarum aues*, non absque prouerbii specie Theocritus in Thalysia appellat poetas, quod lusciniarum in morem assidue canant sua poemata. Scholiastes admonet omnes aues canoras *Musarum aues* appellari. Sentit autem sibi displicere poetas qui cuculorum more audent Homero occinere.

[H]

NVLVS DIES OMNINO MALVS

3988

865 Astrologi designant quosdam dies fortunatos aut infelices, sed his aut his rebus. Nullo tamen die indulgendum est ocio, quod nullus sit adeo inauspicatus quin alicui negotio sit felix, si quis recte vtatur concessio tempore. Dies infaustus gerendo bello aut nauigationi foelix est administrandae rei familiari. Nullus
LB 1180 autem dies non prosper parandae bonae menti. Fatetur hoc Hesiodus Περὶ ἔργων
870 καὶ ἡμερῶν:

Καὶ οὐ ποτε πάγκακον ἦμαρ, id est
Omni ex parte dies malus haud obuenerit vnquam.

[H]

GVTTAM ASPERGERE

3989

875 Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui deceditur, *guttam aspergi* dicimus. M. Tullius in oratione Pro C. Cluentio: *Atque etiam ipse conditor totius negotii Guttam aspergit huic Bulbo. Itaque minime amarus is visus est qui aliquid ex eius sermone speculae degustarat.* Eodem schemate dicimus *micam auri* pro minima portiuncula. Sed in verbis M. Tullii praeter tropum prouerbialem subest facetissima allusio in propriis nominibus. Stelemus promiserat magnam pecuniae vim iudici Bulbo. Nam id erat iudici nomen. Stelemus autem, qui totum hoc negotium condiebat – hinc enim dictus est ‘conditor’ media producta, non a condendo ‘conditor’ prima acuta – adiungit Bulbo alterum iudicem, cui nomen Gutta. Ea res Bulbum reddidit alacriorem. Solent autem coqui bulbis, id est

880

885 ceparum genus, addere condimenta, quo fiant dulciores. Ad id alludens Cicero
Itaque inquit *minime amarus is visus est*. Hinc et *guttatim* fieri dicitur quod fit
 paulatim. Plautus in *Mercatore*:

Cor guttatim contabescit quasi in aquam indideris salem.

Et guttatim donat qui saepe, sed minuta largitur.

[H]

RECTAM INSTAS VIAM

3990

890 *Rem acu tetigisti*. Huic simillimum est quod habet Plautus in *Asinaria*:

Estne hoc ut dico, Libane? Lib. Rectam instas viam.
Ea res est.

895 Vt qui falluntur dicuntur *tota aberrare via*, ita qui rem bene coniectant dicuntur
rectam insistere viam, quod schema mire tritum est et hodie vulgo illiterato. Simili
 schemate dictum est in *Cassina*

Nunc pol ego demum in rectam redii semitam

pro eo quod erat 'rem ipsam deprehendi'.

849 *Interpres* A scholium ad loc., p. 90 Wendel, explains ἐκ Διὸς by referring to the truthfulness of Zeus: ὅτι ἀψευδῆς ἐστὶν ὁ Ζεὺς.

850 Hom. *Il.* I, 526 f., quoted in the scholia ad loc. The quotation is incomplete. Er. has copied the passage from the scholia in the 1516 edition by Kallierges. In doing so, he changed ὅ, τικεν (!) to ὅτιτικεν.

856 Verg. *Ecl.* IX, 33 f.
3987

860 Theocr. 7, 47 (Μοισᾶν ὄρνυρες). The metaphor is the subject of a previous adage with the same title (3504). Er. now adds a reference to a scholium.

862 *Scholias*... *appellari* Zacharias Kallierges (ed. 1516) observes ad loc.: Μοισῶν ὄρνυρες λέγονται πάντα τὰ εὐφωνα τῶν ὄρνέων. Kallierges has included this note in the mass of ancient scholia; it is not found in Wendel's critical edition.

3988 See *Adag.* 3746 (Hodie nihil succedit).

869 Hes. *Erg.* 813.

3989

875 Cic. *Cluent.* 26, 71 f. (876 eis: is v.l.; 877 degustarant: *degustarat* v.l.).

877 *micam auri* See *Adag.* 2675 (Ne guttam quidem).

879 *Stelemus* Modern editions give the name as Staienus.

886 Plaut. *Merc.* 205 (887 quod [*sc.* cor meum] guttatim).

3990 Otto 1886.

890 *Rem acu tetigisti* See *Adag.* 1393.

Plaut. *Asin.* 54 f.

893 *tota aberrare via* Ter. *Eun.* 245, quoted in *Adag.* 48 (*Tota erras via*).

894 *rectam insistere viam* After Ael. Arist. *Or.* 46 Dindorf II, p. 159, quoted in *Adag.* 2416 (*Rectam ingredi viam*). Cf. Ter. *Eun.* 294 "Quam insistam viam?"

et hodie See Suringar 225. As regards *tota aberrare via* the reference is to vernacular expressions such as "Ghy sijdt heel van de wegh" and "Ghy sijdt verre wt den wegh" (You are far off the track), quoted by Sartorius, *Adag.* 84. As regards *rectam insistere viam* one may think of "Je bent op de rechte weg" (You are on the right track); see E. Verwijs-J. Verdam, *Middelnederlandsch woordenboek*, VI, 's-Gravenhage, 1907, s.v. recht, 1077 f.
895 Plaut. *Cas.* 469.

[H]

AEACIDINAE MINAE

3991

In eadem ita loquitur mercator:

900 *Siquidem hercle Aeacidinis minis animisque expletus incedit.
Iratu si me tetigerit, iratu vapulabit.*

Non sine prouerbii specie dictum est pro ‘atrocibus ac superbissimis minis’. Verus patitur vt pro ‘Aeacidinis’ legatur ‘Aeacinis’ – nam id nonnulli diuinant – sed probabilius est poetam sentire de Achille, Aeaci nepote, quem Homerus vbique facit stomachabundum ac minabundum, velut in primo statim Iliados libro, vbi sic incandescit in Agamemnonem vt manum admoueat capulo, a conuiciis ad pugnas venturus, nisi Pallas eum capillis reuocasset. Quin et ipsum opus ab Achillis ira habet exordium: Μῆνιν ἄειδε, θεά. Quod quidam adferunt de Aeaco manium iudice non video quid ad hunc faciat locum. Quicquid etiam inuictum et insuperabile volumus intelligi *Achilleum* dicimus.

905
910

[H]

OLEO NITIDIUS

3992

Olei nitor adeo venerat in prouerbium vt mysticae quoque literae iubeant facie oleo vncta dissimulare tristitiam ieiunii. Plautus in Truculento de amica pulchre compta:

915 *Feruide
Vt tota floret, vt oleum nitide nitet!*

Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

[H]

HERCVLIS QVAESTVS

3993

Herculis quaestum pro magnis impendiis dixit Plautus in Mustellaria:

920 *Dapsiles sumptus facit.
Perdidit patrem, vnus istic seruus acerrimus
Tranio. Is vel Herculis conterere quaestum potis est.*

Alias dictum est olim plerosque decimam lucri partem Herculi vouere solitos. Huius fauore persuaserunt sibi rem fore auctiorem. Ex tam multis autem decimis oportuit immensam pecuniarum vim conflari. ‘Quaestum’ appellat facete, quasi Hercules suum fauorem vendiderit.

925

[H]

POSTERIVS DICTVM

3994

Doctum doces, Memorem mones, Scienti loqueris aliaque eius formae antea retulimus. Eundem sensum festiuissime extulit Plautus in Asinaria. Quum enim Demaenetus queritans de moribus vxoris dixisset:

930

Fateor eam esse importunam atque incommodam,

1181 respondit Li|banus seruus:

Posterius istuc dixti quam credo tibi,

935 hoc est 'Sciebam, priusquam diceres'. Nec video quamobrem Nonius hic 'posteriorius' interpretetur *minus*. Ne id quidem caret prouerbiali schemate quod mox sequitur:

Tu primus sentis, nos tamen praenoskimus.

940 *Dedecus ille domus sciet ultimus* ait Satyricus, et Terentius: *Is solus nescit omnia*. Sed aliena mala, licet priores intelligamus, non dolent nobis. Sensus igitur mali primum ad illos peruenit ad quos res attinet, noticia ad alios.

[H]

TANQVAM DE SPECVLA

3995

Qui futura longe prospiciunt priusquam eueniant *tanquam de specula praeuidisse* dicuntur. M. Tullius ad Ser. Sulpitium libro quarto: *Multo enim ante tanquam ex*

933 dixti *I*: dixit *H*.

3991

899 Plaut. *Asin.* 405 f. (900 cedit Scaliger: *incedit* codd. et ed. Mediol. 1500; 901 Si med [*me* v.l. et ed. Mediol. 1500] iratus).

903 *nonnulli* The reference is to Giambattista Pio's commentary, who (incorrectly) connects *Aeacidinis* with Aeacus, the judge in the underworld.

905-907 *in primo... reuocasset* Hom. *Il.* I, 188-197.

908 *quidam* The reference is again to Pio's commentary.

909-910 *Quicquid* etc. It is hard to find a clear instance of this in ancient literature. Er. is probably thinking of the fallacy usually called 'Achilles and the tortoise', to which he refers at the end of *Adag.* 641 (Alter Hercules) in the following way: "rationem aut argumentum *Achilleum* vocant quod sit insuperabile et insolubile." He may also have thought of Aristot. *Hist. an.* V, 16, 548 a, where various kinds of sponges are discussed, of which the type called *Ἀχιλλεῖον* is 'the strongest'.

3992

912 *mysticae literae* *Mt.* 6, 16-18 "Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritae tristes. Demoliuntur enim facies suas ut pareant hominibus ieiunantes... Tu autem, cum ieiu-

nas, unge caput tuum et faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans."

913 Plaut. *Truc.* 353 f. (915 Ver vide; 916 floret, ut olet, ut nitide nitet). Er. follows the ed. Mediol. 1500.

3993 Otto 802.

919 Plaut. *Most.* 982 ff. (920 *dapsilis*: *dapsiles* ed. Mediol. 1500; 921 *servos* est *sacerrimus* [*servos acerrimus* ed. Mediol. 1500]; 922 *Herculi conterere quaestum potest* [sic et ed. Mediol. 1500]).

923-924 *Alias... auctiorem Adag.* 73 (Dextro Hercule aut Amico Hercule).

3994

928 *antea Adag.* 112 (Memorem mones, Doc-tum doces, et similia).

929 Plaut. *Asin.* 62 f. (933 *dicis*).

934-935 *Nec video... minus* Nonius' explanation (p. 597 Lindsay) is unclear indeed. It is also quoted by Pio in his commentary on Plautus, ad loc.

935-936 *quod mox sequitur* The verse quoted (*Asin.* 61) actually precedes (not: follows) the lines quoted above.

937 *praenoskimus* Modern editions read "in pretio sumus" (*praenoskimus* ed. Mediol. 1500).

938 *Iuv.* 10, 342. *Ter. Ad.* 548.

3995

943 *Cic. Fam.* IV, 3, 1.

945 *aliqua specula prospexi tempestatem futuram et caetera. Habent enim non oppida tantum et arces, sed et naues speculas suas, vnde periti naucleri prospiciunt imminere ventos aut turbines.*

[H]

VERBIS CONCEPTIS PEIERARE

3996

Olim iurato solennibus verbis praeibatur, quo iusiurandum esset firmius. Plautus in *Asinaria*:

950 *Vbi conceptis verbis sciens libenter peieraueris.*

Idem in *Bacchidibus*:

*Ego iusiurandum verbis conceptis dedi,
Daturum me hodie mulieri.*

955 Interdum iurans tenebat aram, quo maior esset iusiurandi religio. Itaque sanctissimum iusiurandum significantes dicebant: 'Nec si aram tenens iuraueris, credam tibi.' M. Tullius in oratione Pro L. Flacco: *Ergo is qui si aram tenens iuraret, nemo crederet, per epistolam quod volet iniuratus probabit?*

[H]

AGONES

3997

960 Admonuimus Antigonom regem, Demetrii nepotem, militari ioco dictum *Dosonem*, quod omnibus polliceretur dicens: 'Δώσω', nec praestaret semper pollicita. Ita qui apud Romanos percutiebant victimam *agones* dicti sunt, quod ex more, priusquam ferirent, populum rogabant: 'Agon?', id est 'Ago ne?' Ouidius in *Fastis*:

Semper agatne rogat nec nisi iussus agit.

965 Agonum meminit Lactantius, Statii enarrator.

Quadrabit in contatores, qui semper deliberant neque quicquam aggrediuntur.]

LB 1182

[H]

FVNGVS PVTIDVS

3998

970 Senem iam delirum et inutilem Plautus in *Bacchidibus* *fungum putidum* appellat. Fungi licet natura insipidi olim in deliciis erant et adhuc sunt apud Italos, sed teneri ac recentes; vetulis nihil insipidius. Verba Plauti sic habent:

*Terrae odium ambulat, iam nihil sapit,
Nihil sentit, tanti est quanti fungus putidus.*

975 Quin et hoc ipsum 'terrae odium' prouerbii figuram habet velut illud *telluris inutile pondus*. Idem in *Bacchidibus* inter stoliditatis conuicia ponit et fungos:

Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

In Mustellaria pro stolido *fruticem* appellat:

Nec verisimile loquere nec verum, frutex.

980 In caeteris arboribus est nonnulla imago dignitatis ac prudentiae, frutex temere nascitur, expers cultus, et aut nullum habet fructum aut syluestrem et inutilem.

[H]

VIVVM NOVERIS

3999

Antea retulimus *Viurum meminisse oportet*. Id meretricula in Truculento Plautina detorquet in alium sensum, amatorem pro mortuo ducens, qui desierat esse dando.

985 *Dum viuit, inquit, hominem noueris; vbi mortuus est, quiescas.*
Te dum viuebas noueram.

Pecunia iuxta Hesiodum anima est mortalibus, ea amissa exanimis est homo.

[H]

LIPPO OCVLO SIMILIS

4000

990 Video quosdam his moribus vt eos aequo animo ferre non queas, rursus ita industrios et ad obsequium expositos vt, quoties sese offert occasio, non possis cauere quin aliquid illis committas. Lippus oculus manuum contactu laeditur et tamen naturale est nobis illic habere manum vbi dolet. Plautus in Persa:

995 *Ego nec libenter seruiro neque satis sum hero ex sententia,*
Sed quasi lippo oculo me herus meus manum abstinere haud quit tamen
Quin mihi imperet et quin me suis negotiis praefulciat.

3996

948 Plaut. *Asin.* 562 (950 verbis conceptis; per-iuraris).

951 *Bacch.* 1028 f. (953 daturum id me).

956 Cic. *Flacc.* 36, 90 (crederet nemo).

3997

959-960 *Admonuimus... pollicita Adag.* 3492 (Dosones).

962 Ov. *Fast.* I, 322. The same passage is quoted by Angelo Poliziano, *Miscellanea* I, 60 "Agon verbum quo victimarius uti solitus...".

965 Lact. Plac. on Stat. *Theb.* IV, 463.

3998 Otto 735.

969 Plaut. *Bacch.* 821.

971 *Bacch.* 820 f. (973 Nec; tantist quantist: tanti est quanti est ed. Mediol. 1500).

974-975 *telluris inutile pondus* See *Adag.* 631 (Telluris onus).

975 *Bacch.* 1088.

977 *Most.* 13.

3999

982 *Antea Adag.* 152 (*Viurum oportet meminisse*).

Plaut. *Truc.* 164 f. (985 mortuust; quiescat Bothe). Er. follows the ed. Mediol. 1500.

987 Hes. *Erg.* 686, quoted in *Adag.* 1289 (Anima et vita).

4000

992 Plaut. *Persa* 10 ff. (993 Ego neque; ero: hero ed. Mediol. 1500; 994 erus: herus ed. Mediol. 1500; hau: haud ed. Mediol. 1500;

995 imperet: imperet et ed. Mediol. 1500).

Item in Bacchidibus:

*Lippi illic oculi seruus est simillimus:
Si non est, nolis esse neque desideres;
Si est, abstinere quin attingas non queas.*|

QVINTAE CHILIADIS CENTVRIA I

[H] TV IN LEGIONE, EGO IN CVLINA 4001

In Truculento Plautina militi atrociter minitanti coquus responder:

Sis tu in legione bellator, si vis, at ego in culina Ares.

- 5 Auxit coquus bellatoris verbum. Mars enim deus belli est. Quod autem dixit 'Ares' pro 'Mauors': non est Plauto nouum Graecas voces admiscere Latinis. Quanquam in nonnullis exemplaribus habebatur 'aues', in nonnullis 'aries', sed mendose.

[H] CITIVS QVAM FORMICAE PAPAVER 4002

- 10 Non caret adagii specie quod est apud Plautum in Trinummo:

Confit citius

Quam si tu obiicias formicis papauerem.

- Verba sunt Stasini serui narrantis quadraginta minas intra quindecim dies fuisse consumptas, utpote in comessationes, computationes, balnea, in piscatores, pistores, lanios, coquos, holitores, myropolas et aucupes dissipatas non aliter quam
15 si papauer obiicias agmini formicarum. Mox enim distrahitur aceruus, dum vna-
quaeque suum arripit granulum.

4001

- 3 Plaut. *Truc.* 615 "Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina clueo." Er. has altered the text of the ed. Mediol. 1500, which reads "Si tu in legione bellator cuius, at ego in culina aues." Pio corrects the last word into "Ares", observing ad loc.: "nonnulli legunt 'aries' ... In priscis tamen exemplaribus scriptum est 'ares', hoc est Mars."

4002 Otto 692.

- 10 Plaut. *Trin.* 408–410 "confit cito; / Non hercle minus diuorse distrahitur cito / Quam si tu obiicias formicis papauerem" (as a consequence of homoeoteuton, l. 409 is omitted in a large part of the textual tradition, including the ed. Mediol. 1500).
13 *Stasini* The name is Stasimus (*Stasinus* ed. Mediol. 1500).

[H]

ITIDEM VT ACHERONTI

4003

20 Apud eundem in eadem fabula amanti reposcenti quae dederat respondet scortum:

*Nam itidem vt Acheronti hic ratio accepti scribitur:
Intro receptum; quando acceptum est, non potest ferri foras.*

LB 1182

Sentit nihilo magis | ad amantem redire quod in meretricis domum est datum
quam redeunt ab inferis mortui, vnde iuxta Catullum negant redire quenquam.

25

[H]

MVS NON VNI FIDIT ANTRO

4004

Nihil hodie est decantatius apud vulgus quam *Eum murem esse miserum cui non est nisi vnus cauus*. Idem Plautus expressit in Truculento:

30

*Sed tamen
Cogitato mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Aetatem qui vni cubili nunquam committit suam,
Quia, si obsideatur vnum, aliunde praesidium gerit.*

Locus erit adagio, si quem admonebimus vt sibi plures amicos paret aut vna cum opibus studeat philosophiae, vt, si fortuna quod suum est eripiat, in literis sit praesidium.

35

[H]

POST REM DEVORATAM RATIO

4005

Quemadmodum de sera ope dicitur *Post bellum auxilia*, ita de sera parsimonia dicitur 'Post absumptam rem supputatio'. Stasinus in Trinummo Plautina:

*Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.*

40

Loquitur seruus herili filio supputanti rationem accepti, quum tota summa iam esset nequiter absumpta. Nimirum hoc est numerare praeteritas vndas, quum venientes oporteat censere.]

LB 1183

[H]

COENA POPVLARIS

4006

45 Quemadmodum Phormio Terentianus *coenam dubiam* appellat variis epulis instructam, *vbi tu dubites quid sumas potissimum*, ita Philto Plautinus *coenam popularem* appellat magnificam egregieque lautam atque adeo gratuitam quoque, quales solent exhiberi populo. Verba Plautina sic habent:

*Quid tu, si in aedem ad coenam veneris
Atque ibi opulentus tibi par forte vt venerit
50 (Apposita sit coena popularem quam vocant),*

Si illi congestae sint epulae a clientibus et caetera.

[H]

APVD MENSAM VERECUNDARI NEMINEM DECET

4007

Sequitur ibidem aliud prouerbiū quod ex tanta antiquitate per manus traditum hodieque versatur in ore omnium:

- 55 *Verecundari neminem apud mensam decet,
Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur,*

nisi quod vulgus addit: *nec in lecto*. Sententia est non philosophi, sed Stasini serui comici, quum nusquam magis habenda sit verecundiae ratio quam in lecto et in conuiuio. Sunt tamen qui rustico pudore molesti sint conuiuiae, semper expectantes vt ipsi praeministretur et quod datum est reponentes.

- 60 Iam hoc ipsum *de diuinis atque humanis cernitur* prouerbiale est. Quo tropo significabant de summa rerum agi. Dictum seruo dignum qui felicitatis puppim ac proram in ventris expletione collocarat.

4003

- 19 Plaut. *Truc.* 749 f. (21 item: *itidem* v.l.; Acherunti: *acheronti* codd. et ed. Mediol. 1500; 22 Intro accipitur; acceptumst: *acceptum est* v.l.).

- 24 Catull. 3, 12.

4004

- 26 *hodie* The reference is to the Dutch proverb "This een arm muys die maer een hol heeft"; Sartorius, *Adag.* 3068, quoted by Suringar 127. Harrebomée, I, p. 314.

- 27 *cavus* Horace uses this noun in connection with a mouse in *Serm.* II, 6, 116 f. "cavus / tutus ab insidiis".

Plaut. *Truc.* 867 ff. (30 qui non cubili <uni> umquam: *qui uni cubili nunquam* ed. Mediol. 1500; 31 si unum ostium obsideatur, ¶alium [aliunde ed. Mediol. 1500] perfugium gerit†).

4005

- 36 *Post bellum auxilia* See *Adag.* 2517 (Post bellum auxilium).

- 37 *Post... supputatio* After Plaut. *Trin.* 416 f. *Stasinus* Philto is speaking here, not Stasimus (Er. follows the ed. Mediol. 1500).

- 41 *numerare praeteritas vndas* See *Adag.* 345 (Vndas numeras).

4006

- 44 Ter. *Phorm.* 342 f., discussed in *Adag.* 1323 (Dubia coena).

- 45 Plaut. *Trin.* 470.

- 47 *Trin.* 468 ff. (48 Qui nunc? Si: Quid tunc si ed. Mediol. 1500; 49 obvenerit: *ut venerit* v.l. et ed. Mediol. 1500; 50 cena sit: *sit coena* ed. Mediol. 1500).

4007

- 53-54 *aliud... omnium* In *Adag.* 4004 Er. quotes likewise a vernacular proverb that in his view dates from ancient times. Here the reference is to the proverb "Aen een tafel behoortmen hem niet te schamen" (One should not feel embarrassed at the dinner table); Sartorius, *Adag.* 3069, quoted by Suringar 16. Harrebomée, II, p. 322. Er. further observes (l. 57) that people commonly added: "nec in lecto" (... at the dinner table, and neither in bed). Compare the German proverb "Zu bett und tisch sol man sich nit schemen", quoted (from Sebastian Franck) by Suringar 16.

- 55 Plaut. *Trin.* 478 f.

- 57 *Stasini* The name is Stasimus.

- 59-60 *Sunt... reponentes* See Er.' rules for table manners, *De ciuil.* 4, *LB* I, 1039 C "Si quis alius cibum porrexerit elegantiorcm, praefatus excusatiunculam recipiat, sed resecta sibi portiuncula reliquum offerat ei qui porrexerat."

- 62-63 *puppim ac proram* See *Adag.* 8 (Prora et puppis).

[H]

SALILLVM ANIMAE

4008

65 In eadem scena Philto hominem vocat *salillum animae*, sentiens hominis brevis-
simam esse vitam, videlicet quantum salis cuique in conuiuio apponitur. Locus
Plautinus sic habet:

Dei diuites sunt, deos decet opulentia
Et factiones, nos homunculi sumus
70 *Salillum animae, quam quum extemplo amisimus,*
Aequè mendicus atque ille opulentissimus
Censetur ad Acherontem mortuus.

Quanquam extremo senario desunt duae syllabae: ‘Pelops censetur’ aut ‘censetur
Croesus’ aut aliquid simile.

75

[H]

NVMMVS PLVMBEVS

4009

Quemadmodum assis, obolus ac teruncius, ita et nummus plumbeus abiit olim
in vilitatis prouerbium. Plautus in Trinummo:

Cui, si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum.

Idem in Cassina:

80 *Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus.*

Aereos nummos et hodie nouit Flandria, plumbeos Anglia. At M. Tullius libro
Ad Atticum v. Vatinium *semissem hominem* vocat vilissimum et contemptissi-
mum: *Simul vero semissis homo contra me arma tulit.* Et *tressis agaso* pro contemp-
tissimo dictus est alibi. Plautus in Mustellaria:

85 *Tace sis, faber, qui cudere soles plumbeos nummos.*

[H]

BASILICA FACINORA

4010

Ante admonuimus quicquid magnificum esset appellari solere βασιλικόν, vt *valere*
βασιλικῶς, et magnificas aedes *basilicas* appellabant. Plautus in Trinummo de
seruo nullius rei, sed philosophica quaedam loquente

90 *Dii inquit immortales, basilica hic quidem facinora inceptat loqui!*

Notum est illud Pori responsum, qui roganti Alexandro, a quo fuerat bello super-
atus, ‘Quomodo te tracto?’ ‘Βασιλικῶς’ inquit. Roganti: ‘Nunquid aliud?’
respondit: ‘Εν τῷ βασιλικῶς omnia comprehendi.’ Nihil enim humile decet
reges. Duriusculum est quod Plautus dixit in Epidico: *Dii immortales, vt ego perii*
95 *basilice!*

[H]

NEC CAPVT NEC PEDES

4011

Negotium ita perturbatum vt nescias quo pacto vel expeditas vel amittas veteres dicebant *nec caput habere nec pedes*. Sic enim M. Tullius iocatur, respondens suo Curioni: *Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis | literis non multum opus fuisse propter res tuas ita contractas vt, quemadmodum scribis, 'nec caput nec pedes'. Equidem vellem pedes haberent, vt aliquando redires*. Antea nobis dictum est ex Platone ἀκέφαλος μῦθος, *sine capite fabula*.

LB 1184
100

[H]

SOMNVN NON VIDIT

4012

Quum somnus non videatur, sed ille potius occludat oculos, dubium non est quin prouerbiali schemate dictum sit *Somnum oculis non vidit*. Nam his verbis

105

4008

65 Plaut. *Trin.* 492.

68-72 *Trin.* 490 ff. (Di: *Dei* v.l. et ed. Mediol. 1500; decent opulentiae: *deceat opulentia* v.l. et ed. Mediol. 1500; 69-71 verum nos homunculi, / Salillum animae qui quom extemplo emisimus, / Aequo: *amisimus, aequae* v.l. et ed. Mediol. 1500; 72 Censetur censu ad Accheruntem mortuus: *censetur ad acheronem mortuus* ed. Mediol. 1500).

73-74 *extremo* etc. Inferring on metrical grounds that two syllables are lacking in the last line in his Plautus edition, Er. proposes to supply *Pelops* or *Croesus*. The Mss., however, read "censetur censu".

4009

76 *assis* See *Adag.* 711 (Homo tressis).

obolus See *Adag.* 710 (Homo trioboli), 1802 (Quatuor obolis non aestimo), 3833 (Diobolares), 2454 (Exiguum oboli precium) and 3905 (Obolo dignus).

teruncius See *Adag.* 709 (Ne teruncium quidem insumpsit).

77 Plaut. *Trin.* 962 (78 quoi: *cui* v.l. et ed. Mediol. 1500; sit Guyet: *siet* codd. et ed. Mediol. 1500).

79 *Cas.* 258 (80 Quoi).

81 *Aereos*... *Anglia* See J.H. Monro, *Money and Coinage of the Age of Er.*, included as an appendix in *CWE*, I.

Cic. *Fam.* (!) V, 10 a, 1 (83 Simius, non semissis homo). The author of the letter is not Cicero, but Vatinius! The latter part of Er.' sentence lacks grammatical sequence. He means to say that Cicero calls Vatinius "sem-

issem hominem pro 'vilissimum et contemptissimum'".

83-84 *tressis agaso*... *alibi* Pers. 5, 76, quoted in *Adag.* 711 (Homo tressis).

84 Plaut. *Most.* 892.

4010

87 *Ante* etc. *Adag.* 1786 (Valere pancratice).88 Plaut. *Trin.* 1030.

91-93 *illud Pori*... *comprehendi* Plutarch recounts the anecdote more than once; Er. draws on *Regum et imperatorum apophthegmata*, *Mor.* 181 e. Er. has included the same story in *Apophth.* IV, Alexander Magnus 31, *LB* IV, 199 D, and alludes to it in *Ep.* 2582, ll. 20-21 "quemadmodum ille vno aduerbio 'regaliter' putabat omnia contineri." (The allusion has escaped Allen's attention.)

92 *Quomodo te tracto?* The use of the present tense is strange. In Plutarch's version Alexander asks King Porus: Πῶς σοι χρῆσομαι; (How shall I treat you?), which Er. in his *Apophthegmata* correctly translates "Quo modo te tractabo?"

93-94 *Nihil*... *reges* More specifically, rulers ought not to sleep late; see *Adag.* 1695 (Non deceat principem solidam dormire noctem).

94 Plaut. *Epid.* 56. Er. has (inadvertently?) changed "interii" into *perii*, perhaps on the strength of "perdidit" in the next verse.

4011 Otto 344.

98 Cic. *Fam.* VII, 31, 2. The name of the addressee is Curius. (99 Sulpici; 100 tuas res; 101 vellem uti pedes).

101-102 *Antea* etc. Plat. *Leg.* VI, 752 a, quoted in *Adag.* 14 (Sine capite fabula).

significant summam vigilantiam. M. Tullius Curio libro viii. Epistolarum: *Ita Caninio consule scito neminem prandisse. Nihil tamen eo consule mali factum est. Fuit enim mirifica vigilantia, qui toto suo consulatu somnum non viderit.* Dicti argutia in hoc est, quod is vnum modo diem consul fuit. Prouerbii ratio est in
110 tropo.

[H]

MANVM AD OS APPONERE

4013

Hoc gestu significamus nos scire quippiam quod tamen nolimus effari. Caelius Ciceroni libro viii.: *At Domitius quum manus ad os apposuit, te a.d. ix. Calen. Iun. subrostrarii – quod illorum capiti sit! – dissiparant perisse.*

115

[H]

EMENDVS CVI IMPERES

4014

Cuique in suos seruos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non item. Ita Plautinus Stasinus in Trinummo hero imperiosius reuocanti, quem herum esse nesciebat aut scire dissimulabat, *Emere* inquit *melius est cui imperes.* Item in Persa: *Emere oportet quem tibi obedire velis.* Huc pertinet illud Theocriticum quod
120 alibi recensuimus *Non sum sollicita ne mihi vacuum abstergeas.* Mulier indigne fert obiurgari ab illo cui non erat ancilla nec vxor. Addit et illud: Συρακουσάτις ἐπιτάσσεις, id est *Syracusanis mulieribus imperas*, hoc est: non tuis, sed liberis.

[H]

OMNIVM QVOS SOL VIDET

4015

Sunt et illae figurae prouerbiales *omnium quos terra sustinet aut quos sol vidit pessimus optimusue.* Plautus in Sticho:
125

*Facile inuenies et peiorem et peius moratam, pater,
Quam illa fuit; meliorem neque tu reperies neque videt sol.*

Idem in Bacchidibus:

130 *Quia aedepol certo scio,
Vulcanus, luna, sol, dies, dii quatuor,
Scelestiorem nullum illuxere alterum.*

Vergilius:

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Vnde et *oculus mundi* dictus est. Simile est illud *quodcunque in solum venit.* M. Tullius Epistolarum familiarium libro nono, epistola vltima: *Conuiuio delector; ibi loquor quicquid in solum, vt dicitur, et gemitum et risus.* Sentit se in conuiuio de quibuslibet rebus loqui, seu laetis seu tristibus. Citatum est nobis hoc adagium in superioribus ex primo libro De natura deorum, sed hic locus tum non occur-
135 rebat, qui tamen ad prouerbii fidem pertinere visus est. Plautus in Poenulo:

140 *Quantum hominum terra sustinet sacerrimo.*

[H]

SALE ET ACETO

4016

Parcum tenueque prandium significans Grippus piscator in Rudentibus ait:

*Sed hic rex cum aceto pransurus est
Et sale sine bono pulmento.*

- 145 Miseris obsoniorum loco sal est cum aceto. M. Tullius ad Papirium Paetum libro nono tyrotarichi meminit ceu plebei condimenti. Id erat ius e caseo confectum, quod et hodie Itali vocant *menestram*. Meminit et pompili, piscis vilissimi, qualis erat et gobio. *Quem, inquit, tu mihi pompilum, quem denarium narras, quam tyrotarichi patinam?* De pompilo pisce crebra est apud Plinium mentio. ‘Denarium’
150 suspicor esse vocem deprauatam. Certe mihi nondum liquet quid sibi velit. ‘Acetum’ tamen nonnunquam vsurpatur in significationem acuminis, vt Plautus: *Acetum habet in pectore* et Persius: *Mordaci lotus aceto*. Varro in Sesquiulixe citante Nonio: *Alteram viam deformasse Carneadem virtutis e cupis acris aceti*, hoc est: magna subtilitate.

144 Et sale *supplevi*: *om. H I.*

- 4012
106 Cic. *Fam.* VII (!), 30, 1 (108 suo toto).
4013
112 Cic. *Fam.* VIII, 1, 4 (114 subrostrani). Modern editors adopt a full stop after *apposuit*. With *Te* a new sentence begins.
4014 Otto 598.
117 *Stasinus* The name is Stasimus. Plaut. *Trin.* 1061 (118 meliust).
119 *Persa* 273.
Theocr. 15, 95, discussed in *Adag.* 3228 (Ne mihi vacuum abstergas).
121-122 *Addit* etc. Theocr. 15, 90 (Συρακοσιαις).
4015 Otto 1669.
124 *omnium quos terra sustinet* After Plaut. *Poen.* 90, quoted at the end.
125 Plaut. *Stich.* 109 f. (127 sol videt: *videt sol* v.l. et ed. Mediol. 1500).
128 *Bacch.* 254 ff.
132 Verg. *Aen.* IV, 607.
134 *oculus mundi* Ov. *Met.* IV, 228 (mundi oculus).
135 Cic. *Fam.* IX, 26, 2 (136 loquor quod in solum, ut dicitur, et gemitum [et] in risus maximos transfero).
137-138 *Citatum... deorum* etc. See *Adag.* 2503 (Quodcunque in solum venit); Cic. *Nat.* I, 23, 65. See Otto 1671.
139 Plaut. *Poen.* 90.
4016
142 Plaut. *Rud.* 937 (143 pransurust Pareus: *pransurus est* codd. et ed. Mediol. 1500).
145 Cic. *Fam.* IX, 16, 7.
146-147 *Id erat... menestram* ‘Tyrotarichus’ was a dish of cheese and salt fish. As regards Italian minestra, in ‘Opulentia sordida’ (*ASD* I, 3, p. 681, ll. 187 ff.) Er. describes the ingredients of the dish as it was served in the house of Andreas Asulanus (see *Adag.* 3570, p. 61, n.ll. 897-899).
148 *gobio* Er. knew the fish from Iuv. 11, 37. Cic. loc. cit. (Pompilium Demmel). For the sense see Cic. *Ep. fam.* ed. D.R. Shackleton Bailey, II, Cambridge, 1977, p. 337.
149 Plin. *Nat.* IX, 51 and XXXII, 153.
151 Plaut. *Pseud.* 739 “Ecquid is homo habet aceti in pectore?”
152 Pers. 5, 86.
Varro, *Men.* 484 Buecheler, quoted by Non. p. 117 Lindsay.

155 [H] CASSA GLANDE 4017

LB 1185 Inter vilitatis adagia retulimus et illud *Cassa nuce non emam*. Simillimo tropo Plautus in *Rudentibus* | dixit *cassam glandem*. Promittens indicium quaerit precium; alter licitatur: *Nummos trecentos*. Grippus respondet: *Tricas*. Lab. *Quadringentos*. Gr. *Tramas putidas*. Lab. *Quingentos*. Gr. *Cassam glandem*. Lab. *Sexcentos*. 160 Gr. *Curculiunculos minutos fabulare*. ‘Cassam glandem’ dixit pro ‘vitiosa glande’ et ‘inani putamine’.

[H] VERVECEA STATVA 4018

Plautinus Egio in *Captiui duo seruum stupidum appellat statuam verueceam*, quasi dicas ‘brutum ac mutum hominem’.

165 Vos, inquit, *ite intro*. Interim ego ex hac statua *veruecea volo*
Erogitare meo minore quid sit factum filio.

Quidam pro ‘veruecea’ legunt ‘verberea’, quasi verberonem plagis assuetum pro ‘statua marmorea’ dixerit ‘verbeream’. Certe dictionem ‘verueceam’ non patitur carminis trochaici ratio. Superesset enim vna syllaba, nisi in ‘cea’ facias synaeresim. 170

[H] HOC AGE! 4019

Quum aliquem iubemus esse attentum, dicimus: *Hic esto!* aut: *Hoc age!* Audiuit Caligula imperator ab iis qui venerant illum interfectori: *Hoc age!* Et Plautus in eadem fabula: *Hoc agamus*.

175 [H] QVAM IN TRAGOEDIA COMICI 4020

Vbi quis in aliena versatur harena, inducti dicentur in tragoediam comici. Diuersi generis sunt tragoedia et comoedia, nec phas est tragicas personas in comoediam inducere, nec contra. Plautus in *Poenulo*:

Quin aedepol indoctior sum quam in tragoedia comici.

180 Ego legendum arbitror ‘inductior sum’. Allusit enim Colabiscus ad id quod dixerat Milphio:

Fac modo vt conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.

Respondit iocans: ‘Inductior sum’, id est ‘instructor sum’.

[H] NON MAGIS QVAM CANEM 4021

185 Odium et contemptum vulgo declarant canis vocabulo. Horatius: *Odit cane peius*, et Plautus in *Amphitryone*:

*Valuistin' usque? Expectatus aduenio? Sos. Haud vidi magis.
Expectatum eum salutat haud quisquam magis quam canem.*

190 Sic enim legendum opinor, vt constet ratio carminis trochaici tetrametri catalectici.

[H]

GRALATORIVS AVT TESTVDINEVS GRADVVS

4022

Plautus in Amphitryone:

Blep. *Non potuimus nostros grandius grandire gradus.*
Amphi. *Siue gralatorius siue testudineus fuerit, certum est mihi
195 Hunc scelestum perdere.*

Item in Poenulo:

Vinceretis ceruum cursu, gralatorem gradu.

'Gralae' dicuntur fustes quibus innixi quidam ingrediuntur quos 'gralatores' appellauit antiquitas. Graecis *καλοβάται* dicuntur, quemadmodum 'schoenobatae'

- 4017 Otto 1258.
156 *Cassa nuce non emam* See *Adag.* 708 (Vitiosa nuce non emam).
157 Plaut. *Rud.* 1324.
4018
163 Plaut. *Capt.* 951.
in Captiui duo Otherwise Er. usually inflects titles, e.g. "in Menaechmis"; see *ASD* II, 4, p. 201, n.l. 128.
165 *Capt.* 951 f. (Interibi; verberea: *vervecea* v.l. et ed. Mediol. 1500).
167 *Quidam...* 'verberea' The reference is to Giambattista Pio's Plautus commentary, who notes: "Sunt qui 'verberea' scribant, hoc est 'digna verberibus'." For Pio's commentary see *ASD* II, 6, p. 367, n.ll. 429–430.
4019
172 *Hic esto!* Source not identified. Er. quotes the same phrase in *Adag.* 1684 (Praesens abest), *ASD* II, 4, p. 138, l. 179.
173 *Hoc age!* Suet. *Cal.* 58, 2. Plaut. *Capt.* 930 and 967.
4020
176 *in aliena... harena* For the expression, which aptly suits the context, see *Adag.* 2562 (In tua ipsius harena).
inducti... comici After Plaut. *Poen.* 581, but the reading proposed by Er. is to be rejected in the light of Mss. evidence. His explanation (ll. 177–178) is therefore incorrect.
178 *Poen.* 581 (179 edepol: *aedepol* ed. Mediol. 1500; condoctor: *indoctior* ed. Mediol. 1500,

- inductior* v.l.; quam tragoedi aut comici: *quam in tragoedia comici* ed. Mediol. 1500).
180 *Colabiscus* The correct form is Collybiscus (*Colabiscus* ed. Mediol. 1500).
182 *Poen.* 580 (condoctor: *conducta* v.l. et ed. Mediol. 1500).
4021
185 *Odium... vocabulo* See Otto 315–333. Hor. *Epist.* I, 17, 30 f. "cane peius et angui / vitabit". Er. quotes from memory.
186 Plaut. *Amph.* 679 f. (187 Expectatun: *expectatus* ed. Mediol. 1500; 188 salutat magis haud quisquam).
4022
192 The quotation is not found in Plautus, but in a supplement to the *Amphitruo* composed by humanists; see *Adag.* 3716, p. 139, n.ll. 204–207. The lines appear in Braun, *Scenae suppositiciae*, p. 132.
196 Plaut. *Poen.* 530 (197 cursu vel grallatorem).
198–199 'Gralae'... *antiquitas* After Non. p. 165 Lindsay "'Glaratores' sunt colobathrarii; 'gralae' enim sunt fustes, qui mittuntur" (quís innituntur Pio). – Er. interprets 'colobathrarii' (Non.) as *καλοβάτης*; see l. 199.
199–200 *καλοβάται... funambuli* See G.Goetz et al. (ed.), *Corpus glossariorum Latinorum*, I, s.v. *καλοβάτης*: funambulus; II, p. 337: *καλοβατηρσοχοινοβατης*: funambulus. Er. knew the word 'schoenobatae' also from Iuv. 3, 77.

200 vocantur funambuli. Ii fustes quo sunt longiores a gradu cui pes innititur, hoc gradus sunt maiores. Tantum elicere licuit e corruptissimo loco apud Nonium, praesertim in aeditione Aldina. Idem Plautus in Menaechmis:

Atque eccum incedit. Moue formicinum gradum.

Formicae videntur currere, quum minimum promoueant. Rursus in Poenulo:
205 *Vicistis cochleam tarditudine.* In eadem tardos appellat *spissigradissimos* et

Tardiores quam sint corbitae in tranquillo mari.

Rursus talium gradum dicit esse *succretum cribro pollinario*, quod similia per angusta foramina paulatim defluat.

[H]

DAEDALEVM REMIGIVM

4023

210 Ad celeritatem significandam Plautus in Amphitryone dixit *remigiis Daedaleis* pro 'volatu':

Non ocys quiui, si Daedaleis me tulissem remigiis.

[H]

ARGENTVM ACCEPI, IMPERIVM VENDIDI

4024

215 Nihil hac sententia decantatius: *Qui accipit beneficium perdit libertatem.* Demaenetus eleganter expressit in Asinaria:

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

Nam pauper vxorem duxerat pulchre dotatam, sed in quam nihil haberet imperii. Talis inducitur et Nausistrata in Phormione Terentiana.

[H]

DESPVERE MALVM

4025

I.B 1186 Manet et hodie in vulgi moribus vt si quid audiant | execrandum, quod sibi
221 nolint euenire, despuant velut abominantes. Id autem haesit ex veterum superstitione, qui sibi persuaserant desputationem esse remedium aduersus imminencia mala, praecipue aduersus morbum comitalem (cui non hinc tantum est nomen inditum quod in hominum frequentia saepius oboritur, verum etiam quod prohibeat comitia fieri), et in admouendis remediis ter expuere habebatur salutare;
225 velut etiam aduersus incantationes, vt refert Plinius. Simili superstitione contra improbae spei fascinum ter in sinum expuebant. Plautus:

Et illic isti qui sputatur morbus venit,

cui respondetur:

230

Ain, verbero,

Mihi eum morbum esse qui me opus sit insputarier?

Hic rursus alter:

*Ne verere, multos illic morbus homines macerat,
Quibus insputari saluti fuit atque illis profuit.*

235 Idem in Amphitryone:

Teque obsecro hercle vt quae loquutus despuas.

[H]

ΧΡΗΣΕΙ ΚΑΙ ΚΤΗΣΕΙ

4026

240 Qui se totum alicuius haberi volebat dicebat: Χρήσει καὶ κτήσει *tuus sum*, hoc est *et usufructu et proprietate*. Siquidem in possessionibus saepenumero fit vt penes alium sit dominium, penes alium vsufructus. M. Tullio Curio libro octauo: *Si vales bene est. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius*. Sentit Curius se sic esse addictum Attico vt tamen bene velit Ciceroni. Id M. Tullius velut exponens ita respondet: *Et nisi haberem stu-*

208 paulatim *I*: paulatim paulatim *H*.

209 Daedaleum *H*: Daedaliu *I*.

201 Non. loc. cit. (n.ll. 198–199). In the Aldine edition of 1513, col. 1269, ll. 44 ff. the passage reads: “Grallatores sunt colobatharari; grallarum enim sunt fustes, qui mittuntur.”

202 Plaut. *Men*. 888.

204 *Poen*. 532.

205 *Poen*. 506 f. (206 quam corbitae sunt).

207 *Poen*. 513.

4023 Cf. Otto 498.

210 The quotation is not found in Plautus, but in a supplement to the *Amphitruo* composed by humanists; see *Adag.* 3716, p. 139, n.ll. 204–207. The line appears in Braun, *Scenae suppositiciae*, p. 132.

4024

214 *Qui... libertatem* After Publil. Syr. 48 Friedrich “Beneficium accipere libertatem est vendere.” Walther 2002. Suringar 246.

215 Plaut. *Asin*. 87.

218 Ter. *Phorm*. 990 ff.

4025

220–221 *Manet... abominantes* According to a time-honored belief human saliva has magical power. People were wont to spit (usually three times) in order to avert such evil as demons, witches, and the evil eye. See R. Ellis, *A Commentary on Catullus*, Oxford, 1889², p. 174; H. Bächtold-Stäubli, ed., *Handwörterbuch des deutschen Aberglaubens*, VIII, Berlin, 1936–37, s.v. spucken, 326. Hadrianus Junius recalls that it is usual for the Dutch to admonish someone uttering a

term of abuse or an obscenity to ‘spit it out’ (*Adagiorum centuriae VIII cum dimidia*, Basileae, 1558, 801 ‘In solum’: “vulgaris lingua monet dicerium aut inhonestius verbum despuere soloque allidere”).

221–226 *Id... Plinius* The latter part of the sentence lacks sequence; Er. worked hurriedly.

221–223 *veterum... comitalem* After Plin. *Nat.* XXVIII, 35. The negative qualification of the ancient belief as superstitious is Er.’ own.

224–225 *quod in... fieri* The former etymology is probably Er.’ own, the latter is taken from Fest. p. 268 Lindsay. – The ancients regarded an occurrence of epilepsy as ominous.

225–227 *in admouendis... expuebant* After Plin. loc. cit., 35–36.

contra improbae etc. Plin.: “Veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo.”

227 Plaut. *Capt*. 550 ff. (228 insputatur Pylades: *sputatur* codd. et ed. Mediol. 1500; morbus interdum venit; 230 Ain, verbero, / Me rabiosum atque insectatum esse hastis meum memoras patrem, / Et eum morbum mi [*mibi* codd. et ed. Mediol. 1500] esse, ut qui me; 233 iste; 234 is).

235 Plaut. *Asin*. (!), 39.

4026

240 Cic. *Fam*. VII (!), 29, 1.

243 *Fam*. VII, 30, 2 (haberem socium studiorum meorum; 244 quoniam proprium te esse; 245 nexo; est cuiusque proprium).

245 *diorum meorum socium Atticum nostrum. Cuius quando te proprium esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, contentus isto sum. Id enim cuiusque est proprium quo quisque fruitur atque vititur.* M. Tullius ludens cum iureconsulto ostendit proprietatem bifariam constare, mancipio et nexu. Nec hoc ius desiderat, modo liceat uti frui, propterea quod quamdiu manet ius vtendi fruendi perinde est ac si res sit propria.

250 [H] FERIRE FRONTEM 4027

Qui supra modum et impotenter indignantur *frontem ferire* dicuntur. M. Tullius Ad Atticum epistola prima: *Puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse. Vt frontem ferias, sunt qui etiam Caesonium putant et caetera.* Quae prius dixerat iudicabat esse digna vel risu vel gemitu, caeterum de Caesonio tam esse indignum ut Atticus frontem ferire debeat. Qui hoc negant esse prouerbum eadem opera negent esse prouerbum *perfricare frontem* et *premere pollicem* aliaque complura quae a gestu corporum ducta sunt.

255

[H] VIRTUTEM OMNEM EXPLICA! 4028

Eodem libro vsurpat Homericum carmen ut vulgo celebre: Παντοίης ἀρετῆς
260 μιμνήσκεο, *curaque et effice ut ab omnibus et laudemur et amemur.* Carmen ita reddi potest:

Omniuigae tibi virtutis succurrat imago,

id est: In hoc negotio expedi omnes vires omnesque ingenii neruos.

[H] CLEMENS LANISTA 4029

265 Antea commemorauimus Graecum prouerbum εὐνοῦς σφάκτης, id est *beneuolus mactator*. Huic simillimum quod habet M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro primo (epistolae initium est Quæris ex me): *lanista clemens. Nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, quum accusator tanquam censor bonus homines nequissimos reiiceret, reus tanquam clemens lanista frugalissimum quemque secernit, ut primum*
270 *iudices consederunt, valde dissidere boni coeperunt.*

[H] PRAEPOSTERE 4030

Quum sentiemus rem praepostere geri, veluti quum populus imperat principibus aut discipulus docet praeceptorem, conueniet illud M. Tullii ex eadem epistola: *Ego, inquit, respondebo tibi ὕστερον πρότερον Ὀμηρικῶς.* Est autem figura grammaticorum, quam illi et πρώτῳστερον siue ὕστερόπρωτον appellant, quum quod prius est natura, posterius refertur, veluti si quis dicat: ‘Cornelia Gracchos educavit ac genuit.’ In Homero talis tropus frequenter est obuius.]

275

LB 1187 [H]

CONSESSVS IN TALARIO LVDO

4031

280 Nec prouerbii specie caret quod habetur in eadem epistola: *consessus talarius*, pro
 'conuentu hominum parum honoratorum'. Nam 'consessus' (Graece συνέδριον)
 proprie dicitur senatus aut iudicum, qui solent ex honestissimis deligi. In
 consessu talario qui nequissimus est primas tenet. Verba Ciceronis sunt haec:
 285 *Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi
 equites, tribuni non tam aerarii quam, vt appellantur, aerati. Pauci tamen boni
 inerant* et caetera. Quanquam et is iocus est prouerbialis, quod ait illos vulgo
 appellari solere pro tribunis aerariis tribunos aeratos, hoc est 'obaeratos' aut certe
 'bene nummatus peculatu'.

[H]

CONTRAHERE VELA

4032

290 In eadem epistola dixit *contrahere vela* pro eo quod est 'reprimere sese et cautius
 agere'. *Contraxi*, inquit, *vela perspiciens inopiam iudicum neque dixi quicquam pro
 testimonio nisi quod erat ita notum atque testatum vt non possem praeterire*. Itidem
 Horatius:

*Et idem**Contrahes vento nimium secundo*

295

Turgida vela.

Sumptum est a nautis, qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo
 tutius nauigent, vento languidiore pandunt, captantes auram.

4027

251 Cic. *Att.* I, 1, 1 (253 putent: *putant* v.l.).256 *perfricare frontem* See *Adag.* 747 (Faciem
 perfricare. Frontis perfrictae).*premere pollicem* See *Adag.* 746 (Premere pol-
 licem. Conuertere pollicem).256-257 *aliaque* etc. See *Adag.* 748-750.

4028

259 Hom. *Il.* XXII, 268, quoted in Cic. *Att.* I,
 15, 1.263 *omnesque ingenii neruos* Er. discusses this
 Ciceronian phrase in *Adag.* 316 (Omnibus
 neruis) and 2868 (Omnibus neruis).

4029

265 *Antea Adag.* 2107 (Beneuolus trucidator).266 Cic. *Att.* I, 16, 3 (269 *secerneret*; 270 *dif-
 fidere*).

4030

273 Cic. *Att.* I, 16, 1 (274 *respondebo: ego
 respondebo* v.l. et ed. Basil. 1528).

275 ὑστερόπρωτον A rare form, which is

attested only once; *Corpus glossariorum Lati-
 norum*, ed. G. Goetz, II, Lipsiae, 1888, p. 157
 "Praeposterum ὑστερόπρωτον" (ὑστερόπρωτον
 v.l.).

4031

279 Cic. *Att.* I, 16, 3.280-281 'consessus'... *iudicum* See *Adag.* 2431
 (Amphyctionum consessus).282 *Att.* I, 16, 3.284 *non... aerati* Modern editors read "non
 tam aerati quam, ut appellantur, aerarii" (not
 moneyed so much as, what they are actually
 called, bribe-takers); see Shackleton Bailey ad
 loc. (*Cicero's Letters to Atticus*, I, Cambridge,
 1965, p. 315).4032 *Collect.* 776 (Pandere vel contra-
 here vela). Otto 1857.289 Cic. *Att.* I, 16, 2.292 Hor. *Carm.* II, 10, 22 ff. (293 *sapienter
 idem*).

[H]

ΕΣΠΕΤΕ ΝΥΝ ΜΟΙ

4033

In eadem carmen Homericum festiuissime vsurpat ad continuationem narrationis:

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, ἕπως δὴ πρῶτον ἔπεσθε, id est
Dicite nunc, Musae, dixistis quippe priora.

In commemoratione rerum ridicularum habebit gratiam. In Aldina aeditione hemistichium modo refertur: Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι. Neque enim semel habetur apud Homerum, licet finis non sit idem, velut illud

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

Iliados secundo.

[H]

IN DIERECTVM

4034

Quibus precamur exitium, eos iubemus *ire in malam crucem, ad coruos, ad Cynosarges*. Pro eodem prisci dixerunt *in diirectum*, quod illi 'dierectos' appellarent in crucem suffixos. Nonius citat ex Varrone:

Apage in diirectum a domo nostra istam insanitatem!

'Dierectos' dici putat quasi 'in diem erectos'. Fortasse scriptum erat 'in dium erectos', quod qui crucifiguntur sub dium exponuntur, praesertim quum addat 'a domo nostra'. *Sub dium rapiuntur* quae domo efferuntur. 'Insanitatem' autem pro 'insania' dixit et M. Tullius, ne quis mendum suspicetur.

[H]

MITTERE SANGVINEM

4035

Olim militibus, si quid grauius deliquissent, ignominiae causa incidebatur vena. Id appellabant *sanguinem mittere*. M. Tullius in eadem epistola: *Missus est sanguis inuidiae sine dolore*. Sentit se liberatum aliqua parte inuidiae, quod in eo iudicio non valisset ipsius testimonium idque citra dolorem suum, quod omnes scirent iudices fuisse corruptos. Idem libro sexto, epistola prima: *Sic Appius, quum ex ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam* et caetera. Quin hoc ipsum *ex ἀφαιρέσεως curare παροιμιῶδες* est in hominem furacem ac rapacem. Metaphora sumpta est a medicis, qui in certis morbis corpus inaniunt, inedia aut venarum incisione superflua detrahentes.

[H]

FABA NVMMVS

4036

Dictum est alias olim fabis ferri solita suffragia. Quod innuisse Pythagoram existimant, quum vetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia lepidissimo tropo significauit M. Tullius in eadem epistola: *Sed heus tu, videsne consulatum illum*

nostrum, quem Curio ante ἀποθέωσιν vocabat, si hic factus erit, fabam nummum futurum? Haec ille. Vbi faba nummus est, ibi redemptum est suffragium.

[H]

NIHILI EST AVT NIHIL CVRAE EST

4037

335 Idem eodem libro, epistola cuius initium Quum e Pompeiano, versiculum Rhintonis vt vulgo iactatum refert: *Illud tamen inquit velim existimes, me hanc viam optimatum post Catuli mortem nec praesidio vlllo nec comitatu tenere. Nam vt ait Rhinton, vt opinor,*

Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδέν μέλει, id est
Nihili quidem hi sunt, caeteris curae est nihil.

340 Sentit se non vti praesidiis magnatum, quod partim nihil possint, partim negligent res.

[H]

E TERRA SPECTARE NAVFRAGIVM

4038

Alias nobis dictum est *De muris iudicare Achiuos* pro eo quod est 'in tuto spectare aliorum pericula'. Idem alia metaphora festiuius extulit M. Tullius libro Ad Atti-

336 ait *supplevi: om. H I.*

4033

299 Hom. *Il.* XVI, 112, quoted in Cic. *Att.* I, 16, 5 (301 ἄππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε). Er. follows the Basel 1528 edition of Cicero.

305 Hom. *Il.* II, 484 (306 ἔχουσαι).

4034

309 *ire in malam crucem* Plaut. *Cas.* 641, *Poen.* 347, *Pseud.* 335; *Ter. Phorm.* 368. – *ad coruos* See *Adag.* 1096. – *ad Cynosarges* See *Adag.* 2070.

310–313 *in diirectum... 'in diem erectos'* Non. p. 70 Lindsay.

311 Varro, *Men.* 142 Cēbe IV, quoted by Non. p. 70.

313 *in diem* Non.: "ad diem".

315 *Sub dium rapiuntur* Hor. *Carm.* I, 18, 13 "sub divum rapiam."

316 Cic. *Tusc.* III, 5, 10.

4035

318–319 *Olim... mittere* Gell. X, 8.

319 Cic. *Att.* I, 16, 11.

322 *Att.* VI, 1, 2 (ἐξ).

4036

328–329 *Dictum... fabas* See *Adag.* 2, viii (A fabis abstineto).

330 Cic. *Att.* I, 16, 13 (331 antea; mimum: *nummum* v.l. et ed. Basil. 1528). For the expression "fabam mimum" see Otto 1117.

4037

334 Cic. *Att.* I, 20, 3 (336 optimatem: *optimatum* v.l. et ed. Basil. 1528; 338 τοῖς: οἷς ed. Basil. 1528).

334–335 *Rhintonis* See Shackleton Bailey's note ad loc. (*Cicero's Letters to Atticus*, Cambridge, 1965–1970); Kaibel, p. 189.

4038

343 *Alias Adag.* 2193 (Quid Achiuos a turre iudicatis?).

344 Cic. *Att.* II, 7, 4 (348 ὑπὸ; στέγη πυκνῆς; στεγῆς ed. Basil. 1528; ψακάδος; εὐκηλος ed. Basil. 1528).

345 cum ii., epistola De geographia: *Nunc vero, quum cogar exire de navi non abiectis sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio, ut ait tuus amicus Sophocles,*

Κἄν ἀπὸ στεγῆς ἀκούειν εὐκηλος εὐδούση φρενί.

350 Quanquam hic versiculus in aliis codicibus habebatur varius, sed aequè deprauatus, in aliis erat omissus. Videtur esse versus trochaicus catalecticus

Κἄν ἀπὸ στέγης ἀκούειν εὐκηλος εὐδούση φρενί.

Pro εὐκηλος quidam codices habebant ψάκαλος, quod quid sit non intelligo; εὐκηλος non patitur carminis ratio. Sensus autem hic videtur esse: oprat de tecto audire tumultus aliorum, ipse vacuus et quietus animo.]

LB II89 [H] QVI PRIOR LAESIT 4039

356 In eodem libro, epistola Subito quum mihi dixisset et caetera, vsurpat versum Homericum, minitans vindictam ei qui prior lacesseret. *Nam nos quidem, inquit, si per istum tuum sodalem Publium licebit, σοφιστεύειν cogitamus; si ille cogitat tantum duntaxat nos offendere et, quod proprium est artis huius, ἐπαγγέλλομαι*

360 Ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι ὅς τις πρότερος χαλεπήνη. id est

denuncio

Vlturum me hominem quisquis prior iritarit.

[H] QVOD DATVR 4040

Nonius Marcellus citat hunc versiculum e Caecillii Plotio:

365 *Patiere quod dant, quando optata non danunt.*

‘Danunt’ antique dictum est pro ‘dant’. Conuenit cum eo quod alibi retulimus ex Cicerone, τὰ μὲν διδόμενα et huic similibus.

[H] CHIMAERA 4041

370 Hominem inconstantem ac variis moribus aut opus sibi non cohaerens M. Tullius designat festiuiter illo versu Homericò: *Quod de Quinti, inquit, fratris epistola scribis, ad me quoque fuit*

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Quid dicam nescio. Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam ut quemuis mouere possit; ita rursus remittit ut me roget ut annales suos emendem atque edam.

375 Epistolam sibi inaequalem appellat ‘chimaeram’.

[H]

NIHIL DVLCIVS QVAM OMNIA SCIRE

4042

M. Tullius Ad Atticum libro iiiii., epistola Delectarunt me, refert hunc senarium ceu vulgo celebrem:

380 Οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πᾶν εἰδέναι, id est
Nil dulcius quam scire prorsus omnia.

Versus corruptus constabit, si addas ἔστιν, sic:

Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πᾶν· εἰδέναι

aut: ἢ πᾶν εἰδέναι. Ac mox subiicit: *Quare ut homini curioso ita perscribas ad me quid primus dies, quid secundus, quid censores, quid Appius, quid illa populi Apuleia.* Est et illud aliquoties obuium in epistolis M. Tullii, πάντα περὶ πάντων.
 385

[H]

DE STATV DEMIGRARE

4043

Quemadmodum *de gradu deiici* dicuntur qui depelluntur a proposito, quo de nobis antea dictum est, ita M. Tullius Ad Atticum libro quarto, epistola Occupationum mearum, dixit *de statu demigro* pro eo quod erat 'recedo a vitae instituto'.
 390 *Dirumpantur*, inquit, *ii qui me posse aliquid doluerunt. Multa mihi dant solatia, nec tamen ego de meo statu demigro, quaeque vita maxime est ad naturam ad eam me refero.* Translatum videtur vel ab athleticis vel a praeliis, vbi laudi erat non cessisse loco. |

347 Soph., fr. 636 *TrGF* IV. Er. himself notes that the Greek line is corrupt. It has escaped his attention that a correct and fuller version is found in Stobaeus, IV, 17, 12, on the strength of which the quotation in Cicero's letter can be restored in the following way: *κᾶν ὑπὸ στέγῃ / πυκνῆς ἀκούειν ψακᾶδος εὐδούσῃ φρενί.* The sense is: "(I want) beneath my roof with mind asleep to hear the pattering shower". See Shackleton Bailey's note ad loc. (*Cicero's Letters to Atticus*, Cambridge, 1965-1970).

352 *Pro εὐκηλος*... *ψάκαλος* Er. knew this variant reading through a marginal note in Cratander's edition of Cicero (Basil. 1528).

4039

356-357 Cic. *Att.* II, 9, 3. Hom. *Il.* XXIV, 369.
 357-360 *Nam*... *χαλεπήνη* Cic. loc. cit. (358 cogit, at Gronovius: *cogitat* codd. et ed. Basil. 1528; 359 defendere: *offendere* v.l. et ed. Basil. 1528; est proprium: *proprium est* v.l. et ed. Basil. 1528; 360 ὅτε τις: ὅστις ed. Basil. 1528).

4040

364 Non. p. 138 Lindsay (Plocio). Caecilius, fr. 176 Ribbeck *CRF*, p. 75.

366 *alibi Adag.* 3143 (Quae dantur).

4041

369 Cic. *Att.* II, 16, 4 (374 emendem et edam). Modern editions give only the first half of the Homeric line (*Il.* VI, 181): "πρόσθε λέων, ἔπιθεν δὲ - quid dicam nescio." Cicero breaks off, since the rest of the line is not appropriate. The rest of the line has been supplied in the Basel 1528 edition of Cratander.

4042

377 Cic. *Att.* IV, 11, 2 (379 πάντ' Victorius: πᾶν codd. complures et ed. Basil. 1528, πάντα in margine).

hunc senarium Menander, *Epitr.* 2 Koerte I, p. 9.

383 Cic. loc. cit. (perscribe; 384 Appuleia).

385 πάντα περὶ πάντων Cic. *Fam.* XII, 20 and XV, 17, 1.

4043

387 *de gradu deiici* See *Adag.* 298.

388 Cic. *Att.* IV, 18, 2.

390 Cic. loc. cit. (*dirumpuntur*; aliquid posse: *posse aliquid* v.l. et ed. Basil. 1528).

LB 1190 [H] STRVMAM DIBAPHO TEGERE 4044

395 *Strumam dibapho tegere* dixit M. Tullius Ad Atticum pro eo quod est ‘infamiam aliqua dignitate obliterare’. *Vatinii*, inquit, *strumam sacerdotii dibapho tegere*. ‘Dibaphon’ appellat purpuram bis tinctam. ‘Struma’ est tumor corporis veluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura dissimulatur. Idem ad M. Coelium libro secundo: *Nam Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur*. Dibaphi
400 nomine designat magistratum cui fas erat dibapho vti. Sed iocatur illi rem parum ex sententia cedere, quod tinctor esset in mora.

Est autem haec vna ratio obliterandae infamiae, splendore dignitatis hominum columnias deterrere. Mediocris enim fortuna patet inuidiae. Nec desunt fortasse qui hoc consilio enituntur ad mitras et ad galeros cardinalitios.

405 [H] MVLTIA IN MEDIO 4045

Antea commemorauimus *Multa cadunt inter calicem supremaque labra*. Idem alia metaphora extulit M. Tullius Ad Atticum libro sexto, epistola Et si nil sani: *Non quo me aliquid iuuare posses; quippe res in manibus, tu autem abes longe gentium,*

410 Πολλὰ δ' ἐν μεταίχμιῳ
Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἄλός.

Ira Cicero sentit multas rerum nouationes exorituras antequam Atticus, qui procul aberat, possit opitulari. Senarii sunt, quos ita veritas licet:

*Sed interim in medio Notus
Multas patentis voluit vndas aequoris.*

415 [H] PRECES ARMATAE 4046

Idem libro nono, epistola cuius initium Tuas xi. Cal., *πειθανάγκην* appellat suasionem cum necessitate vique coniunctam, quales sunt principum preces, id quod eleganter Ouidius expressit in Ioue: *Precibusque minas regaliter addit*. Ciceronis verba subscribam: *Ego autem non tam φορητεῖαν huius timeo quam πειθανάγκην*. ‘Αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις’, inquit Plato, ‘οἷσθ’ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσὶν’, id est *Non tam fucos huius timeo quam parendi necessitatem*. Nam tyrannorum preces, ut ait Plato, scis necessitati admixtas esse. Extat et ille mimus celebris

Cogit rogando qui rogat potentior.

425 [H] LIBERO LECTO NIHIL IVCVNDIVS 4047

M. Tullius Ad Atticum libro xiiii., epistola cuius initium O mi Attice, de Quinto loquens: *A ducenda autem uxore sic abhorrens ut libero lectulo neget quicquam esse*

iucundius et caetera. Expertus fuerat Quintus vxorem. Ea mortua torquebatur etiam magna cura de debitione dotis. Coelibem itaque vitam iudicabat esse
430 suauissimam. Eam appellat 'lectulum liberum', siquidem, vt ait Iuuenalis, *minimum dormitur in illo lecto in quo nupta iacet*.

[H]

BENEFACTIS PENSARE DELICTA

4048

Eodem libro, epistola cuius initium Certior a Pylio factus, citat hunc senarium citra nomenclaturam vt vulgo celebrem:

435 Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθοῦνται ψόγον, id est
Aliis benefactis hocce depellunt probrum.

Loquitur, ni fallor, de Bruto et Cassio, qui occiderant Caesarem. Locus sic habet:
Itaque Idus Martiae me non tam consolantur quam antea. Magnum enim mendum continent, et si illi iuuenes ἄλλοις μὲν ἐσθλοῖς et caetera. Conuenit cum illo Σὺ
440 κακῶς εὖ δρῶν λέγεις.]

432 Benefactis H: Benedictis I [sed Benefactis in indice].

436 benefactis scripsi: beneactis H I.

4044

395 Cic. *Att.* II, 9, 2.

396 Cic. loc. cit. (Vatini strumam sacerdoti διβάφῳ vestiant).

398 *Fam.* II, 16, 7. The name of the addressee is Caelius.

399-400 *Dibaphi*... *vti* Actually 'dibaphus' denotes a magistrate's robe.

403 *Mediocris*... *inuidiae* See *Adag.* 3759 (Cognatio mouet inuidiam).

4045

406 *Antea* *Adag.* 401.

407 Cic. *Att.* VI, 3, 1 (sane; 408 *res enim est* in [enim *om.* ed. Basil. 1528]). The provenance of the Greek fragment is unknown.

4046

416 Cic. *Att.* IX, 13, 4.

418 *Or. Met.* II, 397.

419 Cic. loc. cit. (420 Πλάτων; 420-421 ἀνάγκαις; ἀνάγκαις εἰσὶν ed. Basil. 1528). After Plat. *Epist.* 7, 329 d.

422-424 *ille mimus* etc. The line has traditionally been attributed to Publilius Syrus, but wrongly so. See Publil. Syr. *Mimi Sententiae*, p. 97, no. 54 Friedrich "Cogit rogando, cum rogat potentior."

4047

426 Cic. *Att.* XIV, 13, 5 (427 abhorret; esse quicquam).

430 After Iuv. 6, 268 f.

4048

433 Cic. *Att.* XIV, 22, 2 (Pilia; 435 τόνδ'). The provenance of the Greek line is unknown.

437 Cic. loc. cit. (438 *Itaque me* I.M.).

439 μὲν Cic.: ἐν (see I. 435 above). The mistake may well go back to Er. himself, who used to work hurriedly. There is a possibility that he intends to correct ἐν, but in such cases it is usual for him to make an explicit observation.

439-440 *illo* etc. Er. quotes from memory a fragment of Sophocles, fr. 855 *TrGF* IV, which is transmitted by Plutarch, *Mor.* 504 c and 810 b: Οὐ μέμφομαί σε· δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις. He translates the line in *Apoth.* VI, *Varie mixta* 82, *LB* IV, 293 D: "De te queror nil: male loquens facis bene", explaining Nestor's words as follows: "Aliquid concedendum est viris fortibus deque republica bene meritis, et bene pensat linguae vitium qui factis egregius est." In *Lingua* (*ASD* IV, 1A, p. 72, ll. 502 f.) Er. attributes the same fragment mistakenly to Homer: "Atque Aiaci quidem intemperantius maledico non indignatur apud Homerum Nestor, quod linguae vitium bene gerendae rei strennuitate pensaret".

LB 1191 [H] TEMPESTAS RERVM 4049

Quum significabimus magnam rerum confusionem, vti licebit illis versibus Homericis quos vsurpat M. Tullius libro Epistolarum ad Quintum fratrem iii.:

445 Ἡματ' ὀπωρινῶ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
 Ζεὺς, ὅτε δὴ γ' ἀνέρεςσι κοτεσσάμενος χαλεπήνη, id est
*Mensibus autumni vehementem Iuppiter hymbrem
 Effundit, quum succensens mortalibus instat.*

Subiicit ibidem protinus alios duos versus, quibus significat ob iniustitiam hominum a superis immitti mala:

450 Ἡ βίη ἐν ἀγορῆ σκολιάς κρίνωσι θεμιστάς,
 Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὅπιν οὐκ ἀλέγοντες, id est
*Inue foro violenta ferunt suffragia pravi, at
 Vindictam accersunt, spernentes iussa deorum.*

[H] ALTIVS OROMEDONTE 4050

455 Theocritus in Thalysia:

Ὡς μοι καὶ τέκτων μέγ' ἀπέχθεται ὅς τις ἐρευνηῖ
 Ἴσον ὄρευς κορυφᾷ τελέσαι δόμον Ὀρομέδοντος, id est
*Sic mihi magnopere faber est inuisus, in altum
 Qui struit, adnitens superare iugum Oromedontis.*

460 Allegoria prouerbialis est, deterrens ab insolentia, ne quis se praeponat iis quibuscum nullo pacto est conferendus. Scholiastes indicat Oromedontem esse montem in insula Co. Suspisor allusum ad poetam Coum, nam paulo post Homerum appellat poetam Chium.

[H] PRIMAS TENERE 4051

465 M. Tullius Ad Quintum fratrem epistolarum libro tertio carmen adfert veluti παροιμιῶδες. *Illud vero, inquit, quod a puero adamaram,*

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

470 *totum occidisse.* Queritur enim illic oppressa republica nullum esse locum vel exercendae virtuti vel tuendae dignitati. Carmen suspisor esse Homeri, quod ita verti potest:

Primas vsque tenere aliosque excellere laude.

Idem vsurpat libro xiii. ad Caesarem.

[H]

AVRICVLAM MORDICVS

4052

475 Et hodie vulgus illiteratum, quum impotentem inimicitiam significant impatien-
temque vindictae cupiditatem, aiunt: *Vel auriculam illi lubens mordicus ampu-*
tassem. M. Tullius Ad Quintum fratrem epistolarum libro tertio: *Ad inimicitias*
res venisset, si cum Esernino Samnite Pacideianus comparatus videretur, auriculam
fortasse mordicus abstulisset, cum Clodio quidem certe rediisset in gratiam. Haec
M. Tullius.

480 Aptius dicitur in hominem qui, quantumuis indignetur, magis cupiat quam
possit laedere. Mulierum enim ac puerorum est auriculam mordicus arripere.

De Esernio siue Esernino et Pacidiano nobis alibi dictum est ex autoritate
Flacci.

[H]

ΦΑΙΝΟΠΡΟΣΩΠΕΙΝ

4053

485 Hac voce M. Tullius videtur delectatus: ita subinde vsurpat in epistolis. Est
autem vultu fronteque praefere hilaritatem ac benevolentiam, quum aliud geras
in animo. Vnde illud Maronis:

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

[H]

FACILES PARTVS

4054

490 Theocritus in Encomio Ptolemaei:

4049

443 Hom. *Il.* XVI, 385 f., quoted by Cic. *Ad Q.*
fr. III, 7, 1 (445 δὴ β' ἀνδρῶσσι; 450 οὐ βέλγῃ εἶν).

4050

455 Theocr. 7, 45 f.

460 *Allegoria prouerbialis est* There is no evi-
dence that the image was in use as a proverb.

461 Schol. ad loc., p. 90 Wendel.

462 *paulo post* Theocr. 7, 47.

4051

465 Cic. *Ad Q. fr.* III, 5, 4.

467 Hom. *Il.* VI, 208, quoted by Cic. loc. cit.
(πολλὸν ἀριστεύειν καὶ ὑπεύροχος; αἰὲν ἀρισ-
τεύειν καὶ ὑπεύροχον ed. Basil. 1528).

469 Hom. *Il.* VI, 208 = XI, 784.

472 Cic. *Fam.* XIII, 15, 2.

4052

474-476 *Et hodie... amputassem* I have been
unable to document this from Dutch
sources; even Suringar (21) fails to give a ver-
nacular equivalent. Wander, III, s.v. Ohr,

1134, quotes 'Ich will ihm die Ohren abreis-
sen' (I want to tear his ears off; no source
given).

476 Cic. *Ad Q. fr.* III, 4, 2 (477 venisset, cum
Aesernino: *venisset si cum Esernino* ed. Basil.
1528; *viderer: videretur* ed. Basil. 1528; 478
redisset).

482-483 *De Esernio* etc. *Adag.* 1498 (Esernius
cum Pacidiano). - Er.' reference to Horace is
due to a lapse of memory. The source of the
expression is Lucilius (fr. 151 f. Krenkel),
quoted by Cic. *Opt. gen.* 6, 17.

4053

485 *Hac... epistolis* Cicero uses the verb, which
he coined himself, only twice (*Att.* VII, 21, 1
and XIV, 22, 2).

486 *vultu fronteque* See *Adag.* 1304 (Ex fronte
perspicere).

487 Verg. *Aen.* I, 209.

4054

490 Theocr. 17, 44 (491 ῥηίδιου: ῥηίδιαι v.l.).

LB II92

Ῥηίδιαι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὐ ποτ' ἐοικότα πατρί.]
*Sunt faciles partus, sed proles nata parentem
 Ore refert nunquam.*

495 Pater est iuxta iureconsultos quem nuptiae designant, sed proles non semper facie
 maritum parientis exprimit, eoque iuxta Flaccum

Laudantur simili prole puerperae.

Quanquam et hic natura ludit varietate, quemadmodum ferme in omnibus.
 Proles non semper refert matrem aut patrem, sed interdum auum paternum aut
 maternum, interdum auiam, interdum patruum aut propatruum.

500

[H]

PRAEFICARVM MORE

4055

Praeficae dicebantur mulieres in hoc conductae, vt in funere lamentarentur ac
 defuncti laudes praedicarent, aliis plorandi modum praeirent, vnde et 'praeficae'
 dictae sunt, quasi 'praefectae'. Ab his iocus sumitur in eos qui simulant amorem
 aut dolorem, quum lucri causa faciant quicquid faciunt. Lucilius citante Nonio:

505

*Mercede quae conductae flent alieno in funere praeficae,
 Multo et capillos scindunt et clamant magis.*

Id imitatus est Horatius:

*Vt quae conductae plorant in funere dicunt
 Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.*

510

Plautus apud Nonium in Friuolaria:

Superauere omnes argutando praeficas.

Conuenit et in illos qui prae inuidia non sustinent laudare nisi vita defunctos.
 Naeuius apud Festum: *Haec quidem me hercle, opinor, praefica est, quae sic mor-
 tuum collaudat.* Id familiare est vxoribus, vt maritum defunctum in alterius inui-
 diam sine fine praedicent. Quadrabit et in illos qui, quum ipsi nihil habeant
 quod laudem promereatur, laudandis aliis affectant videri aliquid. Plautus in Tru-
 culento:

515

*Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro praefica,
 Alios quae collaudat, eapse sese vero non potest.*

520

[H]

SOCRATIS GALLVS AVT CALLVS

4056

Nonius Marcellus e Varrone citat *Socratis gallum* in significationem caluiciei:
*Inuenisse se, quum dormire coepisset tam glaber quam Socratis gallus, esse factum eri-
 cium cum pilis et proboscide.* Sentit quisquis illic loquitur se, quum iret cubitum,
 fuisse leui corpore nec vllos habuisse pilos toto corpore, in somno transformatum

525 in ericium, qui totus hirsutus est et suum more proboscidem habet. Scio locum
 esse mendosum nec me fugit quid habeat Aldina aeditio, quae pro 'gallo' legit
 'caluum'. Lectio tolerabilis esset, si pro 'caluum' legamus 'callum', hoc pacto:
 Inuenisse se, quum dormire coepisset tam glaber quam Socratis callus (siue 'cal-
 lum'), esse factum ericium et caetera. Socrates corporis erat patientissimi, quod
 530 ad omnem laborem occalluerat, ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi. Hinc
 iocus in Socratis callum. Non ignoro quid narrent de gallo deplumato, quem
 Diogenes, ni fallor, immiserat in scholam Platonis, sed magis placet vt legamus
 'callum'. Facilis enim transitus est a c in g, cognatam literam. In corporis parti-
 bus quae callum habent non proueniunt pili, velut in pedum cauo et vola
 535 manuum. Vulgus illiteratum significans nihil esse quod det, ostensa vola manus
 dicere solet: *Hinc mihi pilum euelle!*
 Adagium conueniet in nudos et inopes.

495 Hor. *Carm.* IV, 5, 23.
 4055 Otto 1461.

501-502 *Praeficae... praedicarent* After Non. p.
 92 Lindsay and Fest. p. 250 Lindsay. Er. has
 added the same passage to *Adag.* 1611 (Non
 est laudandus etc.) in the 1533 edition; see
ASD II, 4, p. 94, ll. 181 ff.

502-503 *aliis... praefectae* After Fest. p. 250.
 504 Lucil., fr. 959 f. Krenkel, quoted by Non.
 p. 93 (505 funere / praeficae).

507 Hor. *Ars* 431 f. (508 qui conducti: *quae*
conductae Lucil., cf. l. 505).

510 Plaut., fr. 81, quoted by Non. p. 92 (511
 superaboque omnis).

513 Naevius, p. 231 *Marmorale* (fr. 129 Ribbeck
CRF), quoted by Fest. p. 250.

516 *Plautus* etc. See Non. p. 93, but Er. quotes
 directly from Plautus, *Truc.* 495 f. (519 quae
 alios).

4056

521 Non. p. 151 Lindsay (522 Socratis caluum;
 ericium e pilis albis cum proboscide). Varro,
Men. 490 Buecheler.

526-527 *Aldina... 'caluum'* The reference is
 presumably to the 1527 edition (not seen by
 me); that of 1513 reads "Socrates galbam".
 Aldus printed Niccolò Perotti's *Cornucopiae*
 along with works of Varro and the vocabularies
 by Nonius and Festus in 1513, 1517 and
 1527; see A.A. Renouard, *Annales de l'im-*

primerie des Alde, I, Paris, 1825, pp. 151, 190,
 245.

527 *Lectio... 'callum'* One may note that mod-
 ern editions of Nonius read "caluum".

529-530 *Socrates... humi* See e.g. Plat. *Symp.*
 219 e-220 b; Diog. Laert. II, 27; Xen. *Mem.*
 I, 6, 2.

531-532 *quid narrent... Platonis* Diog. Laert.
 VI, 40 has it that Plato had defined man as
 an animal, two-footed and featherless.
 Whereupon Diogenes plucked a cock and
 brought it into the lecture-room, saying:
 "Here is Plato's man." Er. recounts the story
 in *Apophth.* III, Diogenes 59, *LB* IV, 178 C.

533 *cognatam literam* Er. intends to say rather
 that the letters c and g denote similar sounds
 than that these letters (C and G) are similar
 in form (or does he mean both of these alter-
 natives?).

535-536 *Vulgus... euelle!* Er. refers to the same
 Dutch expression in *Adag.* 1737 (*Caluum vel-*
lis), *ASD* II, 4, p. 174, ll. 530 ff. "Quin hodie
 quoque vulgus, vbi significat nihil esse quod
 adimat, volam manus ostendens iubet inde
 velli quippiam, quod ea corporis pars nemini
 non sit calua." Sartorius, *Adag.* 427, gives the
 expression as "Neemt daer wat wt" ('Take
 what's in here! [lit.:] Take some from this
 here!, that is, from an empty hand). Suringar
 32.

[H]

VT EX BVLGA MATRIS

4057

Nonius Marcellus refert hunc trochaicum tetrametrum catalecticum e Lucilio:

540 *Ita uti quisque nostrum e bulga est matris in lucem aeditus.*

Id ad nuditatem inopiamque referri potest. Potest et ad aequam omnibus vitae conditionem. Natiuitas enim non distinguit Croesum ab Iro, non regem a plebeio. Eaedem sunt voces reginae parturientis et mendicae. Idem vagitus caesaris emergentis et tenuissimi cuiuslibet. Neque mundius est cauum vnde se profert monarchae filius quam vnde prodit ancillae proles.

545

LB 1193

Festus indicat vocem esse Gallorum, qui folliculos aut | crumenas aut sacculos scorteos, hoc est e pellibus factos, olim appellabant *bulgas*. Lucilius satyrica libertate matricem siue vuluam bulgae nomine designauit. Quod Graeci dicunt *Nudus tanquam ex matre* alibi nobis commemoratum est.

550

[H]

ESVRIENTI LEONI PRAEDAM EXCVLPERE

4058

Nonius Marcellus ex Lucilio citat hunc versum:

Vt esurienti leoni ex ore exculpere praedam.

Versus constat, si amoueas ‘vt’ aut, quod vero propius est, pro ‘vt’ legas ‘vi’ et si in ‘esurienti’ corripiatur ‘ti’ aut si legas ‘esuriente’. Metrum durius est, quod nullam habeat caesuram, sed non abhorrens a compositione Lucilii.

555

Adagium simillimum est illi quod alias retulimus, *clauam extorquere de manu Herculis*, et *lupo agnam eripere*.

[H]

HALOPANTA

4059

Halopantam veteres appellabant omnia mentientem. Plautus in *Curculione*:

560 *Edepol nugatorem lepide nactus est hunc Phedromus.*

Halopantam an sycophantam magis hunc dicam nescio.

565

570

Verba sunt militis conquerentis de *Curculione*, qui annulo militis imposuerat lenoni. Nonius Marcellus citans hunc Plauti locum haec refert: *Halopantam aut sycophantam: hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur*. Festus hunc in modum: ‘*Halopanta*’ significat omnia mentientem. Πάντα enim Graeci omnia, ἀλιτόμενον fallentem appellant. Quantum autem tribuendum sit eiusmodi fragmentis non minus deprauatis quam decurtatis nescio. Aldina aeditio habuit aliam etymologiam, sed magis etiam mendosam. Nam si ‘halopanta’ venit ab ἀλέω siue ἀλιτεύομαι, neutra dictio habet primam aspiratam et vtraque corripit primam, quum apud Plautum sit producta, vt exigit trochaici carminis ratio. Rursus si venit ab ἄλος, conuenit quidem aspiratio, sed haec quoque vox habet primam breuem. Adde quod est noua compositionis forma a

nomine non a verbo – mollius erat πανθαλήτης. Quoniam autem est in his vocibus duabus schema προσονομασίας, propius alludit ad sycophantam ‘halophanta’ quam ‘halopanta’. Ἀλοφάντης autem dici videtur qui defert eos qui telonas conantur fraudare vectigalibus, quemadmodum sycophantae dicti sunt qui deferebant exportantes ficos Athenis. Si legamus ἀλλοφάντην, quasi ‘aliena loquentem varieque mentientem’, conuenit quidem metri ratio, sed abiicienda est aspiratio primae vocalis. Metrum tamen constabit, si Graece pronuncies ‘Halophanten aut sycophanten’. Tum enim in primo loco erit anapaestus pro spondaeo. Plautus autem non raro graecissat in comoedia. Verum hoc doctis relinquo discutiendum.

556 extorquere *H*: extorquere *I*.

4057 Otto 1248.

539 Non. p. 109 Lindsay. Lucil., fr. 676 Krenkel.

542 *Croesum* See *Adag.* 574 (Croeso, Crasso ditior).

Iro See *Adag.* 576 (Iro, Codro pauperior).

546 Fest. p. 31 Lindsay “Bulgas’ Galli sacculos scorteos appellant.” Er. has taken the synonymous words *folliculos*, *crumenas*, *sacculos* from Non. p. 109, adding *scorteos*, *hoc est e pellibus factos* from Fest. p. 443.

549 *alibi Adag.* 1744 (Nudus tanquam ex matre).

4058 Otto 935.

551 Non. p. 146 Lindsay “Idem (*sc.* Lucilius Satyrarum) VII: esuriente leoni...” (VII Mueller: uti codd.; esuriente: *esurienti* codd.). Er. follows the Aldine 1513 ed., which reads “Idem, uti esurienti leoni...” See Lucil. fr. 277 Krenkel.

554–555 *Metrum durius...* *Lucilii* According to Hor. *Sat.* I, 4, 8 Lucilius was “durus componere versus”.

556–557 *Clauam* etc. *Adag.* 3095 (Clauam extorquere Herculi) and 1680 (Lupo agnum eripere postulant).

4059

559 *Halophantam...* *mentientem* After Fest. p. 90 Lindsay.

Plaut. *Curc.* 462 f. (560 lepidum lepidum hunc nactus Phaedromus [*Phedromus* v.l.]; 561 Halophantam an sycophantam †hunc magis hoc† esse dicam nescio).

562 *Verba sunt militis* Some Mss. and the ed. Mediol. 1500 give the passage to the soldier, not to the Chorus, as modern editors do.

563 Non. p. 172 Lindsay.

565 Fest. p. 90 “Halapanta significat omnia

mentientem, ab eo, quod halet omnia. Ἄλην enim Graeci τὴν πλάνην, id est fallentem, appellant.” Er. follows the ed. Mediol. 1500. In doing so, he has changed “Halapanta” into *Halopantia*.

566–567 *Quantum...* *nescio* Er. also complains about the faulty and fragmentary state of Festus’ vocabulary in *Adag.* 1924, *ASD* II, 4, p. 292, ll. 265 ff.; see n. ad loc.

568 *Aldina aeditio* That is, the Festus edition of 1513, which reads “Halapanta significat omnia mentientem, ab eo quod habet [!] omnia; alin enim graeci τὴν πλάνην, idest fallaciam dicunt.” (For this edition see *Aldo Manuzio editore. Dediche, prefazioni, note ai testi*, ed. C. Dionisotti-G. Orlandi, Milano, 1975, no. 80.)

569 ἀλέω Er. erroneously takes this to mean ‘err, wander’; see *Adag.* 3791, p. 173, n.l. 10.

571 ἅλως Er. means indeed ‘salt’.

574 *schema προσονομασίας* Er. frequently uses *prosonomasia* instead of the correct term ‘paronomasia’; see *Adag.* 3730, p. 145, n.l. 377.

574–576 ‘*halophanta*’... *vectigalibus* Through conjecture Er. arrives at the reading adopted in modern editions, of Plautus, that is. The word *halophanta*, supposedly formed by Plautus, is unknown anyway. The explanation given by Er. is based on the assumption that the Athenian state charged excise on salt. – *telonas* A Grecism, meaning ‘tax-collectors’; it is used by other humanists too; see R. Hoven, *Lexique de la Prose Latine de la Renaissance*, Leiden, 1994, s.v.

576–577 *sycophantae...* *Athenis* Probably after Fest. p. 392. See *Adag.* 1281 (*Sycophanta*).

[H] QVADRA PROPRIA 4060

Et hodie vulgo dicitur nihil aeque sapere vt cibum proprium domi sumptum.
 585 Nonius citat hoc hemistichium ex Priapeis Catulli: *De meo ligurire libido est.*
 ‘Ligurire’ dixit pro ‘gustare cum voluptate’. At dii Homerici malunt inuitari ad
 nidores hostiarum quam viuere οἰκόσιτοι. Citat et ex Plauti Persa:

Tuburcinari de suo, si quid domi est.

[H] MANSVM EX ORE DARE 4061

590 Quos tenere amamus, his *mansum ex ore dare* dicimur, quod a matribus ac nutri-
 cibus mutuo sumptum est. Lucilius citante Nonio:

*Sperans, si aetatem eandem proferre potesses,
 Mansum ex ore daturum.*

600 Quanquam M. Tullius et Aulus Gellius paulo diuersius vsurparunt *praemandere*,
 quemadmodum antea monuimus.

[H] MEDVLLITVS, OCVLITVS 4062

Intimum affectum veteres variis modis exprimebant: *ex corde, ex animo, toto pec-
 tore*, de quo diximus, *penitus, ex intimis praecordiis, medullitus, animitus, oculitus*.
 Plautus apud Nonium in Cornicibus:

600 *Qui amant ancillam meam Sedulium oculitus.*

Amantium enim est *oculum* appellare quod vnice charum est. In Mustellaria:
Euge, oculus meus! Rursus:

Volo placere meo Philolacheti, meo oculo, meo patrono.]

LB 1194 [H] SAPIENTIA GVBERNATVR NAVIS 4063

605 Dictum est a sapientissimis viris etiam in bellis plus habere momenti consilia
 quam vires. Idem eleganter expressit Titinnius citante Nonio:

Sed in sapientia gubernator nauim torquet, non valentia.

[H] NOVVM CRIBRVN NOVO PAXILLO 4064

610 Nequaquam obscurum est prouerbio fuisse iactatum quod Nonius citat ex Var-
 ronibus Eumenidibus: *Vbi dicitur primus Zeno nouam haeresim nouo paxillo suspen-
 disse.* Zenonem notat, qui primus Athenis inuexit sectam Stoicorum idque nouis
 rationibus ac paradoxis. Idem in Bimargo:

Nouum vt cribrum nouo paxillo pendeat.

Sic enim habet Aldina aeditio.

615 Quadrabit in eos qui noui quippiam comminiscuntur.

[H]

SARCINATOR SVMVM CENTONEM

4065

Apud eundem citatur hic versus ex Lucilio:

Sarcinatoris esse summum suere centonem optime.

587 quam *H*: quaam *I*.

591 citante *H*: citate *I*.

600 amant *supplevi*: om. *H I*.

601 *Mustellaria I*: *Mustelaria H*.

4060

583 *Quadra propria* A variation of Iuv. 5, 2 "aliena vivere quadra"; see *Adag.* 2, iii (Choenici ne insideas), *ASD* II, 1, p. 90, ll. 822 f. "Parasiticum enim ac foedum *aliena vivere quadra* nec ullam artem callere, qua possis οἰκίστοσ viuere."

584 *Et hodie... sumptum* The reference is to a vernacular expression, perhaps "sijn eigen kantken knaghen" (to chew one's own chunk of bread), quoted by Suringar 180 from Servilius, *Adagiorum epitome*, p. 216. For this expression see *Woordenboek der Nederlandsche taal*, VII, 1, s.v. kant, 1338.

585 Non. p. 195 Lindsay (ligurrire). Catull., fr. 2 Schuster.

586-587 *dii... οἰκίστοισι* After Lucian. *De sacr.* 9. Cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 76, ll. 98 ff.: Without the help of the god of riches the Olympic gods "aut omnino non essent aut certe οἰκίστοισι sane quam frigide victitarent."

587 Plaut. *Persa* 122, quoted by Non. p. 263.

4061

591 Lucil., fr. 1001 f. Krenkel, quoted by Non. p. 204 Lindsay (592-593 sperans aetatem eadem [*eandem* codd.] <me> / haec profferre potesse et mansum ex ore daturum).

594-595 *M. Tullius* etc. See *Adag.* 1933 (Praemansum in os inserere).

4062

597-598 *Intimum... diximus* See *Adag.* 326 (Toto pectore).

598 *ex intimis praecordiis* I have not found an exact source for this phrase. For the combination "intima praecordia" see Verg. *Aen.*

VII, 347; Ov. *Met.* IV, 507; *Her.* 16, 135.

598-600 *medullitus... oculitus* Non. p. 215 Lindsay.

599 Plaut., fr. 67, quoted by Non. p. 215 "Plautus Cornicula: Amant ancillam meam Pheidulium oculitus." The Aldine 1513 ed. of Nonius reads "Plautus, corni qui amant ancillam meam fedulium oculitus."

601 Plaut. *Most.* 311.

603 *Most.* 167 "Volo me placere Philolachi, meo ocello, meo patrono." Er. has slightly changed the text of the ed. Mediol. 1500, which reads "Volo meo placere Philolacheti, meo ocello, meo patrono."

4063

605-606 *Dictum... vires* See *Adag.* 2975 (Imperator bonus et idem robustus miles), *ASD* II, 6, p. 574, ll. 591 ff.

606 Titinius, fr. 127 Ribbeck *CRF*, p. 178, quoted by Non. pp. 28, 274 and 807 Lindsay "Titinius Setina: Sapientia gubernator navem torquet, non valentia."

4064 Otto 464, 1.

609-610 Non. p. 224 Lindsay (610 Zenon). Varro, *Men.* 148 Cèbe IV.

612 *Idem* Varro, *Men.* 56 Cèbe II, quoted by Non. loc. cit. (*Idem* Bimarco: ut novum cribrum). The Aldine edition of Nonius of 1513, col. 1283, ll. 17 ff, reads: "Idem Bimargo: Ut novum cribrum novo paxillo pendeat."

4065 Otto 371.

617 Lucil., fr. 799 Krenkel, quoted by Non. p. 258 Lindsay (618 sarcinatore[m] [sic et ed. Ald. 1513]).

Videtur esse versus trochaicus tetrameter catalecticus, et constat eliso s in ‘sarcinatoris’. ‘Sarcinator’ a sarcina dicitur, non a sarciendo. Conuenit cum illo quod
620 alibi retulimus, ‘Boni poetae est in extremo actu esse optimum’. Lucilianum tamen dictum germaniorem ac venustiore[m] habet adagii speciem.

[H]

PRAELIO VICTVS, NON BELLO

4066

Non statim victor est qui in vno alteroue negotii actu discessit superior, sed qui
625 totam causam euicit. Praelium enim est conflictus bellicus, bellum totum hoc tempus dicitur, etiamsi cessetur a praeliis aut si intercedant induciae. Sola pax finit bellum, induciae dirimunt congressus. Nonius hos trochaicos citat ex Lucilio:

Vt Romanus populus victus vi et superatus praeliis
630 *Saepe multis, bello vero nunquam, in quo sunt omnia.*

Congruit illi *Vir fugiens et denuo pugnabit.*

[H]

CVRRE DENVO!

4067

Τρέχ' αἰθις, id est *Curre denuo!* Hoc ita refertur a Luciano in tragoedia cui titulus Ὠκύπους quasi sit in tonstrina natum. Quanquam totum hoc poematione
635 mendis scaret nec vllam habet micam salis Lucianici. Inducitur illic podagrosus iuuenis, qui tamen affectabat videri Ὠκύπους. Is rogatus a sene vnde accidisset pedis dolor respondit se, cum magna celeritate curreret, distinxisse talum atque hinc esse cruciatum. Huic respondet senex:

Τρέχ' αἰθις, ὡς τις εἶπον ἢ καθήμενος
640 Πώγωνα τίλλει κουρέων ὑπ' ὠλέναις.

Si legas εἶπεν δεσ, sensus erit: *'Curre denuo!'*, sicuti dixit quidam qui sedens vellit
645 *barbam sub cubitis tonsorum*, hoc est qui curatur a tonsore. Podagrosi remedium petunt a tonsoribus et tamen nolunt videri podagram, sed pedem alioqui laesum, vt ex immodico cursu. Interim aliquis eorum qui tondentur, sentiens fictam esse causam, respondet: Τρέχ' αἰθις. Nam id solet esse remedium in simili malo. Posteaquam enim neruus incaluit violento motu, cessat dolor. Quod quotidie videre est in equis, qui post cursum aut non claudicant aut leuius claudicant.

Probabilius tamen est pro κουρέων legendum κουριῶν, participium a verbo κουριᾶν, quod est ‘hirsutum esse et tonsoris egerē’: *Quemadmodum aliquis dixit,*
650 *qui sedens in tonstrina vellit barbam quam habet hirsutam sub alis.* Illic enim desiderant ociosi et garruli. Horatius:

Cultello proprios purgantem leniter unguet.

Haec mea diuinatio si cui non placet, sequatur quod magis arridet. Res non est magni momenti.

655 [H] NVTRICIS PALLIVM 4068

Nutrices, quoniam tractant infantes, saepe vestes habent bua, saliuā, mictu foriaque contaminatas. Vnde Plautus in Bacchidibus:

*Si vnam peccauiſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum quam eſt nutricis pallium.*

660 In arcanis literis crebra mentio panni menſtruatæ.

[H] CVM RAMENTO 4069

Tropo prouerbiali *cum ramento reddidiſſe* dicitur qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum. Sumptum apparet a fabris aerariis, qui ſibi ſeruant quod lima

637 reſpondit *I*: reſpondet *H*.

640 Πώγωνα *H*: Πώγωνα *I*.

619 *eliso s in 'sarcinatoris'* According to Er. it is neceſſary to elide the final *s* of *sarcinatoris* for a correct ſcanſion of the trochaic line in queſtion. Modern editors, however, read “*sarcinatore*”, which ſolves the problem (ſee the final note).

620 ‘*Sarcinator*’... *sarciendo* The editors of the *Oxford Latin Dictionary* endorse the ſame view. Lewis and Short, by contrast, derive it from ‘*sarcire*’.

620–621 *illo... optimum* Er. has diſtilled this maxim from Cic. *Ad Q. fr.* I, 1, 46, quoted in *Adag.* 135 (Supremum fabulæ actum addere), *ASD* II, 1, p. 250, ll. 868 ff. There (l. 878) Er. quotes the ſame line of Lucilius. He apparently interprets it to mean ‘A good mender ſews his laſt bit of patchwork beſt.’ Modern editors of Lucilius, who read “*sarcinatore*” with the Mss., interpret the line differently: “*sei der trefflichſte Flickſchneider, ſtopple am beſten ein Flickwerk zuſammen*” (Krenkel, fr. 799). Charpin, II, p. 175, translates likewise “*c’est un excellent ravaudeur; il coud les pièces à la perfection.*”

4066

625–626 *Praelium... dicitur* After Non. p. 703 Lindsay.

627 Non. loc. cit. (629 *vei* Mueller: *vi et* codd., Krenkel; 630 *saepe est multis*). See Lucil. fr. 683 f. Krenkel.

631 *Vir... pugnabit* See *Adag.* 940.

4067

633 Ps. Lucian. Ὠκύπους 58. Er. has changed

Πάλιν τρέχ’ to Τρέχ’ αὔθις.

tragoedia In the introduction to *Swift-of-foot* the poem is deſcribed as a ‘play’ (δρᾶμα). Er. translates ‘tragedy’, perhaps jokingly.

635 *nec ullam... salis* Catull. 86, 4 “*nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis*”; the line is diſcuſſed in *Adag.* 1251 (*Salsitudo non ineſt illi*).

639–640 Ps. Lucian. loc. cit. (Πάλιν τρέχ’ codd., ſic et ed. Ald. 1522; εἶπεν δς: εἶπον ἡ cod. et ed. Ald.; 640 *κουριῶν: κουρέων* codd. et ed. Ald.).

641 *Si legas* εἶπεν δς Er.’ conjecture has been adopted by modern editors.

642–643 *Podagrosi... tonsoribus* It may be recalled that barbers alſo acted as chiropodists (ſee Plaut. *Aul.* 312) and, at leaſt in Er.’ times, even as phyſicians. In *Adag.* 570 (*Notum lippis ac tonsoribus*) Er. obſerves in fact: “*lippi in tonsorum officinis deſident, experentes remedium oculorum.*”

643 *et tamen... laesum* Er., who ſuffered from gout himſelf, obſerves in *Adag.* 3821 (*De reduuia queritur*): “*Hoc affectu ſunt complures vt etiam apud medicum diſſimulent morbum, praecipue podagrici.*”

648 *pro κουρέων legendum κουριῶν* This conjecture, too, has been adopted by modern editors.

651 Hor. *Epist.* I, 7, 51.

4068 Otto 1325.

657 Plaut. *Bacch.* 433 f.

660 *In arcanis* etc. Only in *Esth.* 14, 16 and *Is.* 64, 6.

deraserint. Plautus in Bacchidibus: *Quia patri omne cum ramento reddidi*. 'Cum ramento' additum ἐπι-τάσσεως gratia. Idem velut interpretatur subiiciens: *Omne oppido*, hoc est 'Omne prorsus'.

Cum puluisculo et cum erugine alias nobis dicta sunt. Plautus in Rudentibus:

Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.

[H]

MORTVO VILIOR

4070

670 Nihil abiectius cadauere. Plautus in eadem fabula:

Eia, bonum habe animum. Vnde habeam? Mortuus pluris precii est quam ego sum.

Et in Persa quidam alterum per contemptum appellat *morticinum*:

Non hercle, si os praeciderem tibi, metuam, morticine.

675

[H]

QVAM CLINIA EX DEMETRIO

4071

Plautus in eadem fabula:

*Plura ex me audies hodie mala
Quam audiuit vnquam Clinia ex Demetrio.*

680 Quidam eruditi hoc loco pro 'Clinia' legunt 'Lamia'. Et verum est Lamiam fuisse supra modum adamatam a Demetrio rege Macedonum, quo nomine ipse quidem male audiebat vulgo, sed eam a rege fuisse conuiciis affectam nusquam legimus. Praeterea vocem Lamiam carminis ratio non admittit. Vero propius est sumptum e comoedia Turpilius cui titulus Demetrius vel alia quapiam vbi pater prolixius et acerbius obiurgat filium. Talis enim inducitur Clinia in Sene seipsum
685 excruciente, qui a patre nimium saepe nimiumque acerbe obiurgatus tandem profugit in militiam. Et haud scio an ad hanc fabulam alludat Plautus, nam fieri potest vt Terentius pro Demetrio senem appellarit Menedemum. Nec obstat quod Terentius Plauto fuit posterior, quum Graecus autor fabulae fuerit vtroque prior.

690

[H]

PLENO GRADU

4072

Qui leuiter rem quampiam attigerunt *summo pede* dicuntur *ingressi*, contra qui magno studio instituerunt aliquid *pleno gradu* dicuntur *ingressi*. Trebonius Ciceroni libro xii.: *Nam illum paratum, vt video, et ingressum pleno gradu cohortari non intermitterem, quo in dies longius discendo exercendoque se procedat.*

695

[H]

AD PILA VBI VENTVM

4073

M. Tullius in libello De re militari, [I] si tamen non fallit titulus, [H] *Prima*

700 *autem inquit et secunda acies, quum ad pila, vt dicitur, ventum fuerit, totum sustinet bellum.* Pilum autem est genus hastae Romanae breuius. Itaque, quum de propinquo res geritur, 'ad pila ventum' dicitur. Videor mihi alicubi hoc adagium retulisse, sed in praesentia locus non occurrit.

[H]

VELATIS MANIBVS ORARE

4074

Qui suppliciter orant *velatis manibus orare* dicuntur. Sumptum ab antiquo more oratorum quo qui pacem petitori venirent ramum oliuae praetendebant. 'Velatas' autem dictum arbitror pro 'vittatis'. Plautus in Amphitryone:

705 *Postridie in castra ex vrbe ad nos veniunt flentes principes,
Velatis manibus orant, ignoscamus peccatum suum.*

671 precii I: percii H.

680 a Demetrio I: ab Antigono H.

696 libello I: oratione H.

697 inquit I: om. H.

4069 Otto 1503.

664 Plaut. *Bacch.* 680 f. (665-666 Oppido: *Omne oppido* ed. Mediol. 1500).667 *Cum puluisculo... sunt* See *Adag.* 1785. Plaut. *Rud.* 845.

4070

670 Plaut. *Bacch.* 630 (671 Heiia: *Eia* v.l. et ed. Mediol. 1500; pretist: preciiist ed. Mediol. 1500).673 *Persa* 283 (674 *perciderim*).

4071

676 Plaut. *Bacch.* 911 f. (677 *audiet*).679 *Quidam eruditi* The reference is to Giambattista Pio and his commentary on Plautus (Milan, 1500), ad loc.679-681 *Lamiam... vulgo* Regarding the burning passion of Demetrius Poliorcetes for the courtesan Lamia see Athen. XIII, 577 c-f and Plut. *Demetr.* 27.682-684 *Vero propius... filium* Er. owes this suggestion to Pio, who knew the title *Demetrius* from the grammarian Diomedes, I, Keil, *Gr. Lat.* I, p. 402, ll. 12 f. The comedy in question is not extant. The assumption that Plautus refers to some lost play is in itself correct.684-686 *Talis... militiam* Ter. *Heaut.* 97-117.

4072

691 *Qui... ingressi* See *Adag.* 3859 (Summo

pede).

692-694 Cic. *Fam.* XII, 16, 2.

4073 Otto 1419.

696 Veg. (!) *Mil.* III, 14 (697 *cum ad spathas et ad pila*). Er. has used Cratander's edition of Cicero (Basel, 1528). It includes an *Appendix de re militari*, on which Cratander notes (III, f. 385): "incerto autore, quanquam Ciceroni tribuatur, haud scio quam recte". I am indebted to U. Dill for information given.For the reception of Vegetius see J.A. Wisman's article in F.E. Cranz, ed., *Catalogus translationum, et commentariorum: Medieval and Renaissance Latin Translations and Commentaries* VI, Washington, 1986, pp. 175-184.699 *alicubi* See the close of *Adag.* 329 (Cominus atque eminus).

4074

703 *qui pacem... praetendebant* See e.g. Verg. *Aen.* VIII, 116 "paciferaeque manu ramum praetendit olivae" and the comments by C.J. Fordyce on *Aen.* VII, 154.703-704 'Velatas'... pro 'vittatis' 'Vittae' were the strands of wool with which the olive-branch of the suppliant was wreathed; see Verg. *Aen.* VIII, 128 "et vitta comptos voluit praetendere ramos."704 Plaut. *Amph.* 256 f.

[H]

CICADAE SIBI CANENT

4075

Οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται, id est *Cicadae sibi ipsis ex humo canent*. Hoc exemplum Aristoteles libro iii. adducit ex Stesichoro schematis quo quis dicit quod non dicit. Nec aliud addit vnde possis dicti sensum deprehendere, nisi quod suspicor poetam his verbis comminatum iis a quibus erat laesus, quos si vlscisci alioqui non posset, certe carminibus suis esset | illos infamiae traditurus. Adducit idem eiusdem operis libro ii. inter sententias obscure dictas: "Ὅπερ Στησίχορος ἐν Λοκροῖς εἶπεν, ὅτι οὐ δεῖ ὕβριστὰς εἶναι, ὅπως μὴ οἱ τέττιγες χαμόθεν ᾄδωσιν, id est *Quod quidem Stesichorus apud Locrenses dixit, non oportere cuiquam iniuriam facere, ne cicadae ex humo canant*. Cicadae poetarum habent symbolum, χαμόθεν dixit ob inopiam et conditionis humilitatem. Vnumquodque animal minatur his armis quibus a natura instructum est. Poetae praeter versus nihil habent, quibus tamen hominem vel album vel nigrum ad posteros transmittunt. Vnde et Plato dicitur amicos admonere solitus ne quem hominem poeticum sibi redderent inimicum. Est enim, vt ait Flaccus, *genus irritabile vatium* et in his sunt qui *foenum habeant in cornu*.

Doctis tamen nonnullis placet alio spectare Stesichori dictum. Quoniam cicadae solent Marone attestante in arboribus canere, apparet Stesichorum ciuilliter hoc aenigmate Locrenses admonere ne per petulantiam a finitimorum iniuriis parum temperantes tandem arma illorum in se concitent; qui cum exercitu fines illorum ingressi quicquid arbustorum sit in agris hostiliter excidant itaque fiat vt cicadae illis iam humi canere incipiant, sublati arboribus quibus insideant. Fortasse tale quiddam refert Gregorius Nazianzenus, cuius in hoc opus commentarios vidimus Venetiae.

[H]

FAMA PRODIT OMNIA

4076

Aeschines in oratione Contra Timarchum refert sententiam Euripidis:

Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἀν μυχῶ δείκνυσι γῆς, id est
Virum bonum fama aperit vel in terrae cauis.

735 Interpretatur autem hoc sensisse poetam, non viuientium tantum virtutem illustrari fama, verum etiam sepulcorum. Terra corpus tegit, sed fama non sinit occultari quod quis bene gessit in vita. Eodem in loco citat Hesiodi versum quem antea commemorauimus:

740 Φήμη δ' οὐτις πάμπαν ἀπόλλυται ἕντινα λαοί
Πολλοὶ φημίζουσι· θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

Quem locum citat et in oratione Περὶ τῆς παραπροσβείας.

[H]

BOEOTISSARE

4077

Inter conuicia quibus Aeschines lapidat Demosthenem etiam illud obiecit quod

745 Boeotorum more vociferaretur immodice et indecore: Ταῦτα δέ μου μεταξύ λέγοντος, ἀναβοῶ παμμέγεθες Δημοσθένης, ὡς ἴσασι πάντες οἱ συμπρέσβεις ἡμῶν καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς βιωπιᾶζει, id est *Haec me loquente vehementer exclamat Demosthenes, quemadmodum sciunt omnes qui nobis in ea legatione fuere*

708 Οἱ *H I*: ὁ *MS*.

709 ex Stesichoro *H I*: add. *MS*.

712 vliscisci *H I*: vlisciscisci *MS*.

713-715 Adducit... ἄδωσιν *H I*: add. *MS*.

4075

708 Aristot. *Rhet.* III, II, 6 (αὐτοῖς: ἐκαστοῖς v.l.).

709 Aristot. loc. cit. Stesichorus, fr. 104 b *PMG*, p. 140.

713 *idem* etc. *Rhet.* II, 21, 8.

716 *Cicadae*... *symbolum* See *Adag.* 900 (*Cicada vocalior*).

717-718 *Vnumquodque*... *instructum est* Er. develops this theme in *Adag.* 3001 (*Dulce bellum inexpertis*), *LB* II, 952 B.

719 *vel album vel nigrum* For this phrase see *Adag.* 599 (*Albus an ater sis nescio*).

720 In Plat. *Min.* 320 e Socrates advises μηδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῶ μηδενί. I owe this reference to S.R. Slings.

721 Hor. *Epist.* II, 2, 102; *Serm.* I, 4, 34 "Faenum habet in cornu". The latter expression is the subject of *Adag.* 81.

723-728 *Doctis*... *insideant* The reference is to Pier Vettori (Victorius) and his *Commentarii in tres libros Aristotelis de arte dicendi*. Vettori observes (ed. Florentiae, 1548, p. 385): "significavit (Stesichorus) obscure quod incommodum illos expectaret, qui contumelia adversos potentes fortunatosque populos ac reges uterentur. Agri enim postea ipsorum devastantur et omnes ita inde arbores excinduntur ut ubi considant cicadae non habeant, sed humi cogantur cantilenam illam suam exercere." Modern commentators of Aristotle's treatise give the same explanation.

723-724 *cicadae*... *canere* Verg. *Ecl.* 2, 13 "sole sub ardenti resonant arbusta cicadis."

728-730 *Fortasse* etc. Er.' memory fails him; there is no evidence that Gregory of Nazianzus ever wrote a commentary on any

715-716 id est... canant *H I*: om. *MS*.

716-717 *symbolum* *H I*: *symbolum*, et *MS*.

720-730 Vnde... Venetiae *H I*: om. *MS*.

treatise by Aristotle. Er. is thinking back to his stay in Venice (1508), where the members of the Aldine circle had received him well, as he relates in *Adag.* 1001 (*Festina lente*), *LB* II, 405 D. Aldus Manutius himself, Janus Lascaris, Baptista Egnatius and other humanists had shown him Greek manuscripts that he had never seen before. In this connection Er. mentions the alleged work by St. Gregory for the first time, claiming that he had been shown "Aristotelis Rhetorica cum scholiis Gregorii Nazianzeni". See also D.J. Geanakoplos, *Byzantium and the Renaissance. Greek Scholars in Venice*, Hamden, Conn., 1973², pp. 256-278; L.-E. Halkin, *Ér. en Italie*, in: J.-C. Margolin, ed., *Colloquia Erasimiana Turonensia*, I, Toronto, 1972, p. 42. For the works of Gregory of Nazianzus see B. Altaner-A. Stuiber, *Patrologie. Leben, Schriften und Lehre der Kirchenväter*, Freiburg, 1980⁹, pp. 298 ff.; F. Lefherz, *Studien zu Gregorius von Nazianz: Mythologie, Überlieferung, Scholiasten*, Bonn, 1958; A.C. Way, in: P.O. Kristeller-F.E. Cranz, ed., *Catalogus translationum et commentariorum: Medieval and Renaissance Latin Translations and Commentaries* II, Washington, 1971, pp. 43-192.

4076

732 Aeschin. I, 128. Eurip., fr. 865 Nauck.

737-740 *Eodem* etc. Hes. *Erg.* 763 f., quoted by Aeschin. I, 129 (740 φημιζωσι: φημιζουσι v.l.).

738 *antea* *Adag.* 3734 (*Rumor publicus non omnino frustra est*).

741 *in oratione* etc. Aeschin. 2, 144.

4077

743 Aeschin. 2, 106 (744 δ' ἐμου).

collegae. Nam praeter alia mala etiam boeotissat. In clamore fit allusio ad boum mugitum. Quanquam βοιωτιάζειν accipi potest pro *fauere Boeotorum partibus.*

750 [H] SVRCVLVS SVRCVLVM FERENS 4078

Qui singuli sunt infirmi tamen concordia iuncti multum habent roboris. Ita Ennius apud Festum:

Vnus surus surum ferret, tamen defendere possent.

LB 1197 Veteres enim, vt Festus admonet, ‘surum’ dicebant, vnde nos dici|mus ‘surculum’
755 diminutiue. Non me fugit carmen esse vitiatum etiam in Aldina aeditione; for-
tasse legendum: ‘Si vnus surum surus ferret, eum (aut ‘se’) defendere posset’ (aut
‘possent’). Stirps habet robur, surculi nihil habent virium nisi iuncti.

[H] SALACONES 4079

760 Quemadmodum Irus et Codrus ob inopiam in vulgi fabulam abierunt, ita et
Salacon quidam extremae paupertatis homo effecit vt omnes fortuna tenui *Sala-*
cones dicerentur et ipsa paupertas *salaconia*. Meminit Hesychius, sed idem indicat
eodem nomine fuisse notatos fastuosos et arrogantes, vnde ductum sit verbum
σαλακωνίζειν καὶ σαλακωνεύειν pro eo quod est *fracto delicatoque gradu incedere*.
765 Addunt testem Theophrastum, qui *σαλάκωνα* dixerit eum qui sua profundit
temere. Ex his colligere licet adagii conuicium non haesisse in quosuis pauperes,
sed in eos duntaxat qui fastu luxuque redacti sunt ad inopiam. Vox autem dicta
videtur a verbo *σαλάξει*, quod est *labefactari* et *ad ruinam tendere*.

[H] ARCHILOCHI MELOS 4080

770 Ἀρχιλόχου μέλος, id est *Archilochi cantio*, dicebatur hymnus qui ad multos pote-
rat accommodari, qualem ferunt Archilochi fuisse repertum, qui fuerit ante Pin-
darum et alios hoc genus lyricos qui singulos propriis laudibus exornabant.
‘Archilochi carmen’ erat idem in omnes. Quod cithara canebatur. Citharoedus
tantum ad singula cantionis interualla victorum nomina voce sua repetebat,
veluti si Herculem laudabat, accinebat: *‘Tenella callinice χάρ’ ἄναξ Ἡράκλεις’* aut
775 aliud, si quem alium canebat. Huic non dissimile est quod refert Horatius de pic-
tore qui depicta cupresso nautam rogabat ecquid vellet addi.

Quadrabit in rem priscam ac rudem.

Meminit Aristophanis et Pindari interpres. Sumptum est e Pindari Olympio-
rum encomio septimo: Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος φωνᾶεν Ὀλυμπία, καλλίνικος.
780 Quo quidem loco varia commenta refert enarrator, quae repetere non videtur ad
hoc quod agimus necessarium.

[H]

ΟΛΟΕΧΙΝΟΣ

4081

LB 1198 Antea retulimus ex oratione Aeschinis περι ὄλοσχοίνου ἀβρόχου, quum lexicographi pro ὄλοσχοίνου habeant ὄλοεχίνου. Qui adiecit scholia in Demosthenem citat orationem Aeschinis aduersus Demosthenem Περι παραπρεσβείας et Theophras-

785

762 ductum *I*: deductum *H*.
769 id... cantio *H I*: om. *MS*.
770-781 qualem... necessarium *H I*: quale fe-

runt ab Archilocho, tantum accinebantur nomina victorum, Tenella et Callinicus *MS*.

748-749 *In clamore... mugitum* Er. takes βοιωτιάζει to be synonymous with ἀναβοῶ (shouts aloud), on the strength no doubt of καὶ γὰρ. His observation that Aeschines alludes to the bellowing of cattle is inspired by the etymological connection between βοιωτιάζει and βοῦς. According to him, the name Boeotus derives from βοῦς and ὄτα (ears) (*Adag.* 2148 'Boeotia auris', *ASD* II, 5, p. 132, ll. 649 f.). As a matter of fact Boeotia owes its name to its cattle-pastures; see Liddell-Scott, s.v.

749 βοιωτιάζειν etc. 'To side with the Boeotians' is indeed the sense required in the passage under discussion (see Aeschin. 3, 139). At the same time, a word-play as suggested by Er. seems plausible.

4078

751 *Qui... roboris* See *Adag.* 2763 (Concordia fulciuntur opes etiam exiguae).

752 *Enn. Ann.* 525, quoted by Fest. p. 383 Lindsay. See *Enn. Ann.* 540 Skutsch.

755 *Aldina aeditione* See the Venice 1513 edition, col. 1214.

4079

759 *Irus... abierunt* See *Adag.* 576 (*Iro, Codro pauperior*).

760-761 *Salacon... salaconia* Hesych. σαλάκων and σαλακωνία 98-99 Schmidt. Er. assumes the word σαλάκων to be a proper name. Hesychius merely observes that it denotes a person who is pretentious in spite of his poverty (ὁ πτωχὸς ἀλαζών).

761-765 *Meminit Hesychius... temere* Hesych. σαλακωνίσαι 100.

764 Thphr., quoted by Hesychius; not found in the extant works of Theophrastus.

767 σαλάζαι etc. Er. means the verb σαλάσσω (move up and down).

4080

769 Pind. *Olymp.* 9, 1. In *MS* (in the margin of

f. 143^v) Er. refers to this in the following way: "εἶδος Θ. in principio", to which he has added "ὄρα" as a reminder to himself that the passage needed further examination. The term εἶδος is used in the scholia in references to single poems of Pindar.

769-775 *Archilochi... alium canebat* After scholia 1 a and 1 f.

775 *Horatius* Not Horace, but Ps. Acron on Hor. *Ars* 19. The anecdote is the subject of *Adag.* 419 (Simulare cupressum).

778 *Meminit Aristophanis... interpres* See the scholia on Aristoph. *Au.* 1764 and those on Pind. *Olymp.* 9, 1.

778-779 Pind. *Olymp.* 9 (!), 1-3.

4081

783 *Antea... ἀβρόχου* See *Adag.* 3871 (*Sicco iunco*). There Er. writes correctly ὄλοσχοίνου ἀβρόχου (Aeschin. 2, 21). The combination περι ὄλοσχοίνου ἀβρόχου is strange. If it is to be taken with *retulimus*, the construction is a variation of the usual phrase "(antea) retulimus de...". See *Adag.* 3512, l. 143 "Retulimus alibi de fortitudine"; 3517, ll. 192 f. "de tricis et apinis alibi retulimus"; 4118, ll. 265 f. "ante retulimus de calciamento". However, one might assume as well that Er. originally meant to write περι τῆς παραπρεσβείας (thereby quoting the title of Aeschines' speech), and that τῆς παραπρεσβείας has somehow fallen out. He then inadvertently wrote ὄλοσχοίνου ἀβρόχου instead of ὄλοσχοίνου ἀβρόχου. Er. worked hurriedly.

783-784 *lexicographi* Harpocrat. ὄλοσχοίνου (ὄλοεχίνους ed. Ald. 1527).

784 *Qui adiecit scholia in Demosthenem* The reference is not to the scholia on Demosthenes, but again to Harpocrat. loc. cit. For Er.' strange way of referring to Harpocratation see *ASD* II, 1, p. 56, n.ll. 204-206.

tum in quarto libro. Apud Aeschinē repperi ὄλοσχοίνου. Similiter Theophrastus libro De plantis quarto inter ea quae proueniunt in aquis facit – quod admonet scholiastes – tria σχοίνου, hoc est sparti siue iunci, genera, quorum vnum sit acutum, quod appellant masculum, id est infrugiferum, alterum frugiferum, quod a nigro fructu vocant μελαγκρανίν, tertium quod dicitur ὀλόσχοινοσ, pinguitudine, magnitudine et callositate caeteris praestans. Hoc vltimum putat accommodatius ad plectendos funes, quod mollius sit et carnosius. Dioscorides libro iiii. paulo secus distinguit genera, sed admonet tertium, quod ὀλόσχοινοσ dicitur, esse caeteris et asperius et callosius.

795 Vt autem quidam pro σχοῖνοσ scribebant ἐχῖνοσ suspicor in causa fuisse quod Theophrastus meminit carnositatis (quasi nouum sit audire ‘carnem mali’ aut ‘cerasii’!). Echinus tamen terrestris, quem appellant erinacium, in hoc conuenit cum holoschoeno, quod habet asperitatem, vnde et cutis detracta cum spinis utilis est ad defricanda vasa. Proinde dictum videtur de duro et procaci sermone, quo velut os alicui percellimus.

800 Hoc quicquid est appendicis lectorem caelare nolui.

[H]

APOLOGVS ALCINOI

4082

Ἀπόλογοσ Ἀλκινόου commemoratur in Graecorum collectaneis, vt a nobis antea commemoratus est. Originem autem tum diuinauimus ex Homeri Odyssea, apud quem in conuiuio multa de se mentitur Vlysses. Nec absurdum esset commentum, si Alcinoi apologus dici posset ficta narratio apud Alcinoū habita. Aristoteles tamen Rhetoricorum tertio, quum obiter meminit huius apologi, sic loquitur vt videri possit notasse scriptorem aliquem qui finxerit orationem ad Penelopen, contextens omnia quae multis annis geri potuerint, ficta narrans pro veris. Fortassis scriptor, cui nomen Alcinoū, induxit personam Vlyssis apud Penelopen plurima commemorantem, quasi vel in bello vel in itinere vere passus esset ea. Locus apud Aristotelem sic habet: Ἐτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα μὴ πραττόμενα ἢ οἴκτον ἢ δεινώσιν φέρει. Παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογοσ, ὅτε πρὸσ τὴν Πενελόπην ἐν ἐξήκοντα ἔτεσι πεποιήται. Trapezontius interpres legisse videtur: Ἐτι μὴ πεπραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα πραττόμενα et caetera. At ne sic quidem locus videtur vacare mendis. Quare suspendemus hic sententiam, donec vel e Gregorii Nazianzeni commentariis in hos libros vel aliunde compertius aliquid fuerimus nacti.

[H]

VIRTVS AETERNA

4083

820 Pindarus in Olympiis, encomio θ. refert huiusmodi sententiam: Ἀῖδα τοι λάθεται ἄρμενα πράξασ ἀνήρ, id est

Orci obliuiscitur vir qui se digna gessit.

Vita breuis est, sed immortalis est benefactorum memoria eoque qui res praecla-

825 ras et aeterna memoria dignas gesserunt aequiore animo decedunt e vita nec perinde mortem horrent, quod intelligant se gloria nominis semper apud posteritatem victuros.

[H]

DOCEAT QVI DIDICIT

4084

Idem in eodem encomio: Τὸ διδάξασθαι δὲ τοι εἰδῶτι ῥάπτερον, id est

Docere porro facilius ei qui didicit.

786 Aeschin. 2, 21 (ὄλοσχοίνω).

Thphr. *Hist. plant.* IV, 12, 1-2 (790 μελαγκρανίδα: μελαγκρανίς v.l.).

788 *scholiastes* Harpocrat. loc. cit.

791 *callositate* Thphr. loc. cit.: the δλόσχοινος differs from other kinds of rush "εὔσαρκία" and "διὰ τὸ σαρκῶδες".

792 *quod mollius sit et carnosius* Thphr. loc. cit.; see also Plin. *Nat.* XXI, 113 "Utilissimus ad vitilia holoschoenus quia mollis et carnosus est."

792 Diosc. IV, 52.

794 *asperius et callosius* Diosc.: σαρκωδεστέρα καὶ παχύτερα (τραχυτέρα v.l.); *asperius* matches τραχυτέρα and *callosius* σαρκωδεστέρα.

795 *quidam*... ἐχῖνος The reference is to Harpocrat. loc. cit., who refers to the third species of rush as ὄλοσχίνος. More precisely, this is the reading of the Aldine edition (the correct reading is δλόσχοινος). In what follows, Er. seeks to explain how Harpocratation arrived at the erroneous reading ὄλοσχίνος. — For the hedgehog see *Adag.* 1381 (Echino asperior) and 1859 (Totus echinus asper).

796 *Theophrastus meminit carnositatis* See n.l. 791.

799-800 *dictum videtur* etc. The implied subject is the phrase ὄλοσχοίνω ἄβρόχῳ in Aeschin. 2, 21.

801 *appendicis* The foregoing discussion, says Er., is an addition to *Adag.* 3871 (Sicco iunco).

4082 *Collect.* 146 (Alcynoi apologus).

803-806 Ἀπόλογος ... *habita* Er. quotes the expression *apologus Alcynoi* (from Zenob. *Ald.* 41, Diogen. 2, 86, and Poll. VI, 120) in *Adag.* 1332. He there correctly explains that it is used of long, tedious, and fictitious stories of the kind that Odysseus told to Alcynous (*Odyssey*, IX-XII). In the present adage he doubts the correctness of his explanation in

view of Aristot. *Rhet.* III, 16, 7. Er. misinterprets this passage.

804 *commemoratus* One would expect the form 'commemoratum'. Apparently Er. did not allow himself much time for a careful revision of his work.

807-810 *Aristoteles*... *veris* Aristot. *Rhet.* III, 16, 7. Er.' erroneous interpretation is mainly due to his reading ἔτεσι (*annis*) instead of ἔπεισι, which here means 'lines'. The true sense of Aristotle's observation is: the long story told by Odysseus to Alcynous (*Od.* IX-XII), when told to Penelope, is comprised in ca. 60 lines (*Od.* XXIII, 264-284 and 310-343).

812 Aristot. loc. cit. (813 Ἀλκίνοῦ: ἄλκινόου v.l.; ὅτι: ὅτε v.l.; 814 ἔπεισι: ἔτεσι v.l.).

814-815 *Trapezontius* etc. Georgius Trapezuntius translates the passage as follows (ed. Venetiis, 1523, p. 134): "Ad haec quae gesta non sunt, si commiserationem aut indignationem faciunt, perinde ut gesta narranda. Huius exemplum Alcynoi apologus, qui ad Penelopen in sexaginta esset annis factus". For this translation, made in 1443-1445, see J. Monfasani, *Collectanea Trapezuntiana. Texts, Documents, and Bibliographies of George of Trebizond*, Binghamton, N.Y., 1984, pp. 698 ff.

817 *Gregorii Nazianzeni commentariis* For this ghost commentary see *Adag.* 4075, p. 303, n.l. 728-730. — In the beginning of 1533 Er. asked Bonifatius Amerbach for information about the meaning of the expression "Alcynoi apologus" (Ep. 2752). Shortly afterwards he calls his own explanation (as given in *Adag.* 4082) mere guesswork, "diuinatio" (Ep. 2754).

4083

820 Pind. *Olymp.* 8, 72 (95) f. (821 πράξαις: πράξας ed. Rom. 1515).

4084

828 Pind. *Olymp.* 8, 59 (77) f.

830 Iuxta illud *Disce, sed a doctis*. Nemo facilius artem tradit alteri quam qui eam exacte callet. Nouit enim multa in compendium contrahere, nouit obscuris dare lucem. Proinde, quod quidam tot ambagibus circumagunt ac detinent adolentes in disciplinis, in causa est aut quaestus aut liuor aut imperitia.

[H]

CELERITAS IN MALIS OPTIMA

4085

835 Sophocles in *Antigona*:

Βράχιστα γὰρ κράτιστα τὰν ποσὶν κακά, id est
Vrgentibus malis celeritas optima est.

840 Verba sunt chori ad Creontem in vario luctu domus cupientem e medio tolli. Nam cito perire quem vitae tedet, nonnihil est lucri. Nihil molestius quam diu animo discrucari, si quid mali imminet quod vitari non queat. Optimum est dare operam vt sit quam breuissimum.]

LB II99

[H]

NVLLVS SVM

4086

In eadem fabula:

845 Ἄγετε μ' ἐκποδῶν,
Τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα, id est
E medio me abducite
Qui non magis sum quam ille qui iam nullus est.

850 Hac figura significabant exitium sine spe recuperandae salutis. Scio me prius commemorasse *Fuimus Troes* et *Nullus sum*, sed ob nouatam sermonis formam hoc adiicere libuit.

[H]

PRIMA FELICITATIS PARS SAPERE

4087

In eiusdem fabulae clausula:

855 Πολλῶ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
Πρῶτον ὑπάρχει, id est
Vt sis felix, longe primum
Sapere est.

860 De Creonte dictum est, qui, dum mauult animo suo quam rectis consiliis obtemperare, et suos et se funditus perdidit. Magna fortuna facile vertitur in magnam calamitatem, si absit sapientia. Idem paulo ante contrariis expressit verbis de Haemone loquens, qui sibi mortem consciuerat:

Δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν
Ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν, id est

*Monstrans quod inconsulta temeritas viro
Adiuncta sit longe malorum maximum.*

865 [H] SERO VIDIT IVSTITIAM 4088

Rursum in eadem:

Οἷμα' ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν, id est
Proh vt videre iusta sero cernere!

870 De Creonte dictum est, qui prius nec Tiresiae nec cuiquam suorum obtemperat, magnis doctus cladibus incusat suam stultitiam. Eadem sententia repetitur in clausula tragoediae, sed diuerso schemate:

Μεγάλας δὲ πληγὰς τῶν ὑπεράχων
Ἀποτίσαντες
Γῆρα τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν, id est
875 *Diui poenas postquam atroces
De verbis sumpsere superbis,
Aetate docent sapere extrema.*

Conuenit cum illo *Sero sapiunt Phryges.*

[H] VINDICTA VELOX 4089

880 De sera vindicta numinum aliquot prouerbiis testatum est, quae supra retulimus. Sed quod ait Sophocles *expeditam* deorum vindictam magis huc conducit, vt in aliquod prolapsi malum mature resipiscamus. Verba sunt chori ad Creontem:

“Ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα· συντέμνουσι γὰρ
Θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι, id est
885 *Rex, ista facito quam potes celerrime.
Noxae citipedes numinum improbos viros
Subito occupant, iunctae simul compendio.*

866 Rursum I: Rursus H.

881 huc I: hic H.

830 *Disce, sed a doctis* Cato, *Dist.* IV, 23.

4085

835 Soph. *Ant.* 1327.

4086

843 Soph. *Ant.* 1324 f.

848 *prius Adag.* 850 (Fuimus Troes) and 244 (Nullus sum).

4087

852 Soph. *Ant.* 1346 f.

861-862 *Ant.* 1242 f.

4088

866 Soph. *Ant.* 1270 (867 οἷμα' ὡς ἔοικας).

872-874 *Ant.* 1351 f. (μεγάλας πληγὰς; 873 ἀποτίσαντες).

878 *Sero sapiunt Phryges Adag.* 28.

4089

880 *De sera... retulimus Adag.* 958 (Sero Iupiter diphtheram inspexit), 1511 (Reperit deus nocentem), 3382 (Sero molunt deorum molae). *De sera vindicta numinum* is the title of a treatise by Plutarch (*Mor.* 548 ff.).

881 Soph. *Ant.* 1103 f.

Id euenit Creonti, cui vindicta pene prius adfuit quam absolueretur Tiresiae vaticinium.

890 [H] FATO NON REPVGNANDVM 4090

In eadem Creon ita loquitur:

Ἀνάγκη δ' οὐχὶ δυσμαχητέον, id est
*Sed fata contra, quando id est perquam arduum,
 Non est reluctandum.*

895 Eandem sententiam alias ex variis citauimus autoribus. Nemo potest vitare quod deus nobis immittit. Quod autem vitari non potest ferendum est, non culpandum. *Ducunt enim volentem fata, nolentem trahunt*, vt ait Tragicus.

[H] VATI NON CONVICIANDVM 4091

900 In eadem fabula Creon Tiresiae more vatum incandescenti ac liberioribus dictis impetenti regem ita loquitur:

Οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς, id est
Vati vicissim nolo proloqui male.

905 Quod Horatius ait *Genus irritabile vatum* non tantum ad poetas, sed multo magis ad diuinos pertinet. Eblandiendum est, si quid ab eis velis exculpere; quos si prouoces, diuinant omnia mala.

LB 1200 Conueniet vti, vbi quis nos impetierit impotenti conuicio velut afflatus furore quodam, cui honoris gratia nolimus vicissim maledicere, quum non desit quod retorqueatur, aut quum libertatem eam tribuimus irae, veluti furori cuidam. Cum irato enim nihilo sanius decertes conuiciis quam cum furioso. Finitimum est illi quod ante rerulimus, *Omitte vatem*, praeterea illi *Ni pater esses*, quod est in hac eadem fabula sub persona Haemonis.

910

[H] VATVM GENVS AVARVM 4092

In eadem scena Creon ita loquitur Tiresiae:

915 Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος, id est
Genus omne vatum est appetens pecuniae.

Hoc nomine olim male audiebant diuini, augures et haruspices. Nunc vtinam praeter meritum idem audiant qui diuina tractant! Vera non potest semper loqui qui corruptus muneribus ad hominum gratiam loquitur.

[H] NON MOVENDA LOQVI 4093

920 Eodem in loco iam irritatior Tiresia sic minatur Creonti:

ἽΡσεις μὲ τὰ κίνητα διὰ φρενῶν φράσαι, id est
Tu me excitas vt quae latent in pectore
Immota cogar proloqui.

925 Vsus erit, quoties aduersariorum improbitas eo nos compellit vt quae decreueramus silentio tegere, efferamus. Creon enim illum conuicio tetigerat, dicens:

Σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τὰ δικεῖν φιλῶν, id est
Tu doctus augur, at suetus laedere.

Quod ipsum conuenit in hominem prudentem aut eruditum, sed improbum. Confine est illi *Non mouenda moues*.

930 [H] MORTVOS RVRSVS OCCIDERE 4094

Ibidem verba Tiresiae sunt ad Creontem suadentis vt Polynicis corpus sinat condi sepulchro:

Ἄλλ' εἶχε τῷ θανόντι, μὴ δ' ὀλωλότα
 Κέντει· τίς ἀλλή τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν; id est
 935 *Age, mortuo concede nec qui extinctus est*
Stimulato: quae nam est fortitudo mortuum
Necare rursus?

Confine est illi quod alibi retulimus, *iugulare mortuos*.

[H] DEO NEMO POTEST NOCERE 4095

940 Sententia pia est, sed a Creonte impio animo dicta:

914 φιλάργυρον *scripsi*: φιλάργυρον H I.

4090

891 Soph. *Ant.* 1106.

895-897 *Nemo... culpandum* See *Adag.* 214 (Feras, non culpes quod vitari non potest) and 2886 (Fatum ineuitabile).

897 *Ducunt... trahunt* Sen. *Epist.* 107, 11. The line is commonly attributed to Cleanthes. Er.' mistaken reference to Seneca's tragedies (*Tragicus*) may be due to a lapse of memory. As regards his use of the epithet *Tragicus* for Seneca one may note that he often refers to Aristophanes as "Comicus". Both epithets are traditional and self-evident, if only because "vtraque Graecorum comoedia funditus intercidit vno excepto Aristophane, Latino- rum item tragoedia praeter vnum Senecam" (*Adag.* 2001, *ASD* II, 5, p. 30, ll. 180 f.).

4091

899 Soph. *Ant.* 1053.

903 Hor. *Epist.* II, 2, 102.

910 *Omitte vatem* *Adag.* 1861.

Ni pater esses Soph. *Ant.* 755, quoted in *Adag.* 1616.

4092

913 Soph. *Ant.* 1055.

4093

920 Soph. *Ant.* 1060.

926 *Ant.* 1059.

929 *Non mouenda moues* See *Adag.* 561.

4094

931 Soph. *Ant.* 1029 f.

938 *alibi* *Adag.* 154 (*iugulare mortuos*).

4095

940 Soph. *Ant.* 1044.

Θεοὺς μαιίνειν οὐτίς ἀνθρώπων σθένει, id est
Violare (siue Polluere) diuos nemo quit mortalium.

Veteribus persuasum erat offendi diuos inferos, si mortuo negaretur sepultura; offendi Iouem supplicium, si quis supplicem reiiceret. At Creon putabat nihil
 945 huiusmodi rerum curae esse diis, quod illi non queant a quoquam laedi.

Hoc carmen occini potest iis qui indignum Deo putant in matrice virginis latitasse et per vterum virginis exisse, vnde prodeunt homines caeteri, aut qui putant corpus Domini pollui, quod in stomachum hominis immundum descendat:

Θεοὺς μαιίνειν οὐτίς ἀνθρώπων σθένει,
 950 neque sol polluitur tot cloacas ac paludes lustrans.

[H]

AVSCVLTANDVM BENE LOQVENTI

4096

Tiresia in eodem sermone:

Εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν
 Δ' ἡδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγει, id est
 955 *Tibi beneuolus bene loquor; suauissimum est*
A bene loquente, lucra si fert, discere.

Eandem sententiam antea dixerat Haemon:

Καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν, id est
Recte loquentem audire par est ac decet.
 960 Conuenit cum illo *Audi quae ex animo dicuntur*, item cum Hesiodio, quo probatur et is qui paret recta monenti.

[H]

FORTVNAE NOVACVLA

4097

Eiusdem Tiresiae verba sunt ad Creontem admonentis vt in summo discrimine positus sapiat:|

LB 1201 Φρόνει βεβῶς αἶ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης, id est
 966 *Sape, denuo nunc positus in nouacula*
Fortunae.

Calamitati quam excitarat Eteoclis et Polynicis contentio successit haec quam offensis diis excitauit Creon. Quanquam hic versus obiter nobis alibi citatus est in prouerbio *In acie nouaculae*.
 970

[H]

EXEMPLVM VTILE

4098

Creon Haemoni filio liberius agenti minitans malum ita loquitur:

Κλαίων φρενώσεις, ὧν φρεῶν αὐτὸς κενός, id est
Plorando facies mentem ut habeant caeteri,
Mente ipse vacuus.

975

946-948 *Hoc... descendat* Er. reacts against herodox theologians who rejected (a) the doctrine of the incarnation of the Son of God in the Virgin Mary, and (b) the doctrine of the transubstantiation, that is, the conversion of the Eucharistic elements into the body and blood of Christ. Which sects did he have in mind? As regards (a) Er. is referring first and foremost to heretics in early Christianity. Indeed, reviewing early heresies in 1521, he denounces "qui negabant Christo fuisse corpus humanum; rursum qui detrahebant animam humanam; qui negabant esse vere passum; qui negabant eum natum ex virgine" (Ep. 1232, ll. 72-75). He attacks and refutes the same heresiarchs at length in his catechism (*Explan. symboli, ASD V, I, p. 247, l. 257-p. 252, l. 371*), presenting his own (orthodox) view of the two natures of Christ in his manual for the preacher (*Eccles. III, ASD V, 5, p. 276, ll. 687 ff.*). Not only did His divine nature remain inviolate: Er. firmly believes that even the virginity of Mary was kept intact, both at the moment of conception and in giving birth (see *Annot. in Lc. 2, 23, LB VI, 235 C; Explan. symboli, ASD V, I, p. 220, ll. 443-446; p. 240, ll. 45-46* "citra virilem operam de Spiritu Sancto conceptus et illesa matris virginitate natus"; *Comm. in hymn. Prud., LB V, 1340 E-F*). As regards (b) Er. reacts against such Reformers as Carlstadt, Zwingli, and Oecolampadius, who around 1525 had put forward a symbolic, spiritualistic understanding of the Eucharist which rejected the corporeal presence of Christ (see Epp. 1620, ll. 81-85; 1621, 15-22; 1624, 29-35). He professed emphatically his own orthodoxy, insisting on the real presence (Epp. 1637; 1679, ll. 56-61). He exclaims in 1530 (Ep. 2328, ll. 121 f.): "Impius de Eucharistia error quanta celeritate quam late diuagatus est!" He even edited a medieval treatise on the subject, namely Alger's *De veritate corporis et sanguinis Dominici in Eucharistia*, which he provided with an elaborate preface (1530). One passage in it is strikingly similar to our adage: "si corpus Domini proiectum in coenum aut in latrinam, aut in ventrem hominis demissum sordidaretur, nulla re magis sordidaretur quam quum ab homine sumitur criminibus inquinato... quemadmodum Deus, qui iuxta

naturam non minus est in cloacis quam in coelis, nec laedi potest nec inquinari, ita nec corpus Domini glorificatum" (Ep. 2284, ll. 100-109). The issue of the Eucharist became almost an obsession for Er. in his last years (see Epp. 2615, ll. 266-300, and 2631). For a general outline see J.B. Payne, *Er.: His Theology of the Sacraments*, Peoria, Ill., 1970, pp. 138-154 and (for Er.' view of the two natures of Christ) pp. 54-64. In addition to the Reformers mentioned Er. may have had certain currents in the Radical Reformation in mind (for these see S. Voolstra, *Het woord is vlees geworden. De melchioritisch-menniste incarnatieleer*, Kampen, 1982; G.H. Williams, *The Radical Reformation*, Kirksville, Missouri, 1992, pp. 175-211).

950 *neque sol* etc. After Diogenes, quoted by Diog. Laert. VI, 63. See *Apophth.* III, Diogenes 175, *LB IV, 187 F* "Et sol" inquit 'subit latrinas (τοὺς ἀποπάτους) nec tamen inquinatur". Er. explains Diogenes' simile as follows: "Sensit probum virum non fieri deteriorem ob loci infamiam." Church fathers used precisely this simile of the sun to confirm the doctrine that the Son of God remained undefiled, even though he was born from a woman's body. See Orig. *Contra Cels.* VI, 73, *SC 147, p. 362*; Aug. *De fide et symb.* 4, 10, *CSEL 41, pp. 13-14*; Athan. *De incarn. Verbi* 17 and E.P. Meijering's commentary (Amsterdam, 1989) ad loc., p. 149.

4096

952 *Soph. Ant.* 1031 f. (953 τοι Dawe: σοι codd.; 954 λέγοι: λέγει v.l.).

957 *Ant.* 723.960 *Audi... dicuntur* See *Adag.* 946.

960-961 *Hesiodio* etc. *Hes. Erg.* 295. See *Apophth.* VII, Zeno Cittieus 34, *LB IV, 344 F-345 A* "Celebratissimam Hesiodi sententiam solebat inuertere. Quum enim ille primas tribuat ei qui per se sapiat, secundas qui recte admonenti obtemperet, Zeno ordine inuerso sic pronuntiabat: Κεῖνος μὲν πανάριστος ὅς εὖ εἰπόντι πίθηται, ἢ Ἐσθλὸς δ' αὖ κακείνος ὅς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, id est *Optimus ille quidem qui paret recta monenti, ἢ Sed probus ille quoque est qui nouerit omnia per se.*"

4097

963 *Soph. Ant.* 996.970 *In acie nouaculae* *Adag.* 18.

Quum improbi luunt stultitiae suae poenas, quanquam ipsi nihilo fiunt meliores, tamen aliis exemplo sunt ne per incogitantiam in similes incurrant calamitates.

[H]

PERVICACIA STULTITIAE DAT POENAS

4099

980 In eadem tragoedia Tiresia Creontem admonens ne praefractus ac rigidus persistat in sententia, ita loquitur:

Ἀϋθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει, id est
Praefracta mens amentiae poenas luit.

985 Intractabilis illa ferocia fere solet magnae cuiusdam calamitatis esse praeludium, quemadmodum indicant et Hebraeorum prouerbia: *Contritionem praecedit superbia* et *Ante ruinam exaltatur spiritus*. Hoc Tiresiae dictum eleganter expressit Haemon in eadem fabula duplici metaphora, arborum et nautarum. Carmen sic habet:

Ὅρῳ παραρρείθροισι χειμάρροισι ὅσα
 Δένδρων ὑπέικει, κλῶνας ὡς ἐκσφύζεται,
 990 Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
 Αὐτῶς δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆς πόδα
 Τείνας ὑπέικει μηδέν, ὑπτίους κάτω
 Στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται, id est
Vides, ut in torrentium decursibus
 995 *Quae cedit arbor surculos seruat suos,*
At quae resistit, stirpe cum ipsa deperit.
Nauclerus itidem qui tenens clauum nihil
Concedit aurae et fluctibus, deuoluitur
Ac iam repandis nauigat nixus foris.

1000

[H]

NAVIGATIONIS SOCIVS

4100

Ante retulimus *in eadem esse nauis* qui communi tenentur periculo. Ad hoc allusit Ismene in eadem fabula, dicens se non recusare quo minus subiret idem periculum quod subiret Antigone soror:

Ἄλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
 5 Ἐμπλοῦν ἑμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη, id est
Sed in tuis non erubesco me malis,
Rate vecta eadem, calamitati adiungere.

999 repandis H I: *in marg.* alias: supinis H I.

4098
 972 Soph. *Ant.* 754.
 4099
 979 Soph. *Ant.* 1028.
 984 *Prv.* 16, 18.

988 *Ant.* 712 ff. (παρὰ βέλθοισι; 991 ἐγκρατῆ).
 4100
 1 *Ante Adag.* 1010 (In eadem es nauis).
 2 Soph. *Ant.* 540 f.

CHILIADIS QVINTAE CENTVRIA II

[H]

NVNCIO NIHIL IMPVTANDVM

4101

Hic fere est hominum affectus vt tristia nunciati perinde indignentur quasi fecerit quod factum nunciat. Creonti itaque succensenti nuncio, quod parum laeta adferret, ita respondet:

‘Ο δρῶν ἀνιᾶ τὰς φρένας, τὰ δ’ ὦτ’ ἐγώ, id est
Qui fecit, animum discruciat, aures ego.

Eiusdem nuncii versus est:

10 Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν, id est
Nemo hunc amat qui verba nunciat mala.

Accommodari poterit ad eum qui lapsum admonet vt magis sibi ipsi succenseat qui crimen admisit quam ei qui necessariam admouet correptionem. Nam correptio id tempus molesta est auribus, sed sceleris conscientia perpetuo mentem fodicat.

15 [H]

QVOD FIERI NON POTEST NEC INCIPIENDVM QVIDEM EST

4102

Prius retulimus Ἀδύνατα θηρᾶς, id est *Impossibilia venaris*. Quod aliis verbis expressit Sophocles in Antigone:

1.B 1202 Ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρόπει τὰ μύχαινα,| id est
Quae efficere nequeas, nec vel ordiri decet.

1 CHILIADIS QVINTAE I: QVINTAE CHI- 9 id est H: om. I.
 LIADIS H.

4101

6 Soph. *Ant.* 319 (δρῶν σ' ἀνιᾶ: δρῶν ἀνιᾶ v.l.).
 9 Soph. *Ant.* 277.

4102

16 *Prius Adag.* 907 (*Impossibilia captas*).
 17 Soph. *Ant.* 92.

- 20 Verba sunt Ismenes deterrentis Antigone ne Polynicen sepeliat aduersus regium edictum.

[H] COR CALIDVM IN RE FRIGIDA 4103

Eadem Ismene dehortans Antigonen ab audaci facinore ait:

- 25 *Θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις, id est*
Profecto tu cor calidum habes in frigidis.

Alibi diximus *calidum facinus* audax et praeceps appellari. ‘Frigida’ hic appellat quorum feliciter perficiendorum exigua spes erat.

[H] FRVSTRA NITI DEMENTIAE EST 4104

Rursus eadem ita loquitur:

- 30 *Τὸ δὲ*
Περὶσσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα, id est
Frustranea agere insignis est amentiae.

Non solum amentiae est iniusta agere, verum etiam superuacanea. Ex iniustis interdum aliquod est lucrum, ex superuacaneis nullum.

- 35 [H] PRINCIPI OBTEMPERANDVM IN OMNIBVS 4105

Non sine prouerbiali schemate dictum est in eadem tragoedia quod ait Creon:

- 40 *Ἄλλ’ ὅν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν*
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τάναντία, id est
Sed principatum ciuitas cui tradidit,
Hic audiendus, siue leuia praecipit
Siue aequa mandat siue et his contraria.

Vox autem tyranni est, non principis. Neque enim princeps est qui praescribit iniusta.

[H] CIVITAS NON CIVITAS 4106

- 45 Haemon Creontem tendentem ad tyrannidem ita tangit:

Πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ’, ἥτις ἀνδρὸς ἔσθ’ ἑνός, id est
Quae vnius hominis, illa non est ciuitas.

- 50 Dixerat Creon ipsius esse, non alterius, imperare regioni. Haemon negat eam esse ciuitatem vbi summa rerum penes vnum hominem est. ‘Polis’ enim Graecis vel a versando vel a multitudine dicta videtur, Latini ‘republicam’ appellant. At

respublica non est vbi vnus arbitrato aguntur ferunturque omnia. Itaque, quum Creon respondisset ciuitatem censi illius qui illi imperat, subiicit Haemon:

Καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἀρχῆς μόνος, id est
Recte vnus vt deserto in agro regem agas.

55 Regium est imperare liberis neque quicquam absque ciuium consensu tentare.

[H]

MENS COELI TERRAEQVE REGINA

4107

Socrates apud Platonem in Philebo: Πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοί, ἑαυτοὺς οὕτω σεμνύοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ καὶ γῆς, id est *Omnes enim sapientes consentiunt, hoc pacto seipsos honestantes, quod mens nobis regina coeli et terrae.* Sentit sapientia gubernari omnia potius quam voluptate. Quum enim Philebus probasset felicitatem ex sapientia et voluptate mixtam, quaeri coeptum est vtra duarum plus haberet momenti ad beatitudinem. Quoniam autem Plato dicit in hoc omnes consentire, subindicat fuisse vulgo iactatum. Conuenit huic quod habet Haemon Sophocleus:

65 Πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας,
 Πάντων ὅσ' ἐστὶ χρημάτων ὑπέρτατον, id est
Pater, dei mentem inserunt mortalibus,
Quae res opes exuperat omnes maxime.

[H]

PRIMAS IACTARE HASTAS

4108

70 M. Tullius libro De oratore secundo *primas iactare hastas* dixit pro 'velitari'. Quod ad oratorem transfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, vt paulatim incandescat oratio. Notat ibi Philippum oratorem, qui solitus sit ita ad dicendum surgere vt nesciret primum verbum quod esset dicturus, sed aiebat se, posteaquam concalefecisset brachium, tum pugnare. *Atqui non attendit*, inquit,

4103

23 Soph. *Ant.* 88.

26 *Alibi Adag.* 1450 (Ne nimium callidum hoc sit modo).

4104

29 Soph. *Ant.* 67 f. (30 τὸ γὰρ).

32 *Frustranea* Er. may have formed the word after the analogy of 'superuacaneus'. See also his translation of Gal. *De optimo docendi genere*, ASD I, 1, p. 662, l. 30 "frustranea spe"; the source text (47, p. 88 Marquardt) has ἐλπίσι ματαλαίς. See R. Hoven, *Lexique de la Prose Latine de la Renaissance*, Leiden, 1994, s.v.

4105

36 Soph. *Ant.* 666 f.

4106

45 Soph. *Ant.* 737.

49-50 'Polis'... *videtur* See *Etym. mag.* s.v., 680, 5-8.

53 *Ant.* 739 (ἀρχοίς).

4107

57 Plat. *Phil.* 28 c (58 ὄντως: οὕτω vulg.).

64 Soph. *Ant.* 683 f. (66 κτημάτων).

4108

70 Cic. *De or.* II, 78, 316.

74 Cic. loc. cit. (neque attendit; 75 unde hoc simile ducat).

75 *eos ipsos vnde similitudinem ducit, illas primas hastas ita iactare leniter vt et venus-*
 LB 1203 *tati vel | maxime seruiant et reliquis viribus suis consulant.*

Παρομοιωδης erit, si ad disputationis aut contentionis exordium transferatur. Idem vnico verbo dicitur ‘velitari’.

[H]

OMISSIS FONTIBVS CONSECTARI RIVVLOS

4109

80 In eodem libro non sine prouerbiu specie dixit *riuulos consecrari* pro eo quod est: minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negocii caput. Hac metaphora videtur admodum delectatus Hieronymus. M. Tullii verba sic habent: *Tamen tardi ingenii est riuulos consecrari, fontes rerum non videre. Etiam aetatis est vsusque nostri a capite quod velimus arcessere et vnde omnia manant videre.*

85 [H]

RES PALESTRAE ET OLEI

4110

Quae non ad serium negocium, sed ad lusum et ostentationem adhibentur, *palestrae et olei* dicuntur, quum in praelio maioribus opus sit viribus. In palestra non armati, sed vncti concertabant, tum quo difficilius esset apprehensio et elapsus facilius, tum quo corpus esset nitidius; certabant enim nudi. M. Tullius libro De oratore primo: *Nitidum quoddam genus est verborum et laetum, sed palestrae magis et olei quam huius ciuilis turbae ac fori.* Huiusmodi ferme est in scholis quibusdam trita sophistica, quae ad ostentationem ac ludicram concertationem reddit hominem inuictum, ad serias tractationes inutilem. Itaque recte in eodem libro monet quidam vt dictionem *ex domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem* educamus. Consimiliter, libro ii. de Isocratis discipulis agens, *Sed eorum inquit partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.* Eodem spectat quod ait libro De legibus i.: *Fannii autem aetate coniunctus Antipater paulo inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed*
 100 *tamen admonere reliquos potuit vt accuratius scriberent.* Haec ibi. Quod prius dixerat ‘oleum’ hic vocat ‘nitorem’. Et in libro De claris oratoribus *vnctius* vocat quod est ‘nitidius’: *Iam, inquit, erat vnctior quaedam splendidiorque consuetudo loquendi.* Rursus in Oratore ad Brutum: *Numerus autem non dum depromebatur neque habebat aliquam necessitudinem aut cognitionem cum oratione. Itaque serius*
 105 *aliquanto notatus et cognitus quasi quandam palestram et extrema lineamenta orationi attulit.* ‘Palestram’ appellat venustatem ad ostentationem adhibitam. In his porro verbis nec illud absque prouerbiu specie dictum est ‘extrema lineamenta’, pro ‘extrema manu’. Metaphora ducta a pictoribus.

[H]

OPERARII

4111

110 Ibidem non absque prouerbiu specie *operarios* appellat qui citra philosophiae cognitionem causas agunt. Architectus ex arte rationem operis praescribit, ope-

rarii vero non iudicium suum, sed tantum operam adhibent iuxta praescriptum. At qui philosophiam callet, ex se paratus est de quavis re recte dicere. M. Tullius de Mnesarcho loquens: *Hos quos nos oratores vocamus nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri et exercitata; oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem.* Rursus in Bruto: *Nam illud minus curo quod conguessisti operarios omnis; ut mihi videantur mori voluisse nonnulli, ut a te in oratorum numerum referrentur.* Huius generis oratores libro De claris oratoribus appellat *vocales*: *Addamus, inquit, huc etiam, ne quem vocalem praeterisse videamus, C. Cosconium Calidianum.*

Transferri poterit ad concionatores qui, quod parum exercitati sunt in sacris literis, e collectaneis ediscunt quod apud populum multo clamore multaue corporis iactatione detonent aut qui in templis ingenti boatu canunt non intellecta: 'non concionatores, sed operarii', 'non cantores, sed operarii'.

125 [H]

E SCHOLA CANTILENA

4112

Plautus, ut ante admonui, *theatri nugae* appellat quae solent in comoediis recitari. M. Tullius *e scholis cantilenam* appellat orationem declamatoriam ac iuuenilem, plus habentem ostentationis quam sapientiae. Locus sic habet eodem libro: *Gerendus est tibi mos adolescentibus, Crasse, qui non Graeci alicuius quotidianam loquacitatem neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo atque ex eo qui non in libellis, sed in maximis causis et in hoc domicilio imperii et gloriae sit consilio linguaque princeps.*

75 iactare *scripsi*: tractare *H I*.

4109

80 Cic. *De or.* II, 27, 117.

82 Hier. *Epist.* 27, 1; 28, 5; 121, p. 10, ll. 20 f.; 133, p. 58, l. 26 Labourt; *Comm. in Zch. proph.* II, 8, 18-19, CCSL 71A, p. 820, l. 527. Cic. loc. cit. (83 tamen et tardi; et iam; 84 manent).

4110 Inspired by Brassicanus, *Prov.* 44 (Ἀπάλοιστροί).

89 Cic. *De or.* I, 18, 81 (90 laetum ct: *laetum sed* v.l.).

91-92 *Huiusmodi... sophistica* A thrust at the scholastic logicians and their educational practice.

92-93 *ad ostentationem... inutilem* Cf. *De or.* II, 20, 84.

93 *in eodem libro* I, 34, 157.

96 *De or.* II, 22, 94.

97 *Leg.* I, 2, 6 (98 aetati: *aetate* v.l.; Coelius Antipater Ziegler: *pater* codd.).

101 *Brut.* 20, 78 (102 iam enim erat).

103 *Or.* 56, 186 (non †modo†; 105 aliquando).

108 'extrema manu' See *Adag.* 134 (Summam manum addere).

4111

110 Cic. *De or.* I, 18, 83.

113 Cic. loc. cit. (114 vocaremus).

116 *Brut.* 86, 297.

118 *Brut.* 69, 242.

121-124 *Transferri* etc. Er. hardly misses any opportunity for attacking the monks and, especially, the mendicant friars. He flouts their ignorance and hypocrisy, their ostentatious way of preaching and chanting also in the *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 158, ll. 524 ff.; see also *Eccles.* I, *ASD* V, 4, p. 112, ll. 645 ff. He quotes some of the stock statements they use in preaching at the end of the next adage.

4112 Inspired by Brassicanus, *Prov.* 41 (Cantilena ex scholis). Cf. Otto 338.

126 *Plautus... recitari* See *Adag.* 3890 (Nugae theatri).

127 Cic. *De or.* I, 23, 105 (130 loquacitatem sine usu neque).

LB 1204

131

Conueniet in illos qui nunquam versati sunt in bonis autoribus nec ex ipsis fontibus hauserunt eruditionem solidam, sed tantum in scholis decantata tenent.
 135 Quod genus sunt illa: *Non crederem Euangelio nisi me Ecclesiae compelleret auctoritas et Ingratum est Spiritui Sancto quicquid offertur eo praetermisso quod debebatur, Multa fecit dominus Iesus quae non sunt scripta, Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.*

[H]

A DEO FICTI

4113

140 Qui vehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos prouerbiali sermone ad hoc *natos, factos sculptosque* dicimus. Insignem autem naturae dexteritatem M. Tullius eleganter expressit eodem libro: *Sunt autem, inquit, quidam ita naturae muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati ut non nati, sed ab aliquo deo ficti videantur.* Allusit autem ad Pandoram, quam finxit Vulcanus caeteris item diis
 145 sua munera in vnam conferentibus.

[H]

E CIRCVLO

4114

Hominem *e triuio* plebeium et contemptum appellamus. Marcus Tullius pro eo dixit *e circulo*. ‘Circulum’ autem vocat conuenticulum hominum in foro aut in plateis confabulantium. Ita Crassus eodem quem modo citavi libro: *Effudi vobis omnia quae sentiebam; quae fortasse, si quemcunque patrem familias arripissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.*

[H]

CAUSA CADERE, FORMVLA CADERE, EX IVRE MANV CONSERIVM

4115

Quemadmodum prisci iureconsulti dicebant aliquem *ex iure manu consertum* vocari cui lis intendebatur, ita *causa cadere* dicebatur qui male agendo ius agendi
 155 perdidisset. Vtrunque fiet *παροιμιῶδες*, si accedat translatio, veluti si quis dicat: ‘Theologi Laurentium Vallam ex iure manu consertum vocare non desinunt, quod homo grammaticus materias theologicas occupauerit.’ Vtrunque est apud M. Tullium eodem libro sub persona Scaeuolae: *Quod vero in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omni sermonis disputatione copiosissime posse versari, id, nisi in tuo regno essemus, non tulissem multisque praeessem, qui aut interdicto tecum contenderent aut te ex iure manu consertum vocarent.* Et aliquanto post: *Quum Hypseus maxima voce, plurimis verbis a M. Crasso praetore contenderet ut ei quem defendebat causa cadere liceret, Gn. autem Octavius homo consularis non minus longa oratione recusaret ne aduersarius causa caderet.* Idem Pro L. Murena:
 165 *Et si turpe existimas te aduocato illum ipsum quem contraueneris causa cadere.* Meminit et Quintilianus libro vii, capite iiii. Apud priscos superstitione seruabatur ut qui in actione instituenda vel verbo lapsus esset, causa caderet. Cuius superstitionis vestigia non exigua adhuc resident apud Anglos, interdum totum instrumentum reiicientes, si cognomen aliquod vna litera secus fuerit scriptum.

- 170 Iustinianus Institutionum iuris libro iiiii., titulo De actionibus, paragrapho Si quis, *Si quis inquit agens in intentione sua plus complexus fuerit quam ad eum pertineat, causa cadebat, id est rem amittebat, nec facile in integrum restituebatur nisi minor erat xxv. annis* et caetera. Proximo autem paragrapho vocem hanc 'plus' ostendit quadrifariam intelligi: re, tempore, loco et causa. Re, si quis pro decem aureis petat viginti; tempore, si quis ante diem vel ante conditionem petat; loco, si quis Romae petat quod Ephesi promissum est; causa, si quis stipulatus 'Sti-

133-134 *illos... tenent* In his *Methodus* Er. admonishes that one ought to quote Biblical passages "non e summulis aut contiunculis aut collectaneis nescio quibus iam sescenties aliunde alio commixtis ac refusus, sed ex ipsis fontibus" (*Erasmus von Rotterdam. Ausgewählte Schriften*, ed. W. Welzig, III, Darmstadt, 1967, p. 62).

135 *Non... auctoritas Aug. Contra Epist. Manich.* 5, Migne *PL* 42, 176 "Ego vero Evangelio non crederem nisi me catholicae Ecclesiae commoveret auctoritas." (I owe this reference to J. Trapman.)

136 *Ingratum... debebatur* Source not identified.

137 *Multa... scripta* The original source is *Ioh.* 20, 30 "Multa quidem, et alia signa fecit Iesus... quae non sunt scripta in libro hoc."

137-138 *Non dimittitur* etc. 'A sin will not be forgiven unless that which has been taken away is restored to its owner.' *Corpus iuris canonici*, in VI^o, regula IV; vol. II, 1122 Richter-Friedberg (I owe this reference to C. Augustijn). The rule is quoted by Wälther, 17503, where, however, the source is to be supplied.

4113

142 Cic. *De or.* I, 25, 115 (ita in isdem rebus habiles, a naturae muneribus ornati: ita naturae muneribus in isdem rebus habiles ita ornati v.l.; 143 ficti esse videantur).

144-145 *Pandoram* etc. Er. recounts the myth of Pandora in *Adag.* 31 (Malo accepto stultus sapit).

4114

147 *e triuio* Cic. *Mur.* 6, 13 "maledictum ex triuio".

Cic. *De or.* I, 34, 159.

149 Cic. loc. cit. (150 quemcumque: si quemcumque v.l.).

4115

153-154 *prisci... intendebatur* After Gellius, quoted in ll. 193-203. As regards the legal formula one may bear in mind that *conseruum* is a supine and that *manu* and *manum*

alternate in the ancient sources; see the commentary by O. Skutsch on Ennius, *Ann.* VIII, 252 f., esp. p. 436.

156-157 *Theologi... occupauerit* Er. owed more to Lorenzo Valla than to any other humanist. In his famous apology against the conservative theologian Maarten van Dorp (1515) he praises his precursor, "homo rhetoricus magis quam theologus", for having successfully applied his philological method to the New Testament (Ep. 337, ll. 839 ff.). Er. had used Valla's *Adnotationes* for his own revision of the Vulgate. The Italian grammarian had encroached on the field of the theologians even in his manual for a correct usage of Latin; *Elegantiae* VI, 34 is indeed concerned with the dogma of the Trinity. Er. made an epitome of this work (*ASD* I, 4). Van Dorp makes a sarcastic remark on the *Elegantiae* in his reply to Er. (Ep. 347, ll. 74-76). See S.I. Camporeale, *Lorenzo Valla. Umanesimo e teologia*, Firenze, 1972; *Da Lorenzo Valla a Tommaso Moro. Lo statuto umanistico della teologia*, Memorie Domenicane, Nuova Serie 4 (1973), pp. 9-102; *Contemporaries* III, s.v. Valla.

158 Cic. *De or.* I, 10, 41 (159 omnis; 160 nisi hic in; praeissem: praeissem v.l.; 161 manum: manu v.l.).

161 *aliquanto post* I, 36, 166.

164 *Mur.* 4, 9.

166 *Quint. Inst.* VII, 3, 17.

167-169 *Cuius... scriptum* The English common-law system was characterized by extreme punctiliousness in form. The omission of a single contraction sign or an error of Latin accident were fatal mistakes in a writ. In 1533 a convicted murderer was saved from the gallows by a single letter in the indictment ("quidam" for "quidem"). See J.H. Baker, *An Introduction to English Legal History*, London etc., 1990³, pp. 102 f.

170 Iustin. *Inst.* IV, 6, 33 (171-172 pertinet; integrum a praetore restituebatur).

173-178 *Proximo... promissoris* Excerpted from *Inst.* IV, 6, 33 a-d.

chum aut viginti aureos' petat Stichum pura actione, quum electio sit promissoris. Pro eodem dici videtur *rem amittere, litem perdere* et *formula cadere*. Iustinianus libro iiiii., titulo De exceptionibus, paragrapho Appellantur, *Cum temere*
 180 *inquit rem in iudicium deducebant et consumebant, qua ratione rem amittebant.* Horatius in Sermonibus:

*Et casu iam respondere vadato
 Debebat; quod ni fecisset, perdere litem.*

LB 1205 Quintilianus libro iii., capite viii.: *Neque ignoro multa transferri in omnibus fere*
 185 *causis in quibus cecidisse quis formula dicitur. Hae sunt quaestiones 'an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat.'* Seneca libro Epistolarum vi., epistola xlix., de philosophis agens qui vocum argutiis ostentabant eruditionem, *Quid enim inquit aliud agitis, quum eum quem interrogatis scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur? Sed quemadmodum illum praetor, sic*
 190 *hos philosophia in integrum restituit.* Ita Seneca. Quin hoc ipsum 'in integrum restituere', si a foro transferatur ad alia, *παρομιῶδες* est. Poterit ita deflecti ut dicatur 'causa cecidisse' qui ius obiurgandi filium amisit, quod eum suo exemplo aut largitione ad nequitiam prouocarit. Illa porro sermonis formula *ex iure manu consertum* ab ipsis Duodecim Tabulis sumpta videtur, quemadmodum indicat A.
 195 Gellius libro Noctium Atticarum xx., capite ix.: antiquitus inter quos erat de agro aut simili de re controuersia in rem praesentem veniebant et apud praetorem vindiciarum causa manus conserebant, hoc est alter alterius manum corripiebat. Sed quum propagatis Italiae finibus grauaerentur praetores vindiciarum causa longius proficisci, *institutum est ut litigantes non ex iure apud praetorem manum consere-*
 200 *rent, sed 'ex iure manu consertum' vocarent, hoc est alter alterum ex iure ad conserendum manum in rem de qua ageretur vocaret simulque profecti in agrum de quo litigabatur, terrae aliquid ex eo aut vnam glebam in ius in urbem ad praetorem deferrent et in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent.* M. Tullius libro Epistolarum vii., scribens Trebatio iureconsulto: *Tantum metuo ne artificium tuum tibi*
 205 *parum prosit. Nam, ut audio, isthic*

*Non ex iure manu consertum, sed magis ferro
 Rem repetunt regnumque petunt, vadunt solida vi.*

Huiusmodi vindiciarum formulam M. Tullius facetissime expressit in oratione Pro L. Murena: *Itaque irati illi, quod sunt veriti ne dierum ratione peruulgata et*
 210 *cognita sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Quum hoc fieri bellissime posset: 'Fundus Sabinus meus est.' 'Imo meus', deinde iudicium, noluerunt. 'Fundus' inquit 'qui est in agro qui Sabinus vocatur.' Satis verbose: cedo quid postea? 'Eum ego ex iure meum esse aio.' Quid tum? 'Inde ibi ego te ex iure manu consertum voco.' Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille vnde petebatur non habebat. Transit iureconsultus tibicinis
 215 *Latini modo. 'Vnde tu me' inquit 'ex iure manu consertum vocasti, inde ibi te reuoco.'* Hactenus M. Tullius. Metaphora sumpta est a bellis, in quibus 'manus*

conserere' dicuntur qui cominus confligunt, quemadmodum indicat M. Varro libro De lingua Latina secundo.

220 [H]

HERCISCERE

4116

Quaedam voces ob hoc ipsum habent prouerbii gratiam quod sint vel obsoletae vel alicui professioni peculiare, veluti prisci iureconsulti *herciscere* dicebant haereditatem diuidere. Inde apud iureconsultos *actio herciscundae familiae*. Porro familiae vox omnem haereditatem ac res haereditarias complectitur. Haec actio
225 nata est e Duodecim Tabulis, quarum haec verba recitantur in Codice: *Cohaereditas a communionem discedere volentes agunt*.

Id si transferatur ad alterius rei diuisionem, erit prouerbiale, veluti si quis dicat inter Guilhelmum Budaeum et Leonardum Portium de assis inuentione concer-

212 noluerunt *H*: voluerunt *I*.

178-180 Justin. *Inst.* IV, 13, 10.

181 Hor. *Serm.* I, 9, 36 f. (182 casu tunc respondere).

184 Quint. *Inst.* III, 6, 69 (transferri cum in; 186 liceat agere).

186 Sen. *Epist.* 48, 10 (189 illos).

195 Gell. XX, 10, 1 and 7-9 (199 in iure; 200 manum: *manu* codd. Gellii XX, 10, 4; id est; conserendam; 201 atque profecti simul; 202 uti unam).

203 Cic. *Fam.* VII, 13, 2 (205 istic; 206 manum).

207 *regnumque... vi* In the Mss. of Cic. *Fam.* the line breaks off after *Rem repetunt*. The remaining words have been supplied (from Gell. XX, 10, 4) in the edition used by Er. The lines are from Ennius, *Ann.* 252 f. Skutsch.

208 Cic. *Mur.* 11, 25 f. (210 agi posset, verba quaedam; 213 iure Quiritium Lambinus: iureque codd.; 214 manum Gell. XX, 10, 9: *manu* codd.; 215 Transit idem iuris consultus; 216 manum; ibi ego te).

218 Varro *Ling. lat.* VI (!), 64.

4116

221 *Quaedam... obsoletae* See *Adag.* 3874, p. 215, n.ll. 810-811.

223 *actio herciscundae familiae* Er.' starting-point is undoubtedly Cic. *De or.* I, 56, 237 "herciscundae familiae causam agere".

224-226 *Haec actio... agunt* Not found in *Cod. Inst.* The source is *Dig.* X, 2, 1 "Haec actio (familiae herciscundae) proficiscitur e lege duodecim tabularum: namque coherentibus volentibus a communionem discedere

necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hereditariae distribuerentur." Er. himself has 'reconstructed' the passage in the laws of the Twelve Tables.

228-229 *inter Guilhelmum... arbitrum* One of Guillaume Budé's major works, *De asse et partibus eius* (1515), is concerned with ancient coinage and measures. Leonardo de Portis, a minor humanist of Vicenza, wrote a treatise on the same subject, entitled *De sestertio, pecuniis, ponderibus et mensuris antiquis*. It was published at Venice, probably in 1520, and reprinted three times, lastly at Basel in 1530. There arose a question of precedence and charges of plagiarism. Er. mentions De Portis' work in a letter to Budé of 1527 (*Ep.* 1840, ll. 7-10), in which he observes that it is so similar to Budé's *De asse*, "vt nemo dubitet quin alteruter alterum compilarit." Er.' remark is not without malice. His relations with Budé, his peer and rival in the republic of letters, were rather tense. The French humanist had taken offence at the way in which Er. had characterized him in the *Ciceronianus* (1528). Epigrams criticizing Er. had ensued, in which Er. suspected the hand of Budé's friend Janus Lascaris (*Epp.* 2038, ll. 19-21; 2040, 15-24; 2105, 10-12). In our adage Er.' reference to Budé and De Portis functions seemingly as just a stylistic example of how the expression *herciscere* can be used. At first sight the reference to Budé is a compliment. However, for an informed reader of Er.' age there was more to it. By doubting covertly that Budé's *De asse* could

230 tantes Ianum Lascarem datum herciscundae gloriae arbitrum. Et hoc seculo non-
nulli monachi rem prius communem inter se non dubitarunt herciscere idque
sine praetore.

[H]

LAPIDES FLERE

4117

235 De re vehementer miseranda prouerbiali hyperbola dici solet eam esse tam
lamentabilem vt vel lapides cogantur ad fletum. M. Tullius in eodem libro: *Tu*
vero, vel si testamentum defenderes, sic ageres vt omne omnium testamentorum ius in
eo iudicio positum videretur, vel si causam ageres militis, patrem eius, vt soles,
dicendo a mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esses filium flensque
LB 1206 *eum centumuiris commendasses, lapides me hercle omnes flere ac lamentari coegisses,*
240 *vt totum illud 'vti lingua nuncupasses' non in Duodecim Tabulis, quas tu | omnibus*
bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptum videretur. Haec ille. Simili
hyperbola semel atque iterum vsus est Dominus, quum phariseis respondet ipsos
lapides clamatuos, si tacerent homines, rursus, quum Iudaeis de generis nobili-
tate gloriantibus ait Deum vel e lapidibus suscitaturum filios Abrahae. Sed
245 Christo fortasse nihil est hyperbolicum, qui potest quicquid vult efficere. In ver-
bis autem Ciceronis ad prouerbium alludit magici carminis mentio. Quod enim
vehementer commouet animum *quauis incantatione efficacius* dicitur, sicut alibi
retulimus.

[H]

AMEN'TATAE HASTAE

4118

250 Arma parata ad pugnam M. Tullius appellat *hastas amentatas*. Amentum enim
lorum est hastae affixum, cui manum inserit hastam missilem torturus. Transferri
potest ad dictum aut orationem ab alio suppeditatam. Locus eo quem hactenus
citauit libro sic habet: *In eo autem iure quod ambigitur inter peritissimos, non esse*
difficile oratori eius partis, quamcunque defendet, autorem aliquem inuenire; a quo
quum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit. Idem
255 in Bruto, de T. Accio Pisarense loquens: *Respondi pro A. Cluentio, qui et accurate*
dicebat et satis copiose eratque praeterea doctus Hermagorae praeceptis, quibus etsi
ornamenta non satis opima dicendi, tamen, vt hastae velutibus amentatae, sic apta
quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. Rursus in
Topicis, de iureconsultis agens: *Nam et adsunt multum et adhibentur in consilium*
260 *et patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus hastas ministrant.* Item
Quintilianus libro xii., capite iii.: *Neque ego nostri moris ignarus oblitusue eorum*
qui velut ad arculas sedent et tela agentibus subministrant, neque idem Graecos
quoque nescio factitasse, vnde nomen his pragmaticorum datum.

265 Telum igitur paratum ad torquendum, vt inuentio sit alterius, dictio tantum
tua, recte 'hastam amentatam' dixeris. Non dissimile est illi quod ante retulimus
de calciamento quod ab alio consutum alius induerat. Tale telum talisque calceus
erat oratio Lysiae, quam Socrates probabat quidem vt perelegantem, sed negabat
sibi conuenire.

[H]

DISCVM QVAM PHILOSOPHV AVDIRE MALVNT

4119

270 Vulgus hominum propensius est ad quamvis ineptas voluptates quam ad frugi-
fera. Quod eleganter expressit M. Tullius libro De oratore ii.: *Discum*, inquit,
audire malunt quam philosophum. Erat autem publici exercitamenti genus quo
275 discus aeneus arte simul et viribus ita ab humo torquebatur in altum vt intra cer-
tum spacium decideret. In iisdem autem locis in quibus huiusmodi lusus perage-
bantur (gymnasia vocant) disserebant et philosophi. Sed crepitu ad discum
vocante, philosophum subito deserebant omnes. Verba Crassi apud Ciceronem
sunt haec: *Nam et seculis multis ante gymnasia inuenta sunt quam in his philosophi*
garrere coeperunt, et hoc ipso tempore, quum omnia gymnasia philosophi teneant,
280 *tamen eorum auditores discum audire quam philosophum malunt; qui simul vt*
increpuit, in media oratione de maximis rebus et grauissimis disputantem philoso-
phum omnes vnctionis causa relinquunt. Ita leuissimam delectationem grauissimae,
vt ipsi ferunt, vtilitati anteponunt.

Per iocum transferri potest ad discum escarium, cuius crepitu multi libentius
audiunt quam vocem philosophi.

285 [H]

CONCHAS LEGERE

4120

Summi ocii est conchas et umbelicos legere in littoribus, qui lusus esse solet pue-
rorum. Quanquam transferri potest ad eos qui aliud agentes obiter etiam leuora
quaedam animi gratia admiscunt. Crassus orator apud Ciceronem libro De ora-
tore secundo, de Lelio et Scipione loquens, *Non audeo inquit dicere de talibus*
290 *viris, sed tamen ita solet narrare Scaeuola conchas eos et umbelicos ad Caietam et ad*

claim priority of place, Er. sought to infringe the scholarly fame of his rival in a subtle and indirect way. — Er. owned two copies of *De asse*; see *Adag.* 1907, *ASD* II, 4, p. 285, n.l. 92. — For Budé, De Portis, and Lascaris see *Contemporaries*, s.v. For the sour relationship between Er. and Budé see also J. Chomarat, *Mots et croyances*, Genève, 1995, pp. 87–95.

229 *Et* loosely connects the statement on the monks with the preceding sentence.

229–231 *hoc seculo* etc. The reference is perhaps to monasteries that were being abandoned.

4117 Otto 910.

234 Cic. *De or.* I, 57, 245 (237 esset; 238 commendasset; *commendasses* v.l.; 239 nuncupasset; 240 magistri).

241–242 *ipsos... homines* After *Lc.* 19, 40.

243 *Deum... Abrahae* *Lc.* 3, 8 = *Mt.* 3, 9.

245–247 *Quod enim* etc. See *Adag.* 3719 (Incantatione quavis efficacius).

4118

249 Cic. *De or.* I, 57, 242.

249–250 *Amentum... affixum* Perhaps after Isid. *Orig.* XVIII, 7, 6.

252 Cic. loc. cit. (est).

255 Cic. *Brut.* 78, 271.

259 *Tóp.* 17, 65 (consilio).

261 Quint. *Inst.* XII, 3, 4 (ego sum nostri; 263 datum est).

265 *ante Adag.* 2342 (Hoc calciamentum consuit Histiaeus, Aristagoras induit).

267–268 *oratio Lysiae* etc. Cic. *De or.* I, 54, 231, quoted in *Adag.* 3731 (Colophonium calciamentum), p. 146, ll. 389 ff.

4119

271 Cic. *De or.* II, 5, 21.

276 Cic. loc. cit. (277 iis).

4120 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 43 (Conchas legere).

288 Cic. *De or.* II, 6, 22 (290 umbilicos; 291 Laurentum; *Lucrinum* Brassicanus, cf. Val.

Max. IX, 1, 1 [Lucrini]; consuesse).

Lucrinum legere consueuisse et ad omnem animi remissionem ludumque descendere.
 ‘Vmbelicos’, opinor, appellat vel conchas vel calculos vmbelici formam imitantes
 LB 1207 vel herbam quae Vene[ris] vmbelicus dicitur autore Dioscoride. In conchis enim
 295 incredibili varietate lusit natura, quemadmodum refert Plinius libro nono, capite
 xxxiii. *Tot, inquit, colorum differentiae, tot figurae planis et concauis, longis et luna-*
tis, in orbem circumactis, dimidio orbe caesis, in dorsum elatis, leuibus, rugatis, den-
ticulatis, striatis, vertice muricatum intorto, margine in mucronem emisso, foris effuso,
intus replicato, iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim,
 300 *imbricatim vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, prae-*
densata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum aper-
tis, ad buccinam recuruis et caetera. In subterraneo domicilio quod ostenditur
 iuxta Cumas Italiae, quod vulgus fingit fuisse antrum Sybillae, quum verisimile
 sit fuisse speluncam praedonum ac piratarum, visuntur parietes vario concharum
 contextu musaicum opus imitantes. Valerius Maximus libro octauo, capite viii.
 305 de Scipione et Lelio refert idem quod narrat Cicero.

[H]

LIBER NON EST QVI NON ALIQVANDO NIHIL AGIT

4121

Qui in summo ocio versabantur ab omnibus feriatu negotiis, ii *nihil agere* dice-
 bantur. M. Tullius eodem libro sub persona Crassi ad Scaeuolam: ‘*Quid igitur?*’,
inquam, ‘Quando ages negocium publicum, quando amicorum, quando tuum?’
 310 *Quando denique nihil ages?’ Tum illud addidi: ‘Mihī enim liber esse non videtur*
qui non aliquando nihil agit.’ Haec ille. Mox interpretatur quid declaret ‘nihil
 agere’: *In qua, inquit, permaneo, Catule, sententia meque, quum huc veni, hoc*
ipsum nihil agere et plane cessare delectat. Nam ‘cessare’ dicuntur non tantum ii
 315 agere, vt caetera recte agamus. Alias ostendimus eos ‘nihil agere’ dici qui inanem
 sumunt operam.

[H]

IN HERBA LVXVRIES

4122

Rustici semina copiosius quam expedit herbescentia dicunt *luxuriare*. Eam prae-
 properam laetitiam appellant *luxuriam*, quam immissis in agrum iumentis aut
 320 pecudibus corrigunt, quod illi vocant *depascere*. Maro:

Luxuriam segetum tenera depascit in herba.

M. Tullius eodem libro quem modo citaui: *Quod si hic noster Sulpitius faceret,*
multo eius oratio esset pressior; in qua nunc interdum, vt in herbis rustici dicere
solent in summa vbertate, inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.

325

[H]

LACINIA TENERE

4123

Qui leuiter rem tenent *lacinia tenere* dicuntur, hoc est extrema vestis ora. Cui

contrarium est illud *Medius teneris*. M. Tullius libro De oratore iii.: *Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, rebus definitum, obtinent atque id ipsum lacinia*. Non dubium est quin Cicero metaphoram duxerit a populari sermone, nam idem dictum et hodie durat apud nostrates, si quem inuitant non ex animo. Inde illud *scindere penulam*. Et apud Terentium Mida Getam *resupinat pallio*. Cicero videtur allusisse ad illud Plauti in Asinaria: *Lachrymantem lacinia tenet lachrymans*.

[H]

SVRCVLVM DEFRINGERE

4124

335 Simili forma dixit eodem in loco *surculum defringere* pro eo quod est: non callere totam disciplinam, sed ex ea paululum quod ad rem praesentem faciat decerpere, quemadmodum iureconsulti nonnunquam aliquam sententiam aut fragmentum adducunt e theologorum disciplina. Locus apud Ciceronem hunc in modum habet: *Atque hactenus loquuntur, etiam hac instituendi diuisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, ut denique recuperare amissam possessionem, sed ut ex iure ciuili surculum defringendo usurpare videantur*.

293 Diosc. IV, 91.

294 Plin. *Nat.* IX, 102 f. (295 planis, concavis, longis, lunatis; 298 canaliculatim Gelenius: *cuniculatim* v.l.; pectinatim diuisa; 299–300 densata; 301 bucinum).

301–304 *In subterraneo... imitantes* Er. visited Cumae, presumably towards the end of his stay in Italy (1506–1509); see *Adag.* 3714 (Campana superbia), p. 137, n.ll. 179–180. In Ep. 756, ll. 17 f. he refers to a dark tunnel which one has to traverse on the road from Naples to Cumae.

302 *quod vulgus... Sybillae* I suspect that Er. relies on literary evidence, namely Procop. V, 14, 3. In Cristoforo Persona's translation (see *Adag.* 3805 n.), p. 34, he read: "Cumis incolae ipsi Sibyllae speluncam ostendunt, in eaque ferunt illam vaticinatam fuisse." – The Sibyl's cavern, well-known through Vergil's account (*Aen.* VI, 42 ff.), was destroyed in the 6th century A.D. according to Agathias I, 10. For the remnants of the ancient site see R.G. Austin's commentary (*Aeneidos Liber Sextus*, Oxford, 1977) ad loc.

304 Val. Max. VIII, 8, 1.

4121

308 Cic. *De or.* II, 6, 24.315 *Alias Adag.* 2566 (Nihil agere).

4122

320 Verg. *Georg.* I, 112.

322 Cic. *De or.* II, 23, 96 (haec: *hic* v.l.; 323–324 solent dicere).

4123 Inspired by Brassicanus, *Prou.* 56 (Lacinia obtinere). Otto 1321 n.

327 *Medius teneris* See *Adag.* 396.Cic. *De or.* III, 28, 110 (328 reis).

330 *et hodie... animo* The reference is to a Dutch expression, apparently something like 'iemand bij de slip van zijn jas vasthouden' (to hold someone just by the hem of his coat). Cf. Suringar 103.

331 *scindere penulam* See *Adag.* 99.Ter. *Phorm.* 863.332 Plaut. *Asin.* 587.

4124 Taken from Brassicanus, *Prou.* 55 (Surculum defringere).

335 Cic. *De or.* III, 28, 110.

338 Cic. loc. cit. Kumaniecki rejects some words transmitted by the Mss. and reads the passage in the following way: "Atque [hactenus loquantur] etiam hac <in> instituendo diuisione utuntur, sed ita, non ut iure aut iudicio, vi denique recuperare amissam possessionem sed ut [ex iure ciuili] surculo defringendo usurpare videantur" (339 loquantur: *loquuntur* v.l.; 340 vi denique Madvig: *ut denique* codd.).

[H]

MENDACIVM VTILE

4125

Diues ille apud satyricum Iuuenalem dicit: *Quid enim saluis infamia nummis?* et Dorionem Terentianum non pudet vanitatis, *dum ob rem*. Sed honesto propius
345 est quod ait Orestes in Electra Sophoclis:

Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥήμα σὺν κέρδει κακόν, id est
Nullum reor verbum quod est lucro malum.

LB 1208

Conuenerat enim vt fingerent ipsum esse mortuum. | Sentit igitur famam mortis viuo nihil nocituram, sed ad id quod constituerant fore accommodam. Venerant enim vturi Agamemnonis mortem idque perfecerunt.
350

[H]

EQVI GENEROSI SENECTVS

4126

Ἴππου γῆρας alias dictum est de his qui post res praeclare gestas ob senium reiciuntur. Sed Sophocles in eadem fabula declarat generosi equi senectutem his versibus:

355

Ὡσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ἦ γέρων,
Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
Ἄλλ' ὀρθὸν οὖς ἴστησιν, ὠσαύτως δὲ σὺ
Ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὶ τὸς ἐν πρώτοις ἔπη, id est
*Generosus vt equus, consenuerit iam licet,
Animum tamen nunquam in periculis abiicit,
Sed auribus rectis stat, itidem tu quoque
Et incitas me et ipse cum primis ades.*

360

Verba sunt Orestis ad paedagogum senem, cuius consilio et auxilio occidit Clytemnestram et Aegisthum.

365

[H]

CVNCTATIO NOXIA

4127

In eadem fabula Electra de Oreste, qui reditum proferebat, ita loquitur:

Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι τὰς οὔσας τέ μου
Καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν, id est
*Dum facere semper prorogat, quae adsunt simul,
Simul et futuras perdidit mihi spes meas.*

370

Prouerbii ratio est in tropo quo 'praesentes et absentes' dixit pro 'omnes'.

[H]

IN ARDVIS CONTANTER AGENDVM

4128

Ibidem Electrae querenti de fratre:

Φησὶν γε· φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ, id est

375 *Dicit quidem, sed e dictis facit nihil*

ita respondet chorus:

Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πράγμα' ἀνὴρ πράσσων μέγα, id est
Qui facinus ingens tentat, ille lentus est,

sentiens in arduis ac periculosis negociis non esse praecipitandum consilium.

380 Huic rursus ita respondet Electra:

Καὶ μὴν ἔγωγ' ἔσωσ' ἐκείνον οὐκ ὄκνω, id est
At is quidem haud contante me servatus est,

sentiens perniciosam esse contationem, quum vrget praesens periculum.

[H] E PAUCIS VERBIS INGENS BONVM AVT MALVM 4129

385 Ibidem Electra sic loquitur sorori Chrysothemidi:

Πολλά τοι μικροὶ λόγοι
 Ἔσφηλαν ἤδη καὶ κατώρθωσαν βροτούς, id est
*Sermo profecto rebus in compluribus
 Deiecit homines simul et erexit brevis.*

390 Sentit interdum ex paucis verbis perperam intellectis magnos nasci errores atque etiam erroris correctionem ex paucis recte intellectis. De *leuissimae rei grauissimis poenis* dictum est alias.

[H] VNI CVM DVOBVS NON EST PVGNANDVM 4130

395 In eadem Chrysothemis Electrae sorori et choro concorditer hortantibus ita respondet:

Δράσω· τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον
 Δυσὶν ἐρίζειν, id est
*Factura sum. Non aequum enim est resistere
 Vnam duabus.*

349 *accommodam scripsi: accommodum H I.*

4125

343 Iuv. I, 48.

344 Ter. *Phorm.* 526.

345 Soph. *El.* 61.

4126

352 *alias Adag.* 1032 (Equi senecta).

353 Soph. *El.* 25 ff. (358 ἐπηγ.).

4127

366 Soph. *El.* 305 f.

4128

373 Soph. *El.* 319 ff. (374 ποιεῖ: ποιεῖ v.l.).

4129

385 Soph. *El.* 415 f.

392 *alias Adag.* 2018 (Leuissima res oratio).

4130

394 Soph. *El.* 466 f.

400 Affine est illi *Ne Hercules quidem aduersus duos*. Huc allusit et Catullus in Epithalamio: *Noli pugnare duobus*.

[H]

MALA MALIS EVENIVNT

4131

Clytemnestra obiurgans Electram filiam, quod per eam traduceretur vt viricida, vicissim audit:

405 Αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται, id est
E turpibus enim facta turpia discimus,

significans quod filia de matre parum honeste loqueretur ei imputandum quae necando maritum et filii necem moliendo docuisset liberos odisse matrem. Id paulo post dicit explanatius:

410 Τὰ δ' ἔργα τοὺς λόγους εὕρισκεται, id est
Porro ipsa facta verba reperiunt sua.

Scitum est illud Socratis vt se quisque talem praestaret re qualis haberi cuperet. Fama enim e factis velut e fonte nascitur, e bonis bona, e malis mala. Proinde,|
 LB 1209 qui factis ignominiosis sibi peperit ignominiosam famam, ne succenseat male
 415 loquentibus, sed sibi, qui ora aperuit populo, nec molietur vindictam in maledicos, sed benefactis rumorem foedum abolere studeat.

[H]

NVMINIS IRA INEVITABILIS

4132

Apud Homerum Iuppiter vxori minitans appellat manus suas ἀάπτους, quod laedant quoscunque velit, quum a nemine vicissim laedi queant. Simile est quod in
 420 eadem fabula dicit Orestis paedagogus:

“Ὅταν δέ τις θεῶν
 Βλάπτῃ, δύναιτ' ἄν οὐδ' ἄν ἰσχύων φυγεῖν, id est
At vbi viro nocet deorum quispiam,
Vitare possit nemo quamlibet potens.

425 Solent homines calamitates suas in hanc aut illam causam reïicere, quum ple-
 raque mala sic praeter omnem expectationem accidant vt appareat a superis
 immitti. Aduersus numinis decretum nihil valet humana prouidentia.

[H]

QVO TERRARVM RAPERIS?

4133

430 Qui non sunt attentī ad rem propositam negantur esse domi, qui longius aber-
 rant a vero in alia regione esse dicuntur. Electra sorori nuncianti Orestem viuere,
 qui dictus erat mortuus, ita respondet:

Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνῶμης φέρῃ, id est

*In quod solum rapiare non intelligis
Nec quo ferat mens.*

435 Prouerbiū est in tropo. Sic in eum qui aberrat a re proposita apte dicitur illud
Quo nunc se proripit ille? aut: In quam regionem abripitur? Translatum videtur a
nautis.

[H]

BENE NATIS TURPE EST MALE VIVERE

4134

440 Quidam arbitrantur ob hoc ipsum sibi licere turpiter viuere quod honestis maio-
ribus orti sunt, quum contra generis claritas quasi fax addita faciat vt nobilium
errata plus habeant dedecoris quam obscuro genere natorum. Hoc in eadem
fabula sic expressit Electra:

Zḗν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι, id est
Natis honeste turpe viuere turpiter.

445 Quanquam Electra putat eos turpiter viuere, non qui sunt improbis moribus, sed
qui viuunt in seruitute, quum sint ingenui nati, vt cum illo conueniat *Vbi non sis
qui fueris, non est cur velis viuere.*

[H]

MORTVI NON DOLENT

4135

450 Eadem in fabula, significans se spontanea morte quaesituram maiorum finem,
ait:

411 Porro *H I: ex Sic corr. MS.*413 e malis *H I: et malis MS.*418 Homerum *H I: ex Homerus corr. MS.*420 Orestis *H I: ex Ostes corr. MS.*423 viro *H I: om. MS.*429 propositam *H I: add. MS.*430 vero *H I: ex proposito corr. MS.*438 est *H I: add. MS.*446 quum... nati *H I: om. MS.*447 cur *I: quur MS H.*449 significans *H I: significans MS.*400 *Ne Hercules... duos Adag. 439.*

Catull. 62, 64.

4131

403 *Soph. El. 621.*410 *El. 625.*

412 *illud Socratis... cuperet Cic. Off. II, 12, 43,*
also quoted in *Adag. 1067* (*Exigua res est*
ipsa iustitia), in *Apophth. III, Socratica II, LB*
IV, 156 C, and in a colloquy, *ASD I, 3, p.*
646, ll. 99 f.

4132

418 *Hom. Il. I, 567.*420 *Soph. El. 696 f.*

4133

429 *Qui... domi* See *Adag. 1684* (*Praesens*
abest), *ASD II, 4, p. 138, esp. ll. 180 f.*
"hodieque vulgo dicunt cogitatione peregrin-
nantem domi non esse" ("Sijn sinnen sijn al

van huijs" [His mind is away from home];
see n. ad loc.).

430 *in alia regione esse* Perhaps another refer-
ence to a vernacular expression, but it could
also be just a general introductory formula.
Soph. El. 922.

436 *Quo... ille?* *Verg. Ecl. 3, 19.*

4134

440-441 *generis... natorum* After *Iuv. 8, 138 ff.*
"Incipit ipsorum contra te stare parentum /
Nobilitas clarumque facem praeferre
pudendis. / Omne animi vitium tanto con-
spectius in se / Crimen habet, quanto maior
qui peccat habetur."

442 *Soph. El. 989.*446-447 *Vbi non sis* etc. *Adag. 745.*

4135

449 *Soph. El. 1170.*

Τοὺς γὰρ θανόντας οὐχ ὀρῶ λυπούμενους, id est
Nam mortuum dolere video neminem.

455 Eoque Plinius existimat nullum beneficium a diis datum homini maius quam quod cuique in manu est, quum velit e vita excedere. Melius Socrates, qui docet esse nephas animam iniussu imperatoris dei e corporis praesidio decedere.

[H] OMNIBVS MODIS NOCENS 4136

Ibidem Oresti percontanti quibus modis esset molesta Clytemnestra, manibus an veneno, respondet Electra:

460 Καὶ χερσὶ καὶ λύμαισι καὶ πᾶσιν κακοῖς, id est
Manu et venenis et malis demum omnibus.

Quadrabit in hominem modis omnibus perniciosum, fucis, vi, verbis, factis.

[H] A CAPITE ARCESSERE, A FONTE DVCERE 4137

465 Quum res ab eo repetitur quod est in negotio praecipuum, *a capite arcessi* dicitur. M. Tullius libro De oratore ii.: *Etiam aetatis est vsusque nostri a capite quod velimus arcessere et vnde omnia manant videre.* Item libro De legibus primo: *Alte vero et, vt opinor, a capite, frater, repetis quae quaerimus.* Et paulo post ibidem: *Visne ergo ipsius iuris ortum a fonte repetamus?* Quod ante dixit 'a capite' hic dicit 'a fonte'. Rursus in Topicis: *Quum autem a genere ducetur argumentum, non erit necesse id vsque a capite arcessere.* In Tusculanis quaestionibus alicubi dicit *a capite ducere* pro eo quod erat 'ab exordio repetere'.
 470

[H] LATINI TIBICINIS MORE 4138

LB 1210 In M. Tullii verbis quae paulo ante retulimus ex oratione Pro L. Murena prouer-
 475 bium inerat, quum ait iureconsultum instructo petitore *Latini tibicinis | more* transire ad eum a quo petitur, et illum solennibus verbis instructurum. Vnde nata sit similitudo non admodum liquet nisi quod probabilis coniectura videtur ductam a priscis illis Latinis, qui in pagis aut oppidis vnico tantum tibicine fabulas agitabant, ad cuius modulatum vocem ac gestum accommodabant histriones, alioqui ob imperitiam non seruaturi carminis rationem. Is igitur tibicen, posteaquam vni actori praecinuerat, cogebatur ad alterum huic responsurum transire
 480 eique vicissim incentu tibiae metri modulos praeire atque hinc rursus ad alium, quod rusticani homines absque praeunte tibicine non possent apte saltare versus aut mimos. Hanc coniecturam adiuvat locus qui est apud M. Tullium in Oratore ad Brutum, vbi agit de versibus ita compositis vt posset oratio libera solutaque videri. *Quorum, inquit, similia sunt quaedam etiam apud nostros, velut illa in*
 485 *Thyeste:*

Quemnam te esse dicam qui tarda in senectute

et quae sequuntur; quae, nisi quum tibicen accessit, orationi sunt solutae simillima.
Prior locus ex oratione refertur in prouerbio *Causa cadere*.

[H]

IN QVADRVN REDIGERE

4139

490 Superius ex Aristotele docuimus virum constantis animi appellari *tetragonum*,
quod ea figura ex omni parte sui similis est. Vnde quicquid congruit et aptum est
quadrare dicitur. Id M. Tullius in Oratore deflexit ad orationem concinnam et
aptis numeris compositam: *Itaque postquam est nata haec circumscriptio vel com-*
495 *prehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in*
numero scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum remo-
tumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum nume-
rumque sententias. Metaphora ducta est a marmorariis. Non sum immemor hoc a
nobis alibi positum, sed locum euidentius ostendere volui. Illic enim tantum
indicaram.

453-455 Eoque... decedere *H I: om. MS.*
457 manibus *H I: manibus ne MS.*
458 Electra *H I: add. MS.*
461 Quadrabit... factis *H I: om. MS.*
465 manant *H I: manent MS.*
469 In... quaestionibus *H I: In [1 ex T corr.]*
Tusculanis questionibus MS.
472 verbis quae *H I: verbi MS; L. H I: add.*
MS.
474 instructurum *H I: ex instructurus corr.*

MS.
475 ductam *MS: ductum H I.*
476 in... oppidis *H I: om. MS.*
477 histriones *H I: add. MS.*
480 hinc *H I: hinc vel huic MS.*
482 adiuuat *H I: om. MS.*
483 vbi agit *H I: agens MS.*
496 redigeret *H I: redigerat [?] MS.*
497-498 Non... volui *H I: add. MS.*
498-499 Illic... indicaram *H I: om. MS.*

453 Plin. *Nat.* II, 27.
454-455 Socrates etc. See Plat. *Phaedo* 61 c-62
b; Cic. *Cato* 20, 73 (vetat Pythagoras)
"inissu imperatoris, id est Dei, de praesidio
et statione vitae decedere".
4136
457 Soph. *El.* 1196.
4137
464 Cic. *De or.* II, 27, 117 (et iam; 465 manent:
manant v.l.).
465 *Leg.* I, 6, 18 (466 ut oportet; quod).
466 *Leg.* I, 6, 20.
468 *Top.* 9, 39.
469-470 *a capite ducere* Not in *Tusc.*, but *Fin.*
V, 6, 17.
4138
472 Cic. *Mur.* 12, 26 "Transit idem iuris con-

sultus tibicinis Latini modo", quoted in
Adag. 4115, p. 322, ll. 209 ff.
474 *et illum... instructurum* 'so as to provide
the latter, too, with traditional legal formul-
las.'
481-482 *saltare... mimos* For the phrase see
Adag. 4142 (Titius).
482 Cic. *Or.* 55, 184 (487 secuntur: *sequuntur*
v.l.).
488 prouerbio *Causa cadere* *Adag.* 4115.
4139
490 Superius *Adag.* 3735 (Quadratus homo).
492 *quadrare* E.g. Verg. *Georg.* II, 278.
Cic. *Or.* 61, 208 (493 posteaquam; haec vel
circumscriptio).
498 *alibi* *Adag.* 903 (In quadrum redigere).

500 [H]

ΑΠΑΛΛΙΣΤΟΙ

4140

Motus et homines inconditos et arte carentes M. Tullius in eodem opere testatur a Graecis appellari ἀπαλλίστους, quasi dicas *a palaestra alienos*, quod in palaestra exercitati etiam in caeteris actionibus venustatem quandam habent, quemadmodum indicat in Oratore ad Brutum: *Non*, inquit, *ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuuent ut palaestra histrionem*. Talis est saltatio Cyclopica et Sileni. Verba Ciceronis ascribam: *Itaque, qualis eorum motus quos ἀπαλλίστους Graeci vocant, talis horum mihi videtur oratio qui non claudunt numeris sententias*. In libro De optimo genere dicendi dixit *palaestrice spaciari* pro ‘decoro numerosoque gestu incedere’. *Haec*, inquit, *vitauerunt fere omnes qui aut Attici numerantur aut dicunt*

510 *Attice, sed quatenus voluerunt sani et sacri duntaxat habeantur, sed ita, palaestrice in xysto spaciari ut liceat, non ut ab Olympiis coronam petant*.

Quin hoc ipsum ‘ab Olympiis coronam petere’ prouerbii speciem habet pro eo quod est: e rebus arduis magnam ac solidam affectare laudem, hoc est: in causis seriis et grauibus vincere. Qui priuatim in porticibus ad voluptatem disserunt *in xysto spaciantur*, qui in foro causas graues agunt *in solem et puluerem* prodeunt,

515 *magnum periculum magnae laudis spe suscipientes*.

[H]

CADERE IN CVRSV

4141

Cadere in cursu M. Tullius dixit pro eo quod est ‘expetita laude frustrari’, quemadmodum si quis ad lauream theologicam contendens emoriatur, priusquam ad summum eius nominis fastigium peruenerit. M. Tullius libro De claris oratoribus de Galba loquens: *Laudabant hunc patres nostri, fauebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Manilia Iugurthinae coniurationis inuidia, quum pro se ipse dixisset, oppressus est*. Simili tropo dicimur eos *e cursu reuocare* quos ab instituto ad aliud quippiam retrahimus. Et *in cursu esse* dicuntur

520 *qui magno studio contendunt aliquo. Metaphora sumpta est a publicis certaminibus pedibus aut equis currentium*.

[H]

TITIVS

4142

Titium saltare dicebantur qui incomposite ac solute gestiebant. Fuit enim huiusmodi saltationis genus, | quod a Titio quodam malo oratore nomen inuenit. M. Tullius eo quod modo citauimus opere: *Quos Sextus Titius consequutus, homo loquax sane et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Ita cauendum ne quid agendo dicendoue facias cuius imitatio rideatur*. [I] Citat hunc Ciceronis locum Quintilianus libro xi., capite de pronuntiatione. [H] Similia his sunt *saltare Cyclopem* (Horatius: *Saltaret uti Cyclopa rogabat*) et *saltare cordacem more Sileni*.

LB 1211
530
535

[H]

VT PHIDIAE SIGNVM

4143

Quae primo statim aspectu probantur omnium suffragiis *vt Phidiae signum* placere dicuntur. Nam quaedam signa non statim arrident, sed frequenter et propius inspecta paulatim incipiunt placere. M. Tullius eodem libro: *Nam Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium vt Phidiae signum simul aspectum et probatum est.*
 540 *Is L. Crasso Q. Scaeuola consulibus primum in foro dixit et apud hos quidem consules, et quum eorum qui adfuerunt, tum ipsorum consulum, qui omnes intelligentia anteibant, iudicio discessit probatus. Vnde viginti annos natus erat eo tempore.*
 Haec ille. Arbitror autem Ciceronem sentire de Ioue Olympio quem finxit insignis statuarius Atheniensis Phidias, quemadmodum refert Plinius libro xxxiiii.,
 545 capite viii. et libro xxxvi., capite quinto.

[H]

IN NVMERVM PERVENIRE

4144

Qui in aliquo precio haberi incipiunt *in numerum aliquem peruenire* dicuntur, quemadmodum *in aliquo numero esse* dicuntur qui sunt alicuius existimationis et

500 Ἀπάλαιστοι H I: Motus [sed del.] ἀπάλαιστοι MS.
 501 et homines H I: om. MS.
 503-505 quemadmodum... histrionem H I: add. MS.
 504 inquit H I: om. MS.
 508 optimo H I: optime MS; numeroque H

I: add. MS.
 509 dicunt H I: add. MS.
 511 alt. vt H I: add. MS.
 518 expetita I: expedita H.
 521 Galba I: Cat. Galba H.
 531 saltatio quaedam I: saltatione quadam H.

4140

501 Cic. Or. 68, 229 (502 ἀπαλαίστρους: ἀπαλαίστους ed. Basil. 1528). Brassicanus, *Prou.* 44, discusses the same passage, but he gives the correct reading ἀπαλαίστροι. Brassicanus also refers to Quint. *Inst.* IX, 4, 56 (ἀπαλαίστροι: ἀπάλαιστοι v.l., see Spalding's edition).
 504 Or. 4, 14 (505 adiuet).
 505 saltatio... Sileni See *Adag.* 4142 (Titius), ll. 534 f.
 506 Or. 68, 229 (ἀπαλαίστρους).
 507-508 *Opt. gen.* 3, 8 (510 Sed qui eatenus Gulielmus: sed quatenus codd.; valuerunt, sani et sicci; 510-511 ita ut palaestritae, spatiari in xysto ut liceat, non ab). Er. has used the Basel 1528 edition.
 514-515 *in xysto spaciuntur* Cic. *Opt. gen.* loc. cit. - *in solem et puluerem* Cic. *Leg.* III, 6, 14; *Brut.* 9, 37.

4141

518 Cic. *Brut.* 33, 127.
 520 Cic. loc. cit. (522 Mamilia: manilia v.l.; 523

sese).

523-524 *e cursu revocare* Cf. *Brut.* 67, 236 "quasi revocatus in cursum".
 524 *in cursu esse* E.g. *De or.* II, 19, 82; *Liv.* XXVIII, 40, 10; *Ov. Fast.* VI, 362.

4142

528 After Cic. *Brut.* 62, 225.
 530 Cic. loc. cit. (532 cavendumst ne quid in agendo).
 533 Quint. *Inst.* XI, 3, 128.
 534 Hor. *Serm.* I, 5, 63.
 535 saltare cordacem more Sileni Lucian. *Icar.* 27; *De salt.* 22. See Er. *Moria*, ASD IV, 3, p. 88, l. 304 "Silenus ille senex amator, τὴν κόρδακα saltare solitus" and Miller's notes.

4143

539 Cic. *Brut.* 64, 228 f. (542 omnibus Diom.: omnis v.l.).
 545 Plin. *Nat.* XXXIV, 49 and XXXVI, 18.

4144

548 Cic. *Brut.* 69, 243.
 549 *in aliquo... esse* E.g. Cic. *De or.* III, 9, 33.

550 *in nullo numero esse qui plane contempti sunt. M. Tullius in eodem libro: His enim rebus infimo loco natus et honores et gratiam et pecuniam consequutus etiam patronorum – sine doctrina, sine ingenio – aliquem in numerum peruenerat. Et aliquanto post, de C. Sicinio loquens: Has ille tenens et paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinae dicendi iam in patronorum*
555 *numerum peruenerat.*

[H]

E NEVO COGNOSCERE

4145

E neuo cognoscere est ex re quapiam minima totum hominis ingenium aestimare, quemadmodum dicimus leonem ex vnguibus agnoscere et Protogenes e linea agnouit Apellem. M. Tullius in libro De claris oratoribus: Nunc quoniam totum
560 *me non e neuo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere, complectar nonnulla etiam quae fortasse videantur minus necessaria. Metaphora sumpta est ab iis qui infantibus quos ablegant exponuntue addunt crepundia per quae agnoscantur, si forte inciderit occasio, aut neuum aliquem in corpore notant parentes. Tale signum interdum sygraphis suis addunt trapezitae.*

565

[H]

NE PVDEAT ARTEM

4146

Versus erat olim populari sermone iactatus *Ne pudeat artem proloqui quam factites*. Multos non pudet turpi quaestu viuere, quum pudeat | nomen eius quaestus profiteri, quemadmodum si quis vsuram exercens vocari malit negociator. Versum citat M. Tullius eodem libro: *Me autem siue peruulgatissimus ille versus*
570 *qui vetat*

Artem pudere proloqui quam factites,

dissimulare non sinit quin delectet, siue tuum studium hoc a me volumen expressit.

[I]

ΔΩΡΙΑΖΕΙΝ

4147

Δωριάζειν olim dicebantur qui corpore parum decore nudato incedebant. Ductum a virginibus quae in Peloponeso discinctae et absque tunicis esse consueuerunt, tantum pallio tectae vtrinque fenestrato, per quod patebant nuda corporis. Apud Lacedaemonios autem virgines certis diebus totae nudae incedebant. De Romanorum multitiis pellucetibus multa queritur Iuuenalis.

575

[I]

AETOLI

4148

580 *Αἰτωλιταί* dicti sunt olim ioco prouerbiali qui iuxta mores Aetolorum petaces essent et improbi. Allusum est enim ad vocem. Quemadmodum auidi munerum *Dorice loqui* dicebantur, sic *Αἰτωλοί* dicti videntur, quod omnia petant, *παρὰ τὸ ὄλον αἰτεῖν*. Meminit Stephanus.

[L]

XAPΩNITAI

4149

- 585 Olim Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum est iis qui
ex defuncti commentariis tuebantur quod perperam agebant. Hinc ortum: quum
M. Antonius oratione funebri prolataque C. Caesaris veste populum in eius
interfectores concitasset, arripuit Caesaris commentarios, in quibus acta illius
590 continebantur, iisque asscripsit quae libuit. Atque horum autoritate se facere
simulabat quicquid agebat, aliis tribuens magistratus, alios ab exilio reuocans,
alios e vinculis liberans. Hi omnes, quoniam se defuncti commentariis excusa-
bant, vulgari ioco dicti sunt *Χαρωνῖται*, vt refert Plutarchus in vita M. Antonii.
Simili artificio quidam abutuntur testamentis, in quos competet itidem
cognomen.

595

[L]

OCVLIS FERRE ET SIMILIA

4150

- Prouerbia sunt et illa: *oculis ferre, in sinu ferre*, si quis quem insigniter amat
fouetque. Translatum a matribus tenere liberos suos amantibus, a quibus non
dimouent oculos, sollicitae ne quid illis accidat incommodi, gestantque in sinu
atque in complexu. Exempla vtriusque sunt apud M. Tullium crebra. Non dissi-
600 mile est quod est apud Platonem libro De republica x.: ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς
περιφέρειν, id est *super capita ferre*: Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦν-

- 550 *in nullo... esse* E.g. *De or.* III, 56, 213.
Cic. *Brut.* 69, 243 (551-552 honores et pecu-
niam et gratiam consecutus etiam in patro-
norum; aliquem numerum).
553 *Brut.* 76, 263.
4145
557 Cic. *Brut.* 91, 313.
558 *leonem... agnoscere* See *Adag.* 834 (Leonem
ex vnguibus aestimare).
558-559 *Protogenes... Apellem* Er. recounts the
story in *Adag.* 312 (Nullam hodie lineam
duxi).
559 Cic. *Brut.* 91, 313 (560 non naevo).
562-563 *iis... occasio* See e.g. Plaut. *Cist.* 635 f.
4146
566-567 *Ne... factites* After Cic. *Or.* 43, 147.
569 *Versum* The provenance of the line is
unknown. Ribbeck *CRF* p. 137.
Cic. loc. cit. (572 delecter: *delectet* v.l.).
4147
574-577 Δωριάζειν ... *nudae incedebant*
Ethym. mag. Δωριάζειν 293, 40-45. Er. has
added the qualification *parum decore*.
576 *fenestrato* The word is reminiscent of Vitruv.
III, praef. 1.

- 577 *Apud... incedebant* After Plut. *Lyc.* 14, 4.
578 Iuv. 2, 66; 76; 11, 188.
4148
580 Steph. Byz. Αἰτωλία.
581-582 *auidi... dicebantur* See *Adag.* 1445
(Dorica Musa).
582-583 *quod omnia... αἰτεῖν* Steph.: παρὰ
ἐῆμα τὸ αἰτεῖν. In other words, Stephanus
derives Αἰτωλός from αἰτεῖν, but Er. derives
it from αἰτεῖν plus ὄλον.
4149
586-592 *quum M. Antonius* etc. After Plut.
Anton. 15.
593 *Simili... testamentis* A dig at the mendicant
friars. In the colloquy 'Funus', *ASD* I, 3, pp.
537-551, members of competing mendicant
orders are fighting over the will of a dying
man.
4150 Otto 1265.
596 *oculis... ferre* See *Adag.* 3598 (Capite
gestare).
599 *apud M. Tullium* See Otto 1265.
600 Plat. *Rep.* X, 600 d (602 οὐκ). Er. has
quoted the same passage in *Adag.* 3598.

ται, ὥστε μόνον οὐ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι, id est *Et ob hanc sapientiam in tantum amantur ut sectatores eos tantum non in capitibus circumferant.*

605 [I]

IAPETO ANTIQVIOR

415I

Ἰαπέτου ἀρχαιότερος, id est *Iapeto antiquior*. Iupiter apud Lucianum sic alloquitur Cupidinem puericiam excusantem: Σὺ παιδίον, ὦ Ἔρω, ὃς ἀρχαιότερος πολὺ τοῦ Ἰαπέτου.

FINIS

606 ἀρχαιότερος *scripsi*: ἀίρχαιότερος I.

415I

606 Lucian. *Deor. dial.* 6 (ὁ Ἔρω, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ Ἰαπετοῦ).

LIST OF ABBREVIATIONS

A. AUTHORS: ANTIQUITY - 16TH CENTURY

Ael.	Claudius Aelianus	<i>Anth. Plan.</i>	<i>Anthologia Planudea</i>
<i>Epist.</i>	<i>Epistulae</i>	Apollod.	Apollodorus
<i>Nat. an.</i>	<i>De natura animalium</i>	Apoll. Rhod.	Apollonius Rhodius
<i>Var. hist.</i>	<i>Varia historia</i>	Apoll. Sid.	Apollinaris Sidonius
Ael. Arist.	Aelius Aristides	<i>Epist.</i>	<i>Epistolae</i>
Aeschin.	Aeschines	Apost.	Apostolius Byzantius
Aeschyl.	Aeschylus	App.	Appianus
<i>Ag.</i>	<i>Agamemnon</i>	<i>Civ.</i>	<i>Bella ciuilia</i>
<i>Choeph.</i>	<i>Choephoroi</i>	Apul.	Apuleius
<i>Eum.</i>	<i>Eumenides</i>	<i>Apol.</i>	<i>Apologia</i>
<i>Hic.</i>	<i>Hicetides</i>	<i>De deo Socr.</i>	<i>De deo Socratis</i>
<i>Pers.</i>	<i>Persae</i>	<i>Flor.</i>	<i>Florida</i>
<i>Prom.</i>	<i>Prometheus</i>	<i>Met.</i>	<i>Metamorphoses</i>
<i>Sept.</i>	<i>Septem</i>	Arat.	Aratus
Aesop.	Aesopus	Archil.	Archilochus
Agric.	Rodolphus Agricola	Aristaen.	Aristaenetus
<i>Anna</i>	<i>Anna mater</i>	Aristid.	Aristides
Alan.	Alanus ab Insulis	Aristoph.	Aristophanes
<i>De planct. Nat.</i>	<i>De planctu Naturae</i>	<i>Ach.</i>	<i>Acharnenses</i>
Albert. M.	Albertus Magnus	<i>Au.</i>	<i>Aues</i>
<i>Enarr. in Ioann.</i>	<i>Enarrationes in Euange-</i>	<i>Eccl.</i>	<i>Ecclesiazusae</i>
	<i>lium Ioannis</i>	<i>Equ.</i>	<i>Equites</i>
<i>Enarr. in Lc.</i>	<i>Enarrationes in Euangelium</i>	<i>Lys.</i>	<i>Lysistrata</i>
	<i>Lucae</i>	<i>Nub.</i>	<i>Nubes</i>
<i>Serm.</i>	<i>Sermones de sanctis</i>	<i>Pax</i>	<i>Pax</i>
Alciphr.	Alciphro	<i>Plut.</i>	<i>Plutus</i>
Ambr.	Ambrosius	<i>Ran.</i>	<i>Ranae</i>
<i>Enarr. in Ps.</i>	<i>Enarrationes in Ps.</i>	<i>Thesm.</i>	<i>Thesmophoriazusae</i>
<i>In Lc.</i>	<i>Expositio Euangelii secun-</i>	<i>Vesp.</i>	<i>Vespaee</i>
	<i>dum Lucam</i>	Aristoph. Byz.	Aristophanes Byzantinus
Amm. Marc.	Ammianus Marcellinus	Aristot.	Aristoteles
Ammonio	Andrea Ammonio	<i>An.</i>	<i>De anima</i>
Anacr.	Anacreon	<i>An. post.</i>	<i>Analytica posteriora</i>
Andrel.	Fausto Andrelini	<i>An. pr.</i>	<i>Analytica priora</i>
<i>Ecl.</i>	<i>Eclogae</i>	<i>Ath. pol.</i>	<i>Ἀθηναίων πολιτεία</i>
<i>Eleg.</i>	<i>Elegiae</i>	<i>Aud.</i>	<i>De audibilibus</i>
<i>Liv.</i>	<i>Liuiā</i>	<i>Cael.</i>	<i>De caelo</i>
<i>Anth. Lat.</i>	<i>Anthologia Latina</i>	<i>Cat.</i>	<i>Categoriae</i>
<i>Anth. Pal.</i>	<i>Anthologia Palatina</i>	<i>Col.</i>	<i>De coloribus</i>

<i>Div.</i>	<i>De diuinatione</i>	Auson.	Ausonius
<i>Eth. Eud.</i>	<i>Ethica Eudemia</i>	<i>Cent. nupt.</i>	<i>Cento nuptialis</i>
<i>Eth. Nic.</i>	<i>Ethica Nicomachea</i>	<i>Cupid. cruc.</i>	<i>Cupido cruciatus</i>
<i>Gen. an.</i>	<i>De generatione animalium</i>	<i>De rosīs</i>	<i>De rosīs nascentibus</i>
<i>Gen. corr.</i>	<i>De generatione et corruptione</i>	<i>Ecl.</i>	<i>Eclogae</i>
<i>Hist. an.</i>	<i>Historia animalium</i>	<i>Epigr.</i>	<i>Epigrammata</i>
<i>Metaph.</i>	<i>Metaphysica</i>	<i>Epist.</i>	<i>Epistulae</i>
<i>Meteor.</i>	<i>Meteorologica</i>	<i>Mos.</i>	<i>Mosella</i>
<i>Mir.</i>	<i>Mirabilia</i>	<i>Precat.</i>	<i>Precationes variae</i>
<i>M. mor.</i>	<i>Magna moralia</i>	Babrb.	Babrius
<i>Mot. an.</i>	<i>De motu animalium</i>	Balbi	Girolamo Balbi
<i>Mund.</i>	<i>De mundo</i>	Basil.	Basilius
<i>Oec.</i>	<i>Oeconomica</i>	<i>Ad adulesc.</i>	<i>Ad adulescentes</i> (Πρὸς τοὺς νέους)
<i>Part. an.</i>	<i>De partibus animalium</i>	<i>Batr.</i>	<i>Batrachomyomachia</i>
<i>Phgn.</i>	<i>Physiognomonica</i>	Bebel	Heinrich Bebel
<i>Phys.</i>	<i>Physica</i>	<i>Prou.</i>	<i>Prouerbia Germanica</i>
<i>Poet.</i>	<i>Poetica</i>	Beda Venerabilis	<i>De tabernaculo et vasis eius</i>
<i>Pol.</i>	<i>Politica</i>	<i>In lac. etc.</i>	<i>In epistolas VII catholicas</i>
<i>Probl.</i>	<i>Problemata</i>	<i>In Mc.</i>	<i>In Marci Euangelium expositio</i>
<i>Rhet.</i>	<i>Rhetorica</i>	<i>Vita Cuth.</i>	<i>Vita Cuthberti</i>
<i>Rhet. Alex.</i>	<i>Rhetorica ad Alexandrum</i>	Bernardus	Bernardus Claracuallensis
<i>Sens.</i>	<i>De sensu</i>	<i>In laud. Virg.</i>	<i>In laudibus Virginis Matris</i>
<i>Somn.</i>	<i>De somno et vigilia</i>	<i>In adv. Dom.</i>	<i>Sermo in aduentu Domini</i>
<i>Soph. el.</i>	<i>Sophistici elenchi</i>	<i>In Vigil. Apost.</i>	<i>Sermo in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli</i>
<i>Spir.</i>	<i>De spiritu</i>	Bocc.	Giovanni Boccaccio
<i>Top.</i>	<i>Topica</i>	<i>Ecl.</i>	<i>Eclogae</i>
Arnob.	Arnobius	Boeth.	Boethius
<i>Comm. in Ps.</i>	<i>Commentarii in Ps.</i>	<i>Consol.</i>	<i>Consolatio philosophiae</i>
Arr.	Arrianus	Brant	Sebastian Brant
Arsen.	Arsenius	Caes.	C. Iulius Caesar
Artemid.	Artemidorus	<i>Civ.</i>	<i>De bello ciuili</i>
Ascl.	(Apuleius) Asclepius	<i>Gall.</i>	<i>De bello Gallico</i>
Asconius	Q. Asconius Pedianus	Callim.	Callimachus
<i>Comm. in Cic.</i>	<i>Commentarii in Cic.</i>	Callisth.	Callisthenes
Athan.	Athanasius	Calp. Sic.	Calpurnius Siculus
Athen.	Athenaeus	Cass. Dio	Cassius Dio
Athenag.	Athenagoras	Cassian.	Iohannes Cassianus
Aug.	Aurelius Augustinus	Cassiod.	Cassiodorus
<i>Civ.</i>	<i>De ciuitate Dei</i>	<i>Expos. in Ps.</i>	<i>Expositio in Ps.</i>
<i>Collatio cum Maximino</i>	<i>Collatio cum Maximino</i>	<i>Inst.</i>	<i>Institutiones</i>
<i>Conf.</i>	<i>Confessiones</i>	Cato	Cato
<i>Contra Acad.</i>	<i>Contra Academicos</i>	<i>Agr.</i>	<i>De agricultura</i>
<i>Contra Faust.</i>	<i>Contra Faustum Manichaeum</i>	<i>Dist.</i>	<i>Disticha</i>
<i>De nat. boni</i>	<i>De natura boni liber I</i>	Catull.	Catullus
<i>Doctr. chr.</i>	<i>De doctrina christiana</i>	Cels.	Celsus
<i>Enarr. in Ps.</i>	<i>Enarrationes in Ps.</i>	Cens.	Censorinus
<i>Ench.</i>	<i>Enchiridion</i>	Charis.	Charisius, <i>Ars grammatica</i>
<i>Epist.</i>	<i>Epistulae</i>	Chrys.	Iohannes Chrysostomus
<i>Hom.</i>	<i>Homiliae</i>	<i>Hom.</i>	<i>Homiliae</i>
<i>Serm.</i>	<i>Sermones</i>	Cic.	Cicero
<i>Serm. supp.</i>	<i>Sermones suppositiui</i>	<i>Ac. 1</i>	<i>Lucullus sius Academicorum priorum libri</i>
<i>Tract. in 1. Ioh.</i>	<i>In epistolam Ioannis ad Parthos Tractatus X</i>	<i>Ac. 2</i>	<i>Academicorum posteriorum libri</i>
Auien.	Auienus		
<i>Progn.</i>	<i>Prognostica</i>		
Aur. Vict.	Aurelius Victor		

<i>Ad Brut.</i>	<i>Epistulae ad Brutum</i>	<i>S. Rosc.</i>	<i>Pro Sexto Roscio Amerino</i>
<i>Ad Q. fr.</i>	<i>Epist. ad Quintum fratrem</i>	<i>Sull.</i>	<i>Pro P. Sulla</i>
<i>Arat.</i>	<i>Aratea</i>	<i>Tim.</i>	<i>Timaeus</i>
<i>Arch.</i>	<i>Pro Archia poeta</i>	<i>Top.</i>	<i>Topica</i>
<i>Att.</i>	<i>Epistulae ad Atticum</i>	<i>Tull.</i>	<i>Pro M. Tullio</i>
<i>Balb.</i>	<i>Pro L. Balbo</i>	<i>Tusc.</i>	<i>Tusculanae disputationes</i>
<i>Brut.</i>	<i>Brutus</i>	<i>Vatin.</i>	<i>In P. Vatinius testem interrogatio</i>
<i>Caec.</i>	<i>Pro A. Caecina</i>	<i>Verr. 1, 2</i>	<i>In Verrem actio 1, 2</i>
<i>Cael.</i>	<i>Pro M. Caelio</i>	<i>Claud.</i>	<i>Claudius Claudianus</i>
<i>Carm.</i>	<i>Carminum fragmenta</i>	<i>Bell. Gild.</i>	<i>De bello Gildonico</i>
<i>Catil.</i>	<i>In Catilinam</i>	<i>Carm. min.</i>	<i>Carmina minora</i>
<i>Cato</i>	<i>Cato maior de senectute</i>	<i>IV. cons. Hon.</i>	<i>De quarto consulatu Honorii</i>
<i>Cluent.</i>	<i>Pro A. Cluentio</i>	<i>Cons. Stil.</i>	<i>De consulatu Stilichonis</i>
<i>Deiot.</i>	<i>Pro rege Deiotaro</i>	<i>De rapt. Pros.</i>	<i>De raptu Proserpinae</i>
<i>De or.</i>	<i>De oratore</i>	<i>Epith.</i>	<i>Epithalamium de nuptiis Honorii</i>
<i>Div.</i>	<i>De diuinatione</i>	<i>Fescen.</i>	<i>Fescennina de nuptiis Honorii</i>
<i>Div. in Caec.</i>	<i>Diuiniatio in Q. Caeciliam</i>	<i>In Eutr.</i>	<i>In Eutropium</i>
<i>Dom.</i>	<i>De domo sua</i>	<i>In Ruf.</i>	<i>In Rufinum</i>
<i>Fam.</i>	<i>Epistulae ad familiares</i>	<i>Paneg. M.</i>	<i>Panegyricus Mallii Theodori</i>
<i>Fat.</i>	<i>De fato</i>	<i>Theod.</i>	<i>Panegyricus Probini et Olybrii</i>
<i>Fin.</i>	<i>De finibus</i>	<i>Paneg. Prob.</i>	<i>Panegyricus Probini et Olybrii</i>
<i>Flacc.</i>	<i>Pro L. Valerio Flacco</i>	<i>Clearch.</i>	<i>Clearchus</i>
<i>Font.</i>	<i>Pro M. Fonteio</i>	<i>Clem. Al.</i>	<i>Clemens Alexandrinus</i>
<i>Har.</i>	<i>De haruspicum responsis</i>	<i>Adumb. in 1. Pet.</i>	<i>Adumbrationes in epistolas canonicas</i>
<i>Inu.</i>	<i>De inuentione</i>	<i>Strom.</i>	<i>Stromateis</i>
<i>Lael.</i>	<i>Laelius de amicitia</i>	<i>Clitarch.</i>	<i>Clitarchus</i>
<i>Leg.</i>	<i>De legibus</i>	<i>Cod. Iust.</i>	<i>Codex Iustinianus</i>
<i>Leg. agr.</i>	<i>De lege agraria</i>	<i>Colum.</i>	<i>Columella</i>
<i>Lig.</i>	<i>Pro Q. Ligario</i>	<i>Cornut.</i>	<i>Cornutus</i>
<i>Manil.</i>	<i>Pro lege Manilia</i>	<i>Nat. deor.</i>	<i>De natura deorum</i>
<i>Marc.</i>	<i>Pro M. Marcello</i>	<i>Cratin.</i>	<i>Cratinus</i>
<i>Mil.</i>	<i>Pro T. Annio Milone</i>	<i>Curt.</i>	<i>Q. Curtius Rufus</i>
<i>Mur.</i>	<i>Pro L. Murena</i>	<i>Cypr.</i>	<i>Cyprianus</i>
<i>Nat.</i>	<i>De natura deorum</i>	<i>De zelo</i>	<i>De zelo et liuore</i>
<i>Off.</i>	<i>De officiis</i>	<i>Epist.</i>	<i>Epistulae</i>
<i>Opt. gen.</i>	<i>De optimo genere oratorum</i>	<i>Fort.</i>	<i>Ad Fortunatum</i>
<i>Or.</i>	<i>Orator</i>	<i>Demetr.</i>	<i>Demetrius</i>
<i>Parad.</i>	<i>Paradoxa Stoicorum</i>	<i>De eloc.</i>	<i>De elocutione</i>
<i>Part.</i>	<i>Partitiones oratoriae</i>	<i>Democr.</i>	<i>Democritus</i>
<i>Phil.</i>	<i>In M. Antonium oratio Philippica</i>	<i>Demosth.</i>	<i>Demosthenes</i>
<i>Phil. frg.</i>	<i>Librorum philosophicorum fragmenta</i>	<i>Dicaearch.</i>	<i>Dicaearchus</i>
<i>Pis.</i>	<i>In L. Pisonem</i>	<i>Dig.</i>	<i>Digesta</i>
<i>Planc.</i>	<i>Pro Cn. Plancio</i>	<i>Dinarch.</i>	<i>Dinarchus</i>
<i>P. red. ad Quir.</i>	<i>Oratio post reditum ad Quirites</i>	<i>Dio Chrys.</i>	<i>Dio Chrysostomus</i>
<i>P. red. in sen.</i>	<i>Oratio post reditum in senatu</i>	<i>Diod.</i>	<i>Diodorus Siculus</i>
<i>Prov.</i>	<i>De prouinciis consularibus</i>	<i>Diogen.</i>	<i>Diogenianus</i>
<i>Q. Rosc.</i>	<i>Pro Q. Roscio comoedo</i>	<i>Diogen. Vind.</i>	<i>Diogenianus Vindobonensis</i>
